



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



Godw. 335

1870

1871


1872


1873

1874

1875

1876







C. JULII  
CÆSARIS

*Omniū quæ exstant*

TOMUS ALTER

Ex recensione

J. O. H. D. A. V. I. S. I. I.

*Coll. Regiæ Cantab. Socii,*

CUM INTEGRIS EJUSDEM ALIORUMQUE VARIIS NOTIS.

Ut & qui vocatur

JULIUS CÆLSUS  
DE

VITA ET REBUS GESTIS

C. JULII CÆSARIS,

*Ex Museo*

JOANNIS GEORGII GRÆVII.



LUGDUNI BATAVORUM,  
Apud SAMUELEM LUCHTMANS,  
DELPHIS,  
Apud ADRIANUM BEMAN. MDCCXIII.





A. HIRTI PANSÆ  
COMMENTARIORUM  
DE  
BELLO ALEXANDRINO  
LIBER UNUS.

A. HIRTII PANSÆ  
COMMENTARIORUM  
DE  
BELLO ALEXANDRINO  
LIBER UNUS.

SUMMARIUM LIBRI DE BELLO  
ALEXANDRINO.

*Belli Alexandrini historia continuata. X. Præliis aliquot navalibus victor Cæsar, XVII. castella ad portum constructa, quedam occupat, quedam frustra tentans, XXI. natatu periculum evadit. XXIV. Ptolemaum Regem ad suos remissum, hostemque factum XXVIII. Cæsar, conjunctis cum Mithridate Pergameno copiis, profligat. XXXI. Ipse Rex mergitur. XXXIV. Interea Domitius Calvinus in Ponto parum prospere rem gerit: XLII. & Illyricum, varia aliquandiu fortuna jactatum, tandem, virtute Vatinius, XLVII. Cæsari restituitur. XLVIII. Sub idem tempus turba in Hispania ulteriore, ob extorsiones Cassii Longini, exorta, LXIII. intervntu Lepidi, & morte Cassii, paullum sedantur. LXXVII. Cæsar, summa felicitate victo Pharnace, celerrimeque Pontico bello confecto, & provinciis pacatis, in Italiam revertitur.*

I. **B**ello Alexandrino confato, Cæsar Rhodo, atque ex Suria Ciliciaque omnem classem accersit, ex Creta sagittarios, equites<sup>1</sup> ab re-  
ge

<sup>1</sup>. Ab rege Nabateorum Malcho] Ipsa vox ultima Regem significat, & ab Hebraica מלך ortum ducit. Γερφης rhus in vita Plotini. βασιλεὺς ἢ τῆνομα τῶ Περφελοῦ ἐμοὶ πατρῶν, κατὰ μὲν πατρῶν διὰλεκτον Μάλχο κλημένα.

ge Nabatæorum Malcho evocat : tormenta undique  
conquiri , & frumentum mitti , auxiliaque adduci ju-  
bet. Interim munitiones quotidie operibus augentur : 2  
atque omnes oppidi partes , quæ minus firmæ esse vi-  
derentur , 1 testudinibus , atque musculis aptantur : ex  
ædificiis autem per foramina in proxima ædificia arie-  
tes immittuntur ; quantumque aut ruinis dejicitur , aut  
per vim recipitur loci , in tantum munitiones proferun-  
tur : nam incendio fere tuta est Alexandria ; quod sine 3  
contignatione ac materia sunt ædificia , & structuris at-  
que fornicibus continentur , tecta que sunt rudere , aut  
pavimentis. Cæsar studebat maxime , ut , quam angu- 4  
stissimam partem oppidi 2 palus à meridie interjecta ef-  
ficiebat , hanc operibus , vineisque agendis , à reliqua  
parte urbis excluderet ; 3 illud sperans , primum , ut , 5  
quum esset in duas partes urbs divisa , acies uno consi-  
lio atque imperio administraretur ; deinde , ut laboran-  
tibus succurri , atque ex altera oppidi parte auxilium  
ferri posset ; in primis vero , ut aqua , pabuloque abun- 6  
daret : quarum alterius rei copiam exiguam , alterius nul-

*μύνη*. Vide & *Luc. Holstenium* de  
vit. & script. *Porphirii* cap. 11. *Davies*.

1. *Testudinibus atque musculis aptantur*] Ultima vox satis hic apta non videtur *Just. Lipsio* , qui lib. 1. *Poliore. Dial. ix. quatiuntur , captantur* , aut tale aliquid mallet : liquet enim , ut putat , è sequentibus , Cæsarem hoc fecisse , ut munitiones suas proferret , & plus loci occuparet. Itaque sententia est , testudines & musculos admotos ad minus firmas oppidi partes , easque dejectas. *Brant*.

2. *Palus à meridie interjecta*] Lacus à meridie Alexandriam alluit : nomen est *Marea* sive *Mareotis*. Hunc Nilus multis fossis è superioribus partibus simul & lateribus adauget , estque portus ibi longe copiosior &

ditior maritimo. Vide *Strabonem* lib. xvii. pag. 793. *Glandorp*.

3. *Illud sperans*] *Fulv. Ursinus* ex conjectura reponit *illud spectans* , & sane sic exhibent editt. *Beroald. Vascos*. eoque alludunt MSS. *Brant. Norvic*. ac editt. *Rom. Ven.* in quibus est *illud expectans* , præterquam quod eodem modo sæpius loquatur *Cæsar* : interdum tamen aliter. Sic lib. 1. *B. C.* cap. xliii. *Hoc sperans , legiones tres ex castris educit*. Et lib. 111. *B. C.* cap. lxxxv. *Hoc sperans , ut , movendis castris pluribusque adeundis locis , commodiore frumentaria re uteretur*. Manifestum igitur est , lectionem vulgatam ferri posse , quam tamen , vir erroribus exscribendis natus , *Joan. Godwinus* ejiciendam censet. *Davies*.

nullam omnino facultatem habebat : quod utrumque palus large præbere poterat.

- 1 II. Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla, aut mora inferebatur : nam in omnes partes, per quas fines Ægyptii, regnumque pertinet, legatos, conquisitoresque delectus habendi causa miserant; magnumque numerum in oppidum telorum, 2 atque tormentorum convexerant : nec minus in urbe maximæ armorum erant institutæ officinæ : servos præterea puberes armaverant, quibus domini locupletiores 3 victum quotidianum, stipendiumque præbebant. Hac multitudine disposita, munitiones semotarum partium tuebantur : veteranas cohortes vacuas in celeberrimis urbis locis habebant; ut, quacumque regione pugnaretur, integris viribus ad auxilium ferendum opportunæ essent. Omnibus viis atque angiportis triplicem vallum obduxerant : erat autem quadrato exstructus saxo; 4 nec minus XL pedes altitudinis habebat; quæque partes urbis inferiores erant, has altissimis turribus denorum 5 tabulatorum munierant. Præterea <sup>1</sup> alias ambulatorias totidem tabulatorum confixerant; subjectisque eas rotis, <sup>2</sup> funibus jumentisque objectis, directis plateis in quamcunque erat visum partem movebant.

- 1 III. Urbs fertilissima & copiosissima omnium rerum ap-

1. *Alias ambulatorias totidem tabulatorum confixerant*] Nescio quem locum hic habere poterit vox ultima. Lego *confinxerant*. Sic Plinius H. N. lib. x. cap. xxxiii. dixit *nidos confingere*. Davies.

2. *Funibus jumentisque objectis, directis plateis*] In eo solo variant Codd. quod MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* cum aliis nonnullis exhibeant *directis plateis*, unde Pet. Ciacconius, omiſſa voce & mutata distinctione, rescribit *funibus jumentisque objectis plateis*, ut velit *Hirtius*, jumenta objectu platearum fuisse protecta; nec ab hac sen-

tentia abhorreere videtur *Just. Lipsius*, qui *Poliore.* lib. ii. Dial. iv. pro *objectis* præterea legit *obtectis*; absque causa quidem fontica, etiamſi priorem emendationem recipiamus, cum *Cæsar* lib. ii. B. C. cap. xv. dixerit *adversus plateas objectas*. Sana est, ut arbitror, lectio vulgata. Sic hujusce libri cap. xxxvi. *Montibus tamen altis ab duobus lateribus objectis*. Hoc certe præstat *Scaligerana* rationi, pro qua vox *objectis* tota est eliminanda. Turres procul dubio aliaque omnia iis plateis facilius aguntur, quæ rectæ sunt & sine multis flexibus. Davies.

apparatus suggererebat. Ipsi homines ingeniosissimi atque acutissimi, quæ à nobis fieri viderant, ea sollertia efficiebant, ut nostri illorum opera imitati viderentur: & sua sponte multa reperiebant; unoque tempore & nostras munitiones infestabant, & suas defendebant: atque hæc principes in consiliis, concionibusque agitant, *populum Romanum paullatim in consuetudinem ejus regni venire occupandi: paucis annis antea Gabinium cum exercitu fuisse in Ægypto: Pompejum se ex fuga eodem recepisse; ac Casarem venisse cum copiis; neque morte Pompeji quidquam profectum, quo minus Casar apud se commoraretur: quem si non expulissent, futuram ex regno provinciam: idque agendum mature: namque eum, interclusum tempestatibus propter anni tempus, recipere transmarina auxilia non posse.*

IV. Interim, dissensione orta inter Achillan, qui veterano exercitui præerat, & Arsinoën regis Ptolemæi minorem filiam, ut supra demonstratum est, quum uterque utrique insidiaretur; & summam imperii ipse obtinere vellet; præoccupat Arsinoë per Ganymedem eunuchum, nutricium suum, atque Achillan interficit. Hoc occiso ipsa sine ullo socio & custode omne imperium obtinebat: exercitus Ganymedi transditur. Is suscepto officio largitionem in milites auget; reliqua pari diligentia administrat.

V. Alexandria est fere tota suffossa, specusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quæ paullatim spatio temporis liquefcit ac sub-

1. *Gabinium cum exercitu fuisse in Ægypto*] Eo missus est Gabinius, ut Ptolemæum, ejecto Archelao, reduceret. Vide notat. ad lib. III. B. C. cap. v. Huc respicit *Valerius Maximus* lib. IX. cap. I. ex. ext. 6. *Davies.*

2. *Quum uterque utrique insidiaretur*] Locum hunc citat *Laurentius Valla*

elegantiarum lib. III. non ausurus sic loqui, eo quod *Cicero* & *Quintilianus* nunquam ita locuti sint, cum tamen *Terentius* & *Casar* sic scripserint, idque Græcorum imitatione, qui dicunt *ἐνδρεπον ἐνερτίον*, quomodo docet *Guilielmus Budæus*, Glan-dorp.

2 subsidit. Hacuti domini ædificiorum, atque eorum familia consueverunt: <sup>1</sup> nam quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida, ut multos variosque mor-  
 3 bos efficiat: sed ea plebes ac multitudo contenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est. Hoc tamen flumen in ea parte urbis erat, quæ ab Alexandrinis tenebatur: quo facto est admonitus Ganymedes, posse  
 4 nostros aqua intercludi; qui distributi munitionum tuendarum causâ vicatim ex privatis ædificiis specubus & puteis extracta aqua utebantur.

1 VI. Hoc probato consilio, magnum ac difficile opus aggreditur: interseptis enim specubus, atque omnibus urbis partibus exclusis, quæ ab ipso tenebantur, aquæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere contendit: hanc locis superioribus fundere in partem Cæsaris non intermittebat: quamobrem falsior paullo præter consuetudinem aqua trahebatur ex proximis ædificiis, magnamque hominibus admirationem præbebat, quam ob causâ id accidisset; nec satis sibi ipsi credebant; quum se inferiores ejusdem generis, ac  
 3 saporis, aqua dicerent uti, atque ante consuescent: vulgoque inter se conferebant, & degustando, quantum  
 4 inter se differrent aquæ, cognoscebant. Parvo vero temporis spatio, hæc propior bibi non poterat omnino: illa inferior corruptior jam, falsiorque reperiebatur.

1 VII. Quo facto dubitatione sublata, tantus incessit timor, ut <sup>2</sup> ad extremum casum omnes deducti videren-

1. Nam quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida] Servius ad illum versum Virgilio lib. iv. Georgic. vs. 291.

Et viridem Ægyptum nigra sæcundat arena.

Novum enim, inquit, limum semper trahit, qui efficit sæcunditatem, unde & Nilus dictus est, quasi νέαν ἰδὴν trahens. Nam antea Nilus latine Melo dicebatur. Festus: Melo, inquit, alio

nomine Nilus vocatur. Cicero lib. ii. de natur. deor. Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota æstate obrutam, opuletamque tenuerit; tum relinquit. Vide Pompon. Melam lib. i. cap. ix. Et Joan. Gorop. Becanum in Niloscopia. Brant.

2. Ad extremum casum omnes deducti viderentur] MS. Norvic. & nonnullæ editt. ad extremum casum periculi &c. Sic Curtius lib. iv. cap. x, 2. Sellioisque sub ipsum tanti discriminis

rentur, atque alii morari Cæsarem dicerent, quin na-  
ves conscendere juberet; alii multo graviozem extime-  
fcerent casum; quod neque celari Alexandrinos pos-  
sent in apparanda fuga, quum hi tam parvo spatio di-  
starent ab ipsis; neque, illis imminentibus atque inse-  
quentibus, ullus in naves receptus daretur. Erat au-  
tem magna multitudo oppidanorum in parte Cæsaris,  
quam domiciliis ipsorum non moverat; quod ea se fi-  
delem palam nostris esse simulabat, & descivisse à suis  
videbatur: <sup>1</sup> ut, si mihi defendendi essent Alexandri-  
ni, quod neque fallaces essent, neque temerarii, mul-  
ta oratio frustra absumeretur: quum vero uno tempo-  
re & natio eorum, & natura cognoscatur; aptissimum  
esse hoc genus ad proditionem, nemo dubitare potest.

VIII. Cæsar suorum timorem consolatione & ratio-  
ne minuebat: *nam puteis fossis aquam dulcem posse reperiri*  
*affirmabat; <sup>2</sup> omnia enim littora naturaliter aqua dulcis ve-*  
*nas habere: quod si alia esset littoris Ægyptii natura, atque*

*omnium*

minis casum *ingens religio — incussa*  
*est. Non multo aliter Livius lib. iv.*  
*cap. xxvii. casum ancipitis eventus*  
*dixit, & casum fortuna Justinus lib.*  
*xxvii. cap. i. Davies.*

2. *Ut, si mihi defendendi essent Ale-*  
*xandrini, quod neque fallaces essent,*  
*neque temerarii] Edit. Rom. Ven. Be-*  
*roald. habent ut tui mihi &c. MS.*  
*autem Norvic. ut mihi defendendi essent*  
*Alexandrini, neque fallaces essent neque*  
*temerarii. Testatur quidem Joan. Go-*  
*duinus, locum esse corruptum & Co-*  
*dicēs MSSos variare, quorum uti-*  
*nam diversas lectiones exhibuisset.*  
*Loquendi sane modus vituperati*  
*non potest, eandem enim phrasin*  
*adhibet Cicero Offic. lib. iii. cap.*  
*vii. ubi ait: Primum Panatius in hoc*  
*defendendus est, quod non utilia cum*  
*honestis pugnare aliquando posse dixerit.*  
*Attamen, nisi fallor, latens est*  
*mendum: nam licet temeritatis vitio*  
*laborassent Alexandrini, de eo a-*  
*gendi hic non erat locus. Rescribo*

itaque quod neque fallaces essent; neque  
VETERATORII. Hujusce libri cap.  
xxiv. *Et si fallacem gentem (de Ale-*  
*xandrinis loquitur) semperque alia co-*  
*gitantem, alia simulantem, bene cogni-*  
*tam habebat. Propertius lib. iii. Eleg:*  
*ix, 33:*

*Noxia Alexandrea, dolis aptissima*  
*tellus.*

Quin & tota Ægyptiorum natio frau-  
dibus & versutiis adeo erat dedita;  
ut Etymologici Magni scriptor *Α-*  
*γυπτιαζων* interpretetur *παρεργαεστ:*  
Idem.

2. *Omnia enim littora naturaliter a-*  
*qua dulcis venas habere] Si hoc sit*  
*perpetuum, ratio est, quia particu-*  
*lar aqua per terræ poros ferantur;*  
*dum salina, ob figuram, in arctio-*  
*ribus meatibus hæreant, unde non-*  
*nulli Philosophi fontium à mari lon-*  
*gissime dissitorum originem duxerit.*  
*Vide Ren. Cartesii Princ. Philoſ.*  
*Part. iv. §. lxiv. seqq. Dicitur*



omnium reliquorum; tamen, quoniam mare libere tenerent, neque hostes classem haberent, prohiberi sese non posse, quo minus quotidie aquam navibus peterent, vel à sinistra parte à Paratonio, vel à dextra ab insula; quæ diversæ navigationes nunquam uno tempore adversis ventis præcluderentur: 3 fuga vero nullum esse consilium non solum iis, qui primam dignitatem haberent, sed ne iis quidem, qui nihil, præterquam de vita, cogitarent: magno negotio impetus hostium adversos ex munitionibus sustineri: quibus relictis, nec loco, 4 nec numero pares esse posse: magnam autem moram & difficultatem adscensum in naves habere, præsertim ex scaphis: summam esse contra in Alexandrinis velocitatem, locorumque & adificiorum notitiam: hos præcipue in victoria insolentes, præcursuros & loca excelsiora atque adificia occupaturos; ita fuga navibusque nostros prohibitueros: proinde ejus consilii obliviscerentur, atque omni ratione esse vincendum cogitarent.

1 IX. Hac oratione apud suos habita, atque omnium mentibus excitatis, dat centurionibus negotium, ut, reliquis operibus intermissis, ad fodiendos puteos animum conferant, neve quam partem nocturni temporis intermittant. Quo suscepto negotio, atque omnium animis ad laborem incitatis, magna una nocte <sup>1</sup> vis aquæ dulcis inventa est. Ita operosis Alexandrinorum machinationibus, maximisque conatibus, non longi temporis labore, occursum est. Eo biduo legio xxxvii ex dedititiis Pompejanis militibus, cum frumento, armis, 3 telis, tormentis imposita in naves à Domitio Calvino, ad littora Africæ, paullo supra Alexandriam, delata est. 4 Hæ naves Euro, qui multos dies continenter flabat, portum capere prohibebantur: sed loca sunt egregia  
omni

1. Vis aquæ dulcis ] Ἰδωρ γλυκὺ  
Græcis aqua fluminum aut fontium, non salta; contraria marinæ. Cicero VI. in Verr. In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arc-

thusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium. Virgilius Eclog. v, 47.

Dulcis aqua saliente sitim restinguere rivo. Brant.

omni illa regione ad tenendas anchoras. Hi, quum diu retinerentur, atque aquæ inopia premerentur, navigio actuario Cæsarem faciunt certiozem.

X. Cæsar ut per se consilium caperet, quid faciendum videretur, navim conscendit, atque omnem classem sequi iussit, nullis nostris militibus impositis; quod, quum longius paullo discederet, munitiones nudare nolebat: quumque ad eum locum accessisset, qui appellatur Cherronesus, aquandique causâ remiges in terram exposuisset, nonnulli ex eo numero, quum longius à navibus prædatum processissent, ab equitibus hostium sunt excepti: ex iis cognoverunt, Cæsarem ipsum in classe venisse, nec ullos milites in navibus habere. Qua re comperta, magnam sibi facultatem fortunam obtulisse bene gerendæ rei crediderunt: itaque naves omnes, quas paratas habuerant ad navigandum, propugnatoribus instruxerunt, Cæsarique redeunti cum classe occurrerunt: qui duabus de causis eo die dimicare nolebat, quod & nullos milites in navibus habebat, & post horam x diei res agebatur: nox autem allatura videbatur majorem fiduciam illis, qui locorum notitia confidebant: sibi etiam hortandi suos auxilium defuturum; quod nulla satis idonea esset hortatio, qua neque virtutem posset notare, neque inertiam. Quibus de causis naves, quas potuit, Cæsar ad terram detrahit: quem in locum illos successuros non existimabat.

XI. Erat una navis Rhodia in dextro Cæsaris cornu longe ab reliquis collocata. Hanc conspicati hostes non tenuerunt sese; magnoque impetu ad eam con-

stratæ

1. Ex eo numero ] Sic reposui ex MS. Norvic. & editt. Rom. Ven. Be- roald. cum recentiores pronomen o- mittant, quod omnino videtur de- siderari. Davies.

2. Naves, quas potuit, Cæsar ad terram detrahit ] Detrahere naves hic

est eas de mari in littus trahere; quod mare altius sit, quam breve littoris vadum, deorsumque ex alto & pelago in vadosa littora deduci videantur. Græcis κατάγειν; ut docet Hadr. Turnebus lib. xiv. ad- vers. cap. xvi. Brant.

2 stratae naves, & complures apertae contenderunt: cui  
 coactus est Cæsar ferre subsidium, ne turpiter in con-  
 3 spectu contumeliam acciperet; quamquam, si quid  
 gravius illi accidisset, merito casurum iudicabat. Præ-  
 lium commissum est magna contentione Rhodiorum:  
 qui quum in omnibus dimicationibus & scientia & vir-  
 tute præstitissent, tum maxime illo tempore totum o-  
 nus sustinere non recusabant; ne quod suorum culpa  
 4 detrimentum acceptum videretur. Ita prælium secun-  
 dissimum est factum. Capta est una hostium quadrire-  
 mis: 1 depressa est altera: 2 deinde omnes 3 epibatis  
 nudatae: magna præterea multitudo in reliquis navibus  
 5 propugnatorum est interfecta. Quod nisi nox prælium  
 diremisset, tota classe hostium Cæsar potitus esset. Hac  
 calamitate perterritis hostibus, adverso vento leniter  
 flante, naves onerarias Cæsar remulco victricibus suis  
 Alexandriam deducit.

1 XII. Eo detrimento adeo sunt fracti Alexandrini,  
 quum non jam virtute propugnatorum, sed scientia  
 classiariorum se victos viderent \*\*\*\* + quibus, & su-  
 perioribus locis sublevabantur, ut ex ædificiis defendi  
 pos-

1. *Depressa est altera, deinde omnes*] Editt. Rom. Ven. Beroald. aliaque nonnulla exhibent *depressa est altera*, alteraque perturbata, deinde &c. unde rescribit J. Fr. Gronovius Obferv. lib. IV. cap. XIX. *alteraque perforata*. Feliciter, ut opinor, sic enim, inter alios, locutus est noster huiusce libri cap. XXV. *Davies*.

2. *Deinde omnes epibatis nudatae*] MSS. Norvic. & Thuan. cum editt. vet. repræsentant *deinde omnibus*, ex qua varietate Joan. Glandorpius scribendum putavit *deinde nonnulla omnibus*: Hadr. autem Turnebus Advers. lib. XIV. cap. XV. *dua omnibus* &c. Lubens rescripserim *dein dua omnibus epibatis nudatae*, quæ quidem minima est mutatio, multoque minus,

quam reliquæ conjecturæ, ab it à Codicum lectione. *Idem*.

3. *Epibatis nudatae*] Sunt *Epibatae* qui navalibus operis æs merent, non aliter atque in castris milites; *Classarios* vocat postea *Hirtius*. Sic & passim *Cæsar*. Brant. Vide *Joan. Schefferum* Mil. Nav. lib. II. cap. III. *Davies*.

4. *Quibus & superioribus locis sublevabantur, ut ex ædificiis defendi possent*] Ante hæc verba manifestissimus est hiatus, quem intulit vetustas, unde apparet temere se gessisse *Pet. Ciacconium*, qui reposuit *ut vix ædificia defendi possent*, cum de locis tam mutilis nihil certo possit definiri. Hujus tamen lacunæ in MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nullum est indicium. *Idem*.

possent: & materiam cunctam objicerent, quod nostræ  
 classis oppugnationem etiam ad terram verebantur. Ii- 2  
 dem, postea quam Ganymedes in concilio confirmavit,  
 sese & eas, quæ essent amissæ, restitutum, & nume-  
 rum adaucturum, magna spe & fiducia veteres refice-  
 re naves, accuratiusque huic rei studere atque inservi-  
 re instituerunt: ac, tametsi amplius ex navibus longis 3  
 in portu navalibusque amiserant, non tamen reparan-  
 dæ classis cogitationem deposuerunt: videbant enim  
 non auxilia Cæsari, non comatus supportari posse,  
 si classe ipsi valerent. Præterea nautici homines, & ur- 4  
 bis & regionis maritimæ, quotidianoque usu à pueris  
 exercitati, <sup>1</sup> ad naturale ac domesticum bonum refu-  
 gere cupiebant: &, quantum parvulis navigiis profe-  
 cissent, sentiebant: itaque omni studio ad parandam  
 classem incubuerunt.

XIII. Erant omnibus ostiis Nili custodiæ exigendi 1  
 portorii causa dispositæ. Naves veteres erant 2 in oc-  
 cultis regiæ navalibus, quibus multis annis ad navi-  
 gandum non erant usi. Has reficiebant; illas Alexan-  
 driam revocabant. Deerant remi: porticus, gymnasia, 2  
 ædificia publica detegebant: asseres remorum usum ob-  
 tinebant: aliud naturalis sollertia, aliud urbis copia,  
 subministrabat. Postremo non longam navigationem 3  
 parabant, sed præsentis temporis necessitati serviebant,  
 & in ipso portu configendum videbant. Itaque paucis  
 diebus, contra omnium opinionem, quadriremes xxii,  
 quinqueremes v confecerunt: ad has minores apertaf- 4  
 que complures adjecerunt; &, in portu periclitati re-  
 mi-

1. *Ad naturale & domesticum bonum  
 refugere cupiebant*] Sic ex vetustissi-  
 mis & fidelissimis exemplaribus le-  
 git *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. x.  
 cap. xxiv. cum in MS. & excusis  
 legatur *ad naturalem & domesticum u-*  
*sum.* Brant.

2. *In occultis regiæ navalibus*] Editt.

*Rom. Ven. Beroald. in occultis regionis  
 navalibus, quæ lectio non placet,  
 cum liqueat hæc navalia Alexan-  
 driæ fuisse sita. An scribendum in  
 occultis regiæ navalibus? Ea certe in  
 palatio regio fuisse, vix crediderim.*  
*Davies.*

miglio, quid quæque earum efficere posset, idoneos milites imposuerunt, seque ad confligendum omnibus rebus paraverunt. Cæsar Rhodias naves 1 x habebat (nam, x missis, <sup>1</sup> una in cursu littore Ægyptio decesserat,) Ponticas 11 x, Lycias v, ex Asia x11. Ex his quinquereemes v erant, & quadriremes x: reliquæ infra hanc magnitudinem, & pleræque apertæ. Tamen virtute militum confusus, cognitis hostium copiis, se ad dimicandum parabat.

1 XIV. Postquam eo ventum est, ut sibi uterque eorum confideret; Cæsar Pharon classe circumvehitur, adversasque naves hostibus constituit: in dextro cornu Rhodias collocat, in sinistro Ponticas. Inter has spatium c d passuum relinquit, quod satis esse ad explicandas naves videbatur. Post hunc ordinem reliquas naves subsidio distribuit: quæ quamque earum sequatur, & cui subveniat, constituit atque imperat. Non dubitanter Alexandrini classẽm producunt, atque instrunt; in fronte collocant xx11: reliquas subsidiarias in 4 secundo ordine constituunt: magnum præterea numerum minorum navigiorum & scapharum producunt 2 cum malleolis, ignibusque; si quid ipsa multitudo, & clamor, & flamma nostris terroris afferre possent. 5 Erant inter duas classes vada transitu angusto, quæ pertinent ad regionem Africæ: (sic enim prædicant, partem esse Alexandriæ dimidiam Africæ) satisque diu inter ipsos est expectatum, ab utris transeundi fieret initium: propterea quod, eo qui intrassent, & ad explican-

1. Una in cursu littore Ægyptio decesserat ] Pet. Giacconius reponendum putat littore Ægyptio decesserat. quia sub finem lib. III. de Bell. Civil. dixerit Cæsar, naves imprudentia aut tempestate paululum suo cursu decesserunt. Argumentum sane prorsus est siculneum, cum illic de aberratione fiant verba; hic autem de navis interitione. Davies,

2. Cum malleolis ] Qualia instrumenta malleoli sint, cum ex Vegetio, tum ex Ammiano Marcellino doceri possumus: quorum ille lib. IV. cap. XVIII. sic ait: Malleoli velut sagittæ sunt & ubi adhaferint, (quia ardentes sunt) universa conflagrant. Hic vero lib. XXIII. cap. IV. Malleoli autem, teli genus, figurantur hac specie: sagitta est cannea inter spiculum, & arundinæ

candam classē, & ad receptum, si durior accidisset casus, impeditiores fore videbantur.

XV. Rhodiis navibus præerat Euphranor, animi 1  
 magnitudine ac virtute magis cum nostris hominibus,  
 quam cum Græcis, comparandus; hic ob notissimam 2  
 scientiam atque animi magnitudinem delectus est ab  
 Rhodiis, qui imperium classis obtineret: qui, ubi Cæ- 3  
 saris animum advertit, *Videris mihi*, inquit, *Cæsar, ve-*  
*reri, si hæc vada primus navibus intraveris, ne prius di-*  
*micare cogaris, quam reliquam classē possis explicare:*  
*nobis rem committe; nos proelium sustinebimus, (neque 4*  
*tuum iudicium fallēmus) dum reliqui subsequantur: 1* hos  
*quidem diutius in nostro conspectu gloriari magno nobis &*  
*dedecori & dolori est. Cæsar illum adhortatus, atque o-* 5  
 mnibus laudibus profecutus dat signum pugnæ. Pro- 6  
 gressas ultra vadum i v Rhodias naves circumstunt  
 Alexandrini, atque in eas impetum faciunt. Sustinent  
 illi, atque arte sollertiaque se explicant: ac tantum  
 doctrina potuit, ut in dispari numero nulla transversa  
 hosti objiceretur, nullius remi detergerentur, sed sem-  
 per venientibus adversæ occurrerent. Interim sunt re- 7  
 liquæ subsecutæ: tum necessario discessum ab arte est  
 propter angustias loci; atque omne certamen in virtu-  
 te constitit. Neque vero Alexandriae fuit quisquam aut 8  
 nostrorum, aut oppidanorum, qui aut in opere, aut  
 in oppugnatione occupatum animum haberet, quin al-  
 tissima tecta peteret, atque ex omni prospectu locum  
 spectaculo caperet, precibusque & votis victoriam 2 suis  
 ab diis immortalibus exposceret.

XVI.

*dinem multifido ferro coagmentata, quæ  
 in muliebris colli formam, quo nentur  
 lintea stamina, concavatur ventre sub-  
 tiliter, & plurifariam patens, atque in  
 alveo ipso ignem cum aliquo suscipit a-  
 limento. Et emissa lentius arcu invali-  
 do, ignitur, icetu enim rapido ore extin-  
 guitur; si hæserit usquam, tenaciter cre-  
 mat, & in quaque conspersa acrior: ex-*

*citat æstus incendiorum, nec remedio ul-  
 lo quam superjecto pulvere consopitur.  
 Rhellican.*

1. *Hos quidem diutius] MS. Norvic.  
 exhibet hos enim diutius, quod æque  
 placet. Davies.*

1. *Suis ab Diis immortalibus expo-  
 sceret] Hic admodum facetus est  
 Joan. Goduinus, nam ait non ut su-*

1 XVI. Minime autem erat par proelii certamen: no-  
 2 stris enim, prorsus neque terra neque mari effugium da-  
 3 batur victis; omniaque victoribus erant futura in incer-  
 4 to: illi, si superassent navibus, omnia tenerent; si in-  
 5 feriores fuissent, reliquam tamen fortunam periclita-  
 6 rentur. Simul illud grave ac miserum videbatur, per-  
 7 paucos de summa rerum, ac de salute omnium decer-  
 8 tare; quorum si quis aut animo aut virtute cessisset,  
 9 reliquis etiam esset cavendum, quibus pro se pugnan-  
 10 di facultas non fuisset. Hæc superioribus diebus læpe-  
 11 numero Cæsar suis exposuerat; ut hoc majori animo  
 12 contenderent, quod omnium salutem sibi commenda-  
 13 tam viderent. Eadem suum quisque contubernalem,  
 14 amicum, notum prosequens erat obtestatus; ne suam  
 15 atque omnium falleret opinionem, quorum iudicio de-  
 16 lectus ad pugnam proficisceretur. Itaque hoc animo est  
 17 decertatum, ut neque maritimis nauticisque sollertia at-  
 18 que ars præsidium ferret, neque numero navium præ-  
 19 stantibus multitudo prodesset, <sup>1</sup> neque flexi ad virtu-  
 20 tem ex tanta multitudine viri virtuti nostrorum possent  
 21 adæquari. Capitur hoc proelio quinquere mis una, &  
 22 biremis cum defensoribus remigibusque; & deprimun-  
 23 tur

*pra de Massiliensibus lib. II. de Bello ci-  
 vili ab diis exposceret, sed ab suis:  
 nam Aegyptiis sui erant Diæ, non aliis  
 tantum gentibus communes, sed aliis e-  
 tiam gentibus exosi. At præterquam  
 quod hic tam de Romanis, quam  
 Alexandrinis agatur, bonos certe  
 auctores parum trivit, qui non sta-  
 tum videt suos idem denotare ac suas  
 partes. Sic lib. III. B. C. cap. c.  
 Corcyra Dyrrachioque aquam suis sup-  
 portabat. Et hujusce libri cap. XVI.  
 Sæpenumero Cæsar suis exposuerat. Sed  
 quid opus exemplis? Talia in Cæ-  
 sare & aliis veteribus occurrunt, Da-  
 vies.*

<sup>1</sup>. Neque flexi ad virtutem ex tanta  
 multitudine viri, virtuti nostrorum pos-

*sent adæquari.] Edit. Beroald. neque  
 flexi ad virtutem ex tanta multitudine  
 hostium viri, virtutes nostrorum possent  
 adæquare. MS. Victor. neque electi ad  
 virtutem ex tanta multitudine hostium,  
 neque pro voce viri, in reliquis au-  
 tem eandem lectionem repræsentat  
 ac Beroald. Alii Codd. à vulgata di-  
 versi non abeunt, nisi quod con-  
 stanter exhibeant ex tanta multitudi-  
 ne hostium viri. Repono neque electi  
 ad virtutem ex tanta multitudine hostium  
 viri, ut partim ante me viderat Pet.  
 Ciacconius. Electi ad virtutem idem va-  
 let ac lecti ob virtutem. Cæsar lib. VII.  
 B. G. cap. LXXXV. Exiguum loci ad  
 declivitatem fastigium, magnum ha-  
 bet momentum; ubi D. Vossius frustra*

tur tres, nostris incolumibus omnibus: reliquæ propinquam fugam ad oppidum capiunt; quas protexerunt ex molibus atque ædificiis imminentibus, & nostros adire propius prohibuerunt.

XVII. Hoc ne sibi sæpius accidere posset, omni ratione Cæsar contendendum existimavit, ut insulam molemq; ad insulam pertinentem in suam redigeret potestatem: perfectis enim magna ex parte munitionibus in oppido, & illam, & urbem uno tempore tentari posse confidebat. Quo capto consilio, cohortes x, & levis armaturæ electos, quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in navigia minora scaphasque imponit: alteram insulæ partem destinendæ manus causa cum constratis navibus aggreditur, præmiis magnis propositis, qui primus insulam cepisset. At primo impetum nostrorum pariter sustinuerunt: uno enim tempore & ex tectis ædificiorum propugnabant, & littora armati defendebant, quo propter asperitatem loci non facilis nostris aditus dabatur: & scaphis navibusque longis v mobilitate & scienter angustias loci tuebantur. Sed ubi locis primum cognitis vadisque pertentatis, pauci nostri in littore constiterunt; atque hos sunt alii subsecuti; constanterque in eos, qui in littore æquo institerant, impetum fecerunt; omnes Phariæ terga verterunt. His pulsis, custodia portus relicta, ad littora & vicum applicaverunt; seque ex navibus ad tuenda ædificia ejecerunt.

XVIII. Neque vero diutius ipsi ex munitione se

con-

reponit ob declivitatem. Lib. III. B. C. cap. LXXXVIII. Quam ad causam cunctum equitatum — in sinistro cornu objecerat. Livius lib. III. cap. XLVIII. Decemvir alienato ad libidinem animo. Alia suppeditabit Th. Munckerus ad Hygini Fab. XLV. pag. 24. Davies.

1. Propinquam fugam ad oppidum ceperunt] Ad oppidum propinquum fu-

gerunt. Livius lib. XXI. cap. L. Fugam reliqua ceperunt. Dicitur Cretensis lib. II. cap. XXXIX. Neque diutius sustinere ausus Alexander, fugam capit. Sic locutus est & Cæsar lib. VIII. B. G. cap. XXVI. Idem.

2. Ex munitione se continere] Primam voculam delevit Jos. Scaliger: Fulv. autem Ursinus, notante Ciacconio, reponit in munitione. At à Codicum



- continere potuerunt: etsi erat non dissimile, atque Alexandriae, genus ædificiorum, (ut <sup>1</sup> minora majoribus conferantur) turreseque editæ & conjunctæ muri locum
- 2 obtinebant: neque nostri aut scalis, aut cratibus, aut reliquis rebus parati venerant ad oppugnandum; sed terror hominibus mentem consiliumque eripit, & membra debilitat; ut tunc accidit. Qui se in æquo loco ac plano pares esse confidebant, iidem perterriti fuga suorum, & cæde paucorum, xxx pedum altitudine in ædificiis consistere ausi non sunt, seque per molem in mare præcipitaverunt, & DCCC passuum intervallo ad oppidum enataverunt. Multi tamen ex iis capti interfectique sunt: sed numerus captivorum omnino fuit DC.
- 1 XIX. Cæsar, præda militibus concessa, ædificia diripi jussit; castellumque ad pontem, qui propior erat
- 2 Pharo, communivit; atque ibi præsidium posuit. Hunc fuga Pharitæ reliquerant; fortiozem illum, propioremque oppido Alexandrini tuebantur: sed eum postero die simili ratione aggreditur, quod, his obtentis duobus, omnem navigiorum excursus & repentina latrocinia sublatum iri videbatur. Jamque eos, qui præsidio eum locum tenebant, tormentis è navibus sagittisque depulerat, atque in oppidum redegerat; & <sup>2</sup> cohortium III instar in terram exposuerat; non enim plures consistere angustiæ loci patiebantur: reliquæ
- 4 copiæ in navibus stationem obtinebant. Quo facto imperat

dicum scriptura quam minime recedendum, quare placeat ea munitione. Davies.

1. Ut minora majoribus conferantur]

Adagio cessit. Virgilius Eclog. I, 24.

— Sic parvis componere magna solebam.

Et Georgic. IV, 176.

— Si parva licet componere magnis.

Cicero de claris orat. Similiter igitur suspicor, ut conferamus parvâ magnis.

Et iisdem verbis Plinius Secundus libro v. epist. VI. Ut parva magnis conferamus. Brant.

2. Cohortium trium instar] Circiter tres cohortes. Columella de re Rust. lib. II. cap. v. Acervi stercoreis instar quinque modiorum disponentur. Sic etiam Livius, aliique sunt locuti, adeo ut non esset, cur Joan. Rhellicanus de hujusce locutionis infrequentia quereretur. Davies.

perat pontem adversus hostem prævallari, & , qua exitus navibus erat , fornice exstructo , quo pons sustinebatur , lapidibus oppleri atque obstrui : quorum altero opere effecto , nulla omnino scapha egredi posset ; altero instituto , omnes Alexandrinorum copiarum ex oppido se eiecere , & contra munitiones pontis latiore loco constiterunt ; eodemque tempore , quæ consueverant navigia per pontes ad incendia onerariarum emitte-  
re , ad molem constituerunt. Pugnabatur à nostris ex ponte , ex mole , ab illis ex area , quæ erat adversus pontem , & ex navibus contra molem.

XX. In his rebus occupato Cæsare , militesque hortante , remigum magnus numerus , & classiariorum ex longis navibus nostris in molem se eiecit. Pars eorum studio spectandi ferebatur ; pars etiam cupiditate pugnandi. Hi primum navigia hostium lapidibus ac fundis à mole repellebant ; ac multum proficere multitudine telorum videbantur : sed postquam ultra eum locum ab latere eorum aperto ausi sunt egredi ex navibus Alexandrini pauci , ut sine signis certisque ordinibus , sine ratione prodierant , sic temere in naves refugere cœperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini ex navibus egrediebantur , nostrosque acrius perturbatos insequiebantur. Simul qui in navibus longis remanserant , scapas rapere , navesque à terra repellere , properabant ; ne hostes navibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites nostri cohortium trium , quæ in ponte , ac prima mole constiterant , quum post se clamorem exaudirent , fugam suorum viderent , magnam vim telorum adversi sustinerent , veriti ne ab tergo circumvenirentur , & discessu navium omnino reddito intercluderentur , munitionem in pontem institutam

I. *Alexandrini ex navibus egrediebantur* ] Reponendum ex MS. Norvic. ac editt. Rom. Ven. Beroald. Alexandrini plures ex navibus egrediebantur :

illa enim vox paucis Alexandrinis opponitur , qui ante navibus sunt egressi. *Davies.*

tam reliquerunt, & magno cursu incitati ad naves con-  
 6 tenderunt: quorum pars proximas nacta naves multi-  
 tudine hominum atque onere depressa est; pars resi-  
 stens & dubitans, quid esset capiendum consilii, ab  
 7 Alexandrinis interfecta est: nonnulli feliciore exitu ex-  
 peditas ad anchoram naves consecuti incolumes discesse-  
 runt: pauci allevati scutis, & animo ad conandum ni-  
 xi, ad proxima navigia adnatarunt.

1 XXI. Cæsar, quoad potuit, cohortando suos ad pon-  
 tem & munitiones contendere, eodem in periculo ver-  
 fatus est; postquam universos cedere animadvertit, in  
 2 suum navigium se recepit: quo multitudo hominum  
 infecuta quum irrumperet, neque administrandi neque  
 repellendi à terra facultas daretur; fore, quod accidit,  
 suspicatus, <sup>1</sup> sese ex navigio ejecit, atque ad eas, quæ  
 3 longius constiterant, naves adnatavit: hinc suis labo-  
 rantibus subsidio scaphas mittens nonnullos conserva-  
 vit. Navigium quidem ejus, multitudine depressum  
 4 militum, una cum hominibus interiit. Hoc proelio  
 desiderati sunt ex numero legionariorum militum cir-  
 citer CD, & paullo ultra eum numerum classarii &  
 5 remiges. Alexandrini eo loco castellum magnis mu-  
 nitionibus multisque tormentis confirmaverunt, atque,  
 egestis ex mari lapidibus, libere sunt usi postea ad mit-  
 tenda navigia.

1 XXII. Hoc detrimento milites nostri tantum abfue-  
 runt ut perturbarentur, ut incensi potius atque incitati  
 magnas accessiones fecerint in operibus hostium expu-  
 2 gnandis, in proeliis quotidianis, quandocumque fors  
 obtulerat procurrentibus & erumpentibus Alexandri-  
 nis \*\* 2 manum comprehendi multum operibus, &  
 ar-

1. Sese ex navigio ejecit? Suetonius  
 Jul. cap. LXIV. tradit, Cæsarem per  
 ducentos passus natasse elata lava,  
 ne libelli, quos tenebat manu, ma-  
 defierent, paludamento insuper tra-  
 cto, ne spolio potiretur hostis. Etsi

Dion lib. XLII. pag. 204. ac Appia-  
 nus lib. II. B. C. pag. 484. vestem  
 ab Alexandrinis interceptam, &  
 loco trophæi suspensam, memorant.  
 Glandorp.

2. Manum comprehendi multum ope-  
 ribus

ardentibus studiis militum , nec divulgata Cæsar's cohortatio subsequi legionum aut laborem , aut pugnandi poterat cupiditatem : ut magis deterrendi à periculosis dimicationibus , quam incitandi ad pugnandum.

XXIII. Alexandrini , quum Romanos & secundis rebus confirmari , & adversis incitari viderent , neque ullum belli tertium casum nossent , quo possent esse firmiores , ut conjectura consequi possumus , <sup>1</sup> aut admoniti à regis amicis , qui in Cæsar's erant præfidiis , aut suo priore consilio , per occultos nuncios regi probato ; legatos ad Cæsarem miserunt , *ut dimitteret regem , transireque ad suos pateretur : paratam enim omnem multitudinem esse , confectam radio puella , <sup>2</sup> fiduciario regno , dominatione crudelissima Ganymedis , facere id , quod rex imperasset : quo si auctore <sup>3</sup> in Cæsar's fidem amicitiamque venturi essent , nullius periculi timorem multitudini fore impedimento , quo minus se dederent.*

XXIV. Cæsar , etsi fallacem gentem , semperque alia cogitantem , alia simulantem , bene cognitam habebat , tamen petentibus dare veniam utile esse statuit : quod , si quo pacto sentirent ea , quæ postularent , mansurum in fide dimissum regem credebat ; sin , id quod magis illorum naturæ conveniebat , ducem ad bel-

*ribus & ardentibus* ] Editt. Rom. Ven. habent *manum comprehendendi* : Beroald. autem *manibus comprehendendi* ; at à Vascof. omnes hæ voces absunt , unde factum , ut Joan. Brantius Glossematis suspectas habuerit. Concedo potius in sententiam Rob. Stephani , Jos. Scaligeri , & aliorum , qui lacunam hic esse contendunt , licet in MSSis nullum ejus sit indicium. Davies.

1. *Aut admoniti à Regis amicis* ] MS. Norvic. aut *incitati à Regis amicis* : quod vehementius est , ideoque ea lectio mihi probatur , licet vulga-

tam retineant editt. veteres. Davies.

2. *Fiduciario regno* ] *Fiduciarium regnum* vocat , quod aliquando sit restituendum , tanquam bona fide concreditum. Quomodo T. Livius *fiduciariam civitatem* , supra etiam Cæsar lib. II. B. C. cap. XVII. *fiduciariam operam* dixit. Glandorp.

3. *In Cæsar's fidem amicitiamque venturi essent* ] Editt. Rom. Ven. representant *ventum essent* , unde rescribendum puto *ventum esset* , quemadmodum legitur in edit. Beroald. A. D. 1508. Davies.

bellum gerendum regem habere vellent, splendidius atque honestius sese contra regem, quam contra convenarum ac fugitivorum manum, bellum esse gesturum. Itaque regem cohortatus, ut consuleret regno paterno, parceret præclarissima patriæ, quæ turpissimis incendiis & ruinis esset deformata, cives suos primum ad sanitatem revocaret, deinde conservaret, fidem populo R. sibi que præstaret; quum ipse tantum ei crederet, ut ad hostes armatos eum mitteret; dextera dexteram tenens dimittere cœpit adulta jam ætate puerum. At regius animus disciplinis fallacissimis eruditus, ne à gentis suæ moribus degeneraret, flens orare contra Cæsarem cœpit, ne se dimitteret: non enim regnum ipsum sibi conspectu Cæsaris esse jucundius. Compressis pueri lacrimis, Cæsar ipse commotus, celeriter, si illa sentiret, fore eum secum affirmans, ad suos dimisit. <sup>1</sup> Ille, ut ex carceribus in liberum cursum emissus, adeo contra Cæsarem acriter bellum gerere cœpit, <sup>2</sup> ut lacrimas, quas in colloquio pro-

jece-

1. Ille, ut ex carceribus in liberum cursum emissus] Translatio ducta à quadrigis Circensibus, quæ mittebantur à magistratu, statimque proficientes è carceribus spatia corripiebant tanta interdum cursus celeritate, & contentione, ut habenas non audirent. *Virgilius* lib. I. *Georg.* extr.

*Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,  
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens  
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.*

Erant autem carceres repagula quædam, unde cursus initium erat, quibus coercerentur equi, ne inde exirent priusquam magistratus signum dedisset, ut docet *Adr. Turnebus* lib. xxv. advers. cap. II. Græci *καλκιδας* seu *ἀφιστηγίας* appellant. *Brant.*

2. Ut lacrimas, quas in colloquio projecerat, gaudio videretur profudisse] Etiam gaudium lacrimas interdum excutit, præsertim insperatum. *Terentius Adelph.* act. III. sc. v. *Oh, lacrumo gaudio;* ubi *Domatus*, immoderata, inquit, lætitia lacrimas habet. Et *Heaut.* Act. II. Sc. III, 65.

— *Lacrumis opplet os totum sibi, ut  
Facile scires desiderio id fieri tuo.*

Auctor est *Josephus* lib. XII. *Antiq. Judaic.* cap. II. *Ptolemæum* Philadelphum Regem Ægypti, quum illi libri facti litteris aureis descripti porrigerentur, præ gaudio in lacrimas prorupisse. Nam, inquit, *sepius natura hoc summo gaudio patitur, quod etiam dolentibus solet accidere.* *Rationes* profert *Alexander Aphrodisiensis* problem. XXI. *Idem.*

jecerat, gaudio videretur profudisse. Accidisse hoc complures Cæsaris legati, amici, centuriones militesque lætabantur; quod nimia bonitas ejus fallaciis pueri elusa esset. Quasi vero id Cæsar bonitate tantum adductus, ac non prudentissimo consilio fecisset.

XXV. Quum duce assumpto Alexandrini nihilo se firmiores factos, aut languidiores Romanos animadverterent; eludentibusque militibus regis ætatem atque infirmitatem, magnum dolorem acciperent, neque se quidquam proficere viderent: rumoresque exsisterent, magna Cæsari præsidia, terrestri itinere, Suria Ciliciaque adduci, quod nondum Cæsari auditum erat; interea commeatum, qui nostris mari supportabatur, intercipere statuerunt: itaque expeditis navigiis, locis idoneis ad Canopum in statione dispositis navibus, infidiabantur nostris commeatibus. Quod ubi Cæsari nunciatum est, classem jubet expediri atque instrui. Præficitur Ti. Nero. Proficiscuntur in ea classe Rhodiæ naves, atque in his Euphranor, sine quo nulla umquam dimicatio maritima, nulla etiam parum feliciter confecta erat. At fortuna, quæ plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriores casum reservat, superiorum temporum dissimilis, Euphranorem prosequabatur: nam quum ad Canopum ventum esset, instructaque utrimque classis conflisset, & sua consuetudine Euphranor primus prælium commisset; & illic triremem hostium perforasset ac demersisset; proximam longius infecutus, parum celeriter insequentibus reliquis, circumventus ab Alexandrinis est:

1. *Præficitur Ti. Nero. Proficiscuntur* 7 Nescio unde factum, ut hæc lectio in recentioribus edit. compareat, cum, quantum constat, ne unus quidem Codex ei faveat. MS. *Norvic.* & edit. *Ven. præfecit huic Tib. Neronem*; *Beroald.* autem in præfenti tempore *præfiscit huic Tib. Nero-*

*nem*: & sic legendum. Mire vero corruptus est hic locus in edit. Rom. A. D. 1472. quæ eum sic exhibet *perfecit huic Tyberium, ne rationem proficiscuntur.* Huic mendæ ortum dedit nomen proprium, cujusmodi sane nomina ab imperitis Librariis sæpissime temerantur. *Davies.*

6 est : cui subsidium nemo tulit ; sive quod in ipso satis præsidii pro virtute ac felicitate ejus putarent esse ; sive quod ipsi sibi timebant. Itaque unus ex omnibus eo proelio bene rem gessit , solus cum sua quadriremi vi-  
ctrice periit.

- 1 XXVI. Sub idem tempus Mithridates Pergamenus  
1 magnæ nobilitatis domi , scientiæque in bello , & vir-  
tutis , fidei dignitatisque in amicitia Cæsaris , missus in  
Suriam Ciliciamque initio belli Alexandrini ad auxilia  
accersenda , cum magnis copiis , quas celeriter & pro-  
pensissima civitatum voluntate , & sua diligentia con-  
fecerat , itinere pedestri , quo conjungitur Ægyptus  
2 Suriæ , Pelusium adduxit : idque oppidum firmo præ-  
sidio occupatum ab Achilla propter opportunitatem lo-  
ci , (namque tota Ægyptus 2 maritimo accessu Pharo ,  
pedestri Pelusio , velut claustris , munita existimatur)  
repente magnis circumdatum copiis , multiplici præsi-  
dio pertinaciter propugnantibus , & copiarum magni-  
tudine , quas integras vulneratis defessisque subiciebat ,  
& perseverantia constantiaque oppugnandi , quo die  
est aggressus , in suam redegit potestatem , præsidium-  
3 que ibi suum collocavit. Inde re bene gesta Alexan-  
driam ad Cæsarem contendit , omnesque eas regiones ,  
per quas iter faciebat , auctoritate ea , quæ plerumque  
adeft

2. *Magna nobilitatis domi* ] *Aldus Manutius* confidenter admodum reponit *magna nobilitatis homo* , aitque non enim tantum nobilitas nobiscum domi est. Ita tamen loquuntur præstantissimi scriptores. *Cæsar* lib. I. B. C. cap. xxxiv. *Præmissos etiam legatos Massilienses , domi nobiles adolescentes.* Sic quidem editt. nuperæ , at contra *Codicum* manuariorum fidem , ut illic monui ; quare hoc contra *Manutium* testimonio non nitar. At firmum erit illud *Sallustii* *Catil.* cap. xvii. *Ad hoc , multi ex coloniis & municipiis , domi nobiles.* Sic & *Justinus* lib. v. cap. ix, 6. *Erat inter exules*

*Thrasylbulus , vir strenuus & domi nobilis.* Quis igitur non videt sanam esse lectionem receptam ? *Davies.*

1. *Maritimo accessu Pharo ; pedestri Pelusio* ] *Pedestre* hic *maritimo* opponitur , & idem notat ac *terrestre*. Sic *Cæsar* lib. II. B. C. cap. xxxii. *Ut neque pedestri itinere , neque navibus commeatu juvari possent.* *Corn. Nepos* *Agel.* cap. II, I. *Fama exierat Artaxerxem comparare classem pedestresque exercitus , quos in Graciam mitteret.* Vide & *Hannib.* cap. xi, 6. ac *J. F. Gronovium* ad *Livii* lib. xxxvii. cap. lxi. *Idem.*

adeft victori, pacarat, atque in amicitiam Cæſaris redegerat.

XXVII. Locus eſt fere regionum illarum nobiliſſimus non ita longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à ſimilitudine litteræ cepit: nam pars quædam fluminis Nili, <sup>1</sup> mire derivata inter ſe, duobus itineribus paullatim, medium inter ſe ſpatium relinquens, diverſiſſimo ad littus intervallo <sup>2</sup> à mari conjungitur. Cui loco quum appropinquare Mithridaten Rex cognoviſſet; & tranſeundum ei flumen ſciret; magnas adverſus eum copias miſit, quibus vel ſuperari delerique Mithridaten, vel ſine dubio retineri poſſe credebat: quemadmodum autem optabat eum <sup>4</sup> vinci; ſic ſatis habebat intercluſum à Cæſare à ſe retineri. Quæ primæ copię flumen à Delta tranſire, & Mithridati occurrere potuerunt, prælium commiſerunt, feſtinantes præripere ſubſequentibus victoriæ ſocietatem: <sup>3</sup> quorum impetum Mithridates <sup>4</sup> magna cum prudentia, conſuetudine noſtra caſtris vallatis, ſuſtinuit: quum vero incaute atque inſolenter ſuccedere eos munitionibus videret; eruptione undique facta, ma-

1. *Mire derivata inter ſe*] In ſua editione primam vocem uncinis cinxit *Jof. Scaliger*. Et ſane quid miri eſt inſulas in mediis fluminibus comparere? Cum igitur ea vox à *Mſto Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* exulet, ego plane delendam cenſeo, ut inepti hominis additamentum. *Davies.*

2. *A mari conjungitur*] Deleo præpoſitionem, (quæ abeſt à *Mſ. Norvic.*) ſentit enim Nilum ad locum, qui Delta dicitur, dividi divaricarique, deinde paullatim crefcere medium ſpatium, demum diverſiſſimis & longe à ſe diſtantibus locis mari conjungi: quanquam & diſtiones ad littus, abundare exiſtimo; ſed ſuperiorem locum non factis caſtigatum eſſe credo. *Ciac.*

3. *Quorum impetum Mithridates*] Eadem traduntur à *Jofepho* lib. iv. cap. xv. ſed in gratiam ſuæ gentis, & Antipatri, patris Herodis, non ita multum tribuente laudibus Mithridatis, imo, contra narrationem *Hirtii*, partam victoriæ ad Antipatrum transferente. *Glandorpi.*

4. *Magna cum prudentia*] *Codex Ciaccon.* poſt has voces addit *conſtantiaque militum*; *Mſ.* autem *Norvic.* cum aliis nonnullis, *conſtantiaque virtutum, & Alexandrinorum imprudentia*. Illa quidem verba, ut opinor, è margine in textum ſunt adſeſcita, quorum Gloſſematum exempla ſuppeditabunt not. ad lib. II. B. G. cap. xxxiii. & lib. III. B. G. cap. I. *Davies.*



8 magnum numerum eorum interficit. Quod nisi locorum notitia reliqui se texissent, partimque in naves, quibus flumen transierant, recepissent, funditus deleti essent: qui ut paullulum ab illo timore se recrearunt, adjunctis iis, qui subsequabantur, rursus Mithridaten oppugnare cœperunt.

1 XXVIII. Mittitur à Mithridate nuncius Cæsari, qui rem gestam perferret. Cognoscit ex suis eadem hæc accidisse Rex. Ita pene sub idem tempus & rex ad opprimendum Mithridaten proficiscitur, & Cæsar ad recipiendum.

2 Celeriore fluminis Nili navigatione rex est usus, <sup>1</sup> in qua magnam & paratam classem habebat. Cæsar eodem itinere uti noluit, ne navibus in flumine dimicaret: sed, circumvectus eo mari, quod Africæ partis esse dicitur, sicuti supra demonstravimus, prius tamen regis copiis occurrit, quam is Mithridaten aggredi posset, eumque ad se victorem incolumi exercitu recepit.

3 Confederat cum copiis rex loco natura munito, quod erat ipse excelsior; planitia ex omnibus partibus subjecta: tribus autem ex lateribus variis genere  
4 munitionibus tegebatur. Unum latus erat adjectum flumini Nilo; alterum editissimo loco ductum, ut partem castrorum obtineret; tertium palude cingebatur.

1 XXIX. Inter castra Regis & Cæsaris iter, flumen intercedebat angustum, altissimis ripis, quod in Nilum influebat: aberat autem ab Regis castris millia

2 passuum circiter VII. Rex, quum hoc itinere venire Cæsarem comperisset, equitatum omnem expeditosque delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Cæsarem prohiberent, & <sup>2</sup> eminus ex ripis prælium impar  
ini-

1. In qua magnam & paratam] Sic edidit Jof. Scaliger, quem secuti sunt recentiores, ac ita sane exhibent editt. Rom. Ven. Beroald. At MS. Norvic. & editt. Steph. in quo magnam & paratam. Atque ita sine dubio legendum, pronomen enim ad

voces fluminis Nili est referendum. Davies.

2. Eminus ex ripis prælium impar ini-vent] Cæsareanis erat impar eo, quod ex locis inferioribus pugnandum illis erat adversus regios milites, qui in editiori loco constitu-

inirent; nullum enim processum virtus habebat, aut periculum ignavia subibat: quæ res incendit dolore milites equitesque nostros; quod tam diu pari prælio cum Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites Germani dispersi vada fluminis quærentes, partim demissioribus ripis flumen transarunt; & legionarii, magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque ripam contingerent, projectis, repentinoque aggere injecto, flumen transierunt: quorum impetum adeo pertimuerunt hostes, ut in fuga spem salutis collocarent. Sed id frustra: namque ex ea fuga pauci ad regem refugerunt, pene omni reliqua multitudo interfecta.

XXX. Cæsar, re præclarissime gesta, quum subitum adventum suum judicaret magnum terrorem Alexandrinis injecturum, protinus victor ad regis castra pertendit. Hæc quum & opere magno vallata, & loci natura munita adverteret; confertamque armatorum multitudinem collocatam in vallo videret, lassos itinere, ac præliando milites ad oppugnanda castra succedere noluit; itaque, non magno intervallo relicto ab hoste, castra posuit. Postero die castellum, quod rex in proximo vico non longe à suis castris muniverat, brachiisque cum opere castrorum conjunxerat vici obtinendi causa, Cæsar aggressus, omnibus copiis expugnat; non quo id minori numero militum consequi difficile factu putaret; sed ut ab ea victoria, perterritis

ti erant. Modo namque dixit *Hirtius*, inter castra, ac Cæsar's iter, angustum flumen intercessisse, quod altissimis ripis impeditum esset.

*Rhellican.*

1. *Magnis arboribus excisis, qua longitudine utramque ripam contingerent, projectis* ] MS. meus habet & projectis, atque ita non abundabit vox excisis, quam male suspectam habuit *Pet. Ciacconius*. *Brant.*

2. *Brachiisque cum opere castrorum conjunxerat* ] *Brachia* hic μεταφορικῶς,

pro curvis munitionibus in brachiorum humanorum similitudinem formatis accipi videntur, ut in illo *Virgilii* lib. III. *Æn.* vi. 535.

— *gemino demittunt brachia muro*  
*Turriti scopuli.*—

Quod *Donatus* ita exponit; *cautes sunt in formam brachiorum*. *Rhellican;* Vide *Broukhusium* ad *Propertii* lib. III. *Eleg.* xx. 24. & *J. Lipsium* *Poet.* lib. II; *Dial.* II. *Davies.*

4 tis Alexandrinis, protinus castra regis oppugnaret. Ita-  
 que eo cursu, quo refugientes Alexandrinos ex castel-  
 lo in castra sunt milites infecuti, munitionibus succes-  
 5 serunt, acerrimeque eminus proeliari cœperunt. Dua-  
 bus ex partibus <sup>1</sup> aditus oppugnationibus nostris daba-  
 tur; una, quam liberum accessum habere demonstra-  
 vi; altera, quæ mediocre intervallum inter castra &  
 6 flumen Nilum habebat. Maxima & electissima Alexan-  
 drinorum multitudo defendebat eam partem, quæ fa-  
 7 cillimum aditum habebat: plurimum autem proficie-  
 bant hostes in repellendis vulnerandisque nostris, qui  
 in regione fluminis Nili propugnabant; diversis enim  
 telis nostri figebantur, adversi ex vallo castrorum, aver-  
 si ex flumine, in quo multæ naves instructæ fundito-  
 ribus & sagittariis nostros impugnabant.

1 XXXI. Cæsar, quum videret milites acrius proelia-  
 ri non posse, nec tamen multum profici propter loco-  
 rum difficultatem; quumque animum adverteret, ex-  
 celsissimum locum castrorum relictum esse ab Alexan-  
 drinis; quod & per se munitus esset, & studio partim  
 pugnandi, partim spectandi, decucurrissent in eum  
 locum, in quo pugnabatur; <sup>2</sup> cohortes illo circuire ca-  
 stra, & summum locum aggredi, jussit, hisque Carsu-  
 lenum præfecit, & animi magnitudine, & rei militaris  
 2 scientia virum præstantem. Quo ut ventum est, paucis  
 defendentibus munitionem, nostris contra militibus ac-  
 cerrime pugnantibus, diverso clamore & proelio per-  
 territi Alexandrini, trepidantes <sup>3</sup> in omnes partes dis-  
 scur-

1. *Aditus oppugnationibus nostris da-  
 batur*] MS. *Norvic.* repræsentat *adi-  
 tus expugnationis*, editt. *Rom & Ven.*  
*aditus oppugnationis*, & sic legendum  
 arbitror. Eodem modo *Cæsar* lib. v.  
 B. G. cap. xli. *sermonis aditum*, &  
 lib. i. B. C. cap. lxxiv. *aditum com-  
 mendationis* dixit. *Davies.*

2. *Cohortes illo circuire castra*] *Faër-  
 omis* notam numeralem in voce se-

cunda latere existimans, rescri-  
 bit *cohortes III circuire castra.* *Ciac-  
 con.*

3. *In omnes partes discurrere cape-  
 runt*] Repono, *in omnes partes castro-  
 rum discurrere ceperunt*, non solum  
 ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* verum  
 etiam ex *Manuscripto Norv.* aliif-  
 que: *Hirtius* enim, non minus ac  
*Cæsar*, perspicuitatis est studiosus.  
*Davies.*

scurrere cœperunt: quorum perturbatione, nostrorum 3  
 animi adeo sunt incitati, ut pene eodem tempore ex  
 omnibus partibus, primi tamen editissimum locum ca-  
 strorum caperent: ex quo decurrentes magnam multi-  
 tudinem hostium in castris interfecerunt. Quod peri- 4  
 culum plerique Alexandrini fugientes, acervatim se de  
 vallo præcipitaverunt in eam partem, quæ flumini erat  
 adjuncta. Horum primis in ipsa fossa munitionis <sup>1</sup> ma- 5  
 gna vi oppressis, ceteri faciliorem fugam habuerunt.  
 Constat fugisse ex castris Regem ipsum, receptumque 6  
 in navem, <sup>2</sup> & multitudine eorum, qui ad proximas  
 naves adnabant, demerso navigio perisse.

XXXII. Re felicissime celerrimeque gesta, Cæsar, <sup>1</sup>  
 magnæ victoriæ fiducia proximo terrestri itinere Ale-  
 xandriam cum equitibus contendit; atque ea parte op-  
 pidi victor introiit, quæ præsidio hostium tenebatur.  
 Neque eum consilium suum fefellit, quin hostes, eo <sup>2</sup>  
 prælio audito, nihil jam de bello essent cogitaturi. Di-  
 gnus adveniens fructum virtutis & animi magnitudi-  
 nis tulit: omnis enim multitudo oppidanorum, armis <sup>3</sup>  
 projectis, munitionibusque suis relictis, <sup>3</sup> veste ea  
 sumpta, qua supplices dominantes deprecari consueve-  
 runt, sacrisque omnibus prolatis, quorum religione  
 precari offensos iratosque animos regum erant soliti,  
 ad-

1. *Magna vi oppressis*] MSS. Ciaccon. & Norvic. habent *magna ruina oppressis*, & eo sane probabilior est hæc lectio, quod noster hujusce libri c. lxxxvi. eodem loquendi modo sit usus. Proprie; siquidem *ruere est toto corpore uti ad impellendum*, quod faciunt, qui ipsi præcipientes alios prosterunt, ut testatur Donatus ad Terentii Adelph. Act. III. Sc. II, 21. Davies.

2. *Et multitudine eorum*] Prima vocula sensum turbat, quapropter ex fide MSti Norvic, omnino est delenda, Idem.

3. *Veste ea sumpta, qua supplices dominantes deprecari consueverunt*] Sordidatas vestes intelligit, quales erant reorum; alias enim Romani albo vestimento sunt usi, ut monet J. Lipsius Elect. lib. I. cap. XIII. licet ea de re nonnullæ occurrant difficultates, quas vide apud Olf. Ferrarium de re vest. lib. I. capp. XXI. & XXII. Hoc eo melius convenit Alexandrinis, quod etiam Ægyptiorum indumenta fuerint alba. Adiri poterit Herodotus lib. II. cap. lxxxvi. Idem.

adveniēti Cæsari occurrerunt, seque ei dederunt.

4 Cæsar in fidem receptos consolatus, per hostium munitiones in suam partem oppidi magna gratulatione venit suorum, qui non tantum bellum ipsum ac dimicationem, sed etiam talem adventum ejus felicem fuisse lætabantur.

1 XXXIII. Cæsar Ægypto atque Alexandria potitus reges constituit, quos Ptolemæus testamento scripserat, atque obtestatus erat populum Rom. ne mutarentur: nam majore ex duobus pueris rege amisso, minori transdidit regnum, majorique ex duabus filiis Cleopatrarum, quæ manserat in fide præsidiiisque ejus: minorem Arsinoë, cujus nomine diu regnasse impotenter Ganymeden docuimus, <sup>1</sup> deducere ex regno statuit; ne qua rursus nova dissensio, prius quam diuturnitate <sup>2</sup> confirmarentur regis imperia, per homines seditiosos <sup>3</sup> nasceretur. Legionem veterana vi secum deducta, ceteras ibi relinquit; quo firmiter esset eorum regum imperium: qui neque amorem suorum habere poterant, quod fideliter permanerant in Cæsaris amicitia, neque vetustatis auctoritatem, paucis diebus reges constituti: simul ad imperii nostri dignitatem utilitatemque publicam pertinere existimabat, si permanerent in fide reges, præsiidiis eos nostris esse tutos, & hos, si essent ingrati, posse iisdem præsiidiis coerceri. <sup>3</sup> Sic rebus omni-

1. *Deducere ex regno statuit*] Eam postea in triumpho Romæ duxit. Auctor Dio lib. XLII. pag. 223. Ciaccon.

2. *Confirmarentur regis imperia*] In MSto Norvic. & edit. Beroald. est *confirmaretur Regis imperium*. Sed hoc parum refert. Illud quærendum superest, quomodo Regis diceret imperia, cum Ægypti regnum minori Ptolemæi filio & Cleopatrarum traderit. Omnino scribendum crediderim *confirmarentur regum imperia*. Sic paullo post: *Quo firmiter esset eorum*

*regum imperium*; licet editt. Rom. Ven. Beroald. ibi corrupte habeant *eorum regnum & imperium*, quippe editoribus latuit, *Reges de Rege & regina posse usurpari*. Iterum: *Paucis diebus reges constituti*. Cæsar lib. III. B. C. cap. CVII. *Interim controversias Regum ad P. R. & ad se, quod esset consul, pertinere existimans*. Vide & ejusdem libri cap. CIX. Davies.

3. *Sic rebus omnibus confectis & collocatis, ipse itinere terrestri*] MS. Norvic. *Sic rebus omnibus confectis & collocatis, penitus*

mnibus confectis & collocatis, ipse itinere terrestri profectus est in Suriam.

XXXIV. Dum hæc in Ægypto geruntur, rex De- 1  
jotarus ad Domitium Calvinum, cui Cæsar Asiam, fi-  
nitimasque provincias administrandas tradiderat, ve-  
nit, oratum, ne Armeniam minorem, regnum suum,  
neve Cappadociam, regnum Ariobarzani, possideri  
vastarique pateretur à Pharnace: quo malo nisi libera-  
rentur, <sup>1</sup> imperata sibi facere, pecuniamque promif-  
sam Cæfari non posse se persolvere. Domitius non tan- 2  
tum ad explicandos sumtus rei militaris quum pecu-  
niam necessariam esse judicaret; sed etiam turpe popu-  
lo Rom. & Cæfari victori, sibi que infame esse statue-  
ret, regna sociorum atque amicorum ab externo rege  
occupari, nuncios confestim ad Pharnacem misit, Ar-  
menia Cappadociaque decederet, neve occupatione bel-  
li civilis, populi Rom. jus majestatemque tentaret.  
Hanc denunciationem quum majorem vim habituram 3  
existimaret, si propius eas regiones cum exercitu ac-  
cessisset; ad legiones profectus, unam ex tribus xxxv  
secum ducit, <sup>11</sup> in Ægyptum ad Cæfarem mittit, lit-  
teris ejus evocatas: quarum altera in bello Alexandri-  
no non occurrit; quod itinere terrestri per Suriam e-  
rat missa. Adjungit Cn. Domitius legioni xxxv <sup>1</sup> duas 4  
à Dejotaro, quas ille disciplina atque armatura nostra  
complures annos constitutas habebat, equitesque cen-  
tum; totidemque ab Ariobarzane sumit: mittit P. Sex- 5  
tium

*penitus, itinere terrestri: editt. autem Beroald. collocatis, ipse itinere pedestri, quæ vera est lectio, altera autem ex Glossmate est nata. Infra cap. XLIV. Partim classe per se, partim pedestribus copiis per barbaros. Corn. Nepos Alcib. cap. VIII, 2. Quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent; ubi vide quæ notavit Chr. Cellarius. Sic etiam Frontinus Strateg. lib. I. cap. III, 6. prælium pedestre*

navali opponit. Adi etiam notata ad hujusce libri cap. xxvi. *Davies.*

*1. Imperata sibi facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse se persolvere } Hunc locum ita representant MS. Norvic. & editt. Rom. Ven. Beroald. Imperata se facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse persolvere, quod ut brevius est, sic æque commodum videtur. Idem.*

tium ad C. Plætorium quæstorem, ut legionem adduceret, quæ<sup>1</sup> ex tumultuariis militibus in Ponto confecta erat; Quintumque Patifium in Ciliciam ad auxilia accersenda. Quæ copię celeriter omnes jussu Domitii Comana convenerunt.

- 1 XXXV. Interim legati à Pharnace responsa referunt, Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quam paterno nomine jure obtinere deberet; denique ejus regni causa integra Casari servaretur: paratum enim se facere, quod is statuisset. Cn. Domitius, quum animadverteret eum Cappadocia decessisse non voluntate ad-
- 2 ductum, sed necessitate; quod facilius Armeniam defendere posset subjectam suo regno, quam Cappadociam longius remotam; quodque omnes III legiones adducturum Domitium putasset; ex quibus cum II ad Cæsarem missas audisset, <sup>2</sup> audaciusque in Armenia substitisset; perseverare cœpit, ut eo quoque regno
- 3 decederet: neque enim aliud jus esse Cappadocia atque Armenia: nec juste eum postulare, ut in Casaris adventum res integra differretur: id enim esse integrum, quod ita es-
- 4 set, ut fuisset. His responsis datis, cum iis copiis, quas supra scripsi, profectus est in Armeniam, locisque superioribus iter facere instituit: nam ex Ponto à Comanis jugum editum silvestre est, pertinens in Armeniam
- 6 minorem, quo Cappadocia finitur ab Armenia: <sup>3</sup> cujus
- iti-

1. Ex tumultuariis militibus] Tumultuarii milites dicuntur ii, qui ob tumultum, vel inopinum aliud periculum raptim sunt conscripti. Livius lib. xxxv. cap. II. Si tumultus in Hispania esset, tumultuarios milites extra Italiam scribi à Pratore. Mens ea Senatus fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur. Vide & Godefc. Stewechium ad Vegetii lib. III. cap. VIII. Davies.

2. Audaciusque in Armenia substitisset] Sensus postulat, ut legamus audacius in Armenia substitisset, deleta

particula copulante, licet eam omnes Codd. exhibeant præter editt. Rob. Stephani A. D. 1544. Idem.

3. Cujus itineris has esse certas opportunitates] Commoda non dubia; haud enim est, cur penultimam vocem cum Jos. Scaligero delectamus. MSS. autem nonnulli cum editt. Rom. Ven. Beroald. habent cujus itineris hæ erant certæ opportunitates, quæ quidem lectio vulgatæ Syntaxeos rationi melius convenit; licet, servata eâ, quam representant editt.

itineris has esse certas opportunitates, quod in locis superioribus nullus impetus repentinus accidere hostium poterat, & quod Cappadocia his jugis subjecta, magnam commeatus copiam erat subministratura.

XXXVI. Complures interim legationes Pharnaces 1  
ad Domitium mittit, quæ de pace agerent, regiaque  
munera Domitio ferrent. Ea constanter omnia asperna- 2  
batur: nec sibi quidquam fore antiquius quam digni-  
tatem populi Rom. & regna sociorum recuperare, le-  
gatis respondebat. Magnis & continuis itineribus con- 3  
fectis, quum 1 adventaret ad Nicopolim, quod oppi-  
dum in Armenia minore positum est, plano ipsum lo-  
co, montibus tamen altis ab duobus lateribus objectis,  
fatis magno intervallo ab oppido remotis, castra posuit  
longe à Nicopoli circiter millia passuum VII. Quibus 4  
ex castris, quum locus angustus atque impeditus esset  
transeundus, Pharnaces in insidiis delectos pedites o-  
mnesque pene disposuit equites: magnam autem mul-  
titudinem pecoris intra eas fauces dissipari iussit, paga-  
nosque & oppidanos in iis locis obversari: ut 2 si ami- 5  
cus Domitius eas angustias transfret, nihil de insidiis  
suspicaretur; quum in agris & pecora & homines ani-  
madverteret versari, tamquam amicorum adventu: sin  
vero ut in hostium fines veniret, præda diripienda mi-  
lites dissiparentur, dispersique cæderentur.

## XXXVII.

nuperæ; verbum aliquod *nosendi* vel  
similis significatûs possit subintelli-  
gi. Vide *Fr. Sanctii Minerv.* lib. IV.  
cap. V. cum *fac, Perizonii* additamen-  
tis. *Davies.*

1. *Adventaret ad Nicopolim*] Editt  
nuperæ omittunt præpositionem,  
quam restitui ex *MSto Norvic.* & e-  
ditt. *Rom. Ven. Beroald.* Sic lib. I. B.  
G. cap. VII. *Ad Genevam* pervenit.  
Et lib. III. B. C. cap. XL. *Ad Ori-*  
*cum* venit. Ita etiam persæpe loquun-  
tur boni auctores. *Idem.*

2. *Si amicus Domitius*] Auctiorem

hunc locum exhibet *MS. Norvic.* a-  
liique plurimi Codd. cum editt.  
*Rom. Ven. Beroald.* In illis enim est,  
*sive amicus sive inimicus Domitius.* Hoc  
sane adsummentum probat *Joan. Go-*  
*duinus*; in cuius sententiam pauci,  
nisi fallor, pedibus ibunt; nam si  
*inimici* antea mentionem fecerat no-  
ster, nihil opus erat ut postea ad-  
jiceret *sin vero ut in hostium fines ve-*  
*niret*, quibus ex verbis luce fit cla-  
rius, ineptum esse illud additamen-  
tum. *Davies.*



1 XXXVII. Hæc quum administraret, nunquam tamen intermittebat legatos de pace atque amicitia mittere ad Domitium : quum hoc ipso crederet eum facilius decipi posse. At contra spes pacis Domitio in iisdem castris morandi attulit causam. Ita Pharnaces, amissa proximi temporis occasione, veritus, ne cognoscerentur insidiæ, suos in castra revocavit. Domitius postero die propius Nicopolim accessit, castraque oppido contulit : quæ dum muniunt nostri, Pharnaces aciem instruxit suo more atque instituto ; in fronte enim, simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidiis. Eadem ratione hæc media collocabantur acie, duobus dextra sinistraque intervallis, simplicibus ordinibus instructis.

2

3

4

5 Perfecit inceptum castrorum opus Domitius, parte copiarum pro vallo instructa.

1 XXXVIII. Proxima nocte Pharnaces, interceptis tabellariis, qui de Alexandrinis rebus litteras ad Domitium ferebant, cognoscit, Cæsarem magno in periculo versari, flagitarique à Domitio, ut quam primum sibi subsidia mitteret, <sup>1</sup> propiusque ipse Alexandriam per

2 Suriam accederet. Qua cognita re, Pharnaces victoriæ loco ducebat, si trahere tempus posset ; quum descendendum celeriter Domitio putaret. Itaque ab oppido,

3 qua facillimum accessum & æquissimum ad dimicandum nostris videbat, fossas **II** directas, non ita magno medio intervallo relicto, **IV** pedum altitudinis in eum locum deduxit, quo longius constituerat suum non

4 producere aciem. Inter has fossas aciem semper instruebat, equitatum autem ab lateribus omnem extra fossam collocabat : qui neque aliter utilis esse poterat, & multum numero anteibat nostrum equitatum.

## XXXIX.

1. Propiusque ipse Alexandriam ] MS. Norvic. propiusque ipsam ; receptam autem lectionem tuentur editi. Rom. Ven. Beroald. Ut verum fatear, non intelligo, qui juvari potuerit Cæsar, si Domitius solum-

modo propius Alexandriam adventaret, cum in eo ipso oppido periculum subiret Imperator. Repono itaque, protinusque ipse Alexandriam, hoc est, statim, nulla mora interposita, Davies,

XXXIX. Domitius autem, quum Cæsaris magis **1**  
 periculo, quam suo, commoveretur; neque se tuto  
 discessurum arbitraretur, si conditiones, quas rejece-  
 rat, rursus appeteret, aut sine causâ discederet; ex  
 propinquis castris in aciem exercitum eduxit. xxxvi **2**  
 legionem in dextro cornu collocavit, Ponticam in si-  
 nitro; Deiotari legiones in mediam aciem contulit,  
 quibus tamen angustissimum frontis reliquit interval-  
 lum, reliquis cohortibus <sup>1</sup> in subsidiis collocatis. Sic  
 utrimque acie instructa, processum est ad dimican-  
 dum.

XL. Signo sub idem tempus ab utroque dato, con- **1**  
 curritur: acriter varieque pugnatur: nam xxxvi le-  
 gio, quum extra fossam in equitatum regis impetum  
 fecisset, adeo secundum prælium fecit, ut mœnibus  
 oppidi succederet, fossamque transfret, <sup>2</sup> adversosque  
 hostes aggrederetur. At Pontica ex altera parte legio, **2**  
 quum paullulùm averfa hostibus cessisset, fossam au-  
 tem circuire acies secundo conata esset, ut aperto la-  
 tere aggrederetur hostem, in ipso transitu fossæ, con-  
 fixa, & oppressa est: Deiotari vero legiones vix im-  
 petum sustinuerunt. Ita victrices regis copiæ cornu suo **3**  
 dextro, mediaque acie converterunt se ad xxxvi le-  
 gionem: quæ tamen fortiter vincentium impetum susti-  
 nuit; magnis copiis hostium circumdata, præsentissimo  
 animo pugnans <sup>3</sup> in orbem se recepit ad radices mon-  
 tium: quo Pharnaces insequi, propter iniquitatem lo-  
 ci, noluit. Ita, Pontica legione pene tota amissâ, ma- **4**  
 gna

*In subsidiis collocatis*] sic recte MS. *Norvic.* atque ita edidit *Jos. Scaliger*: in editt. autem *Rom. Ven. Beroald.* aliisque legitur *in insidiis collocatis*: absurde prorsus; nullum enim locum hic habere possunt insidiæ. *Davies.*

<sup>2</sup>. *Adversosque hostes*] Legendum existimo *aversosque hostes* (ut habent MS. *Norvic.* & editt. *Beroald.* at *Rom.*

& *Ven. adversusque hostes.*) Ciaccon.

<sup>3</sup>. *In orbem se recepit*] Hoc in summo periculo fieri solitum. *Cæsar* lib. v. B. G. cap. xxxiii. *Ut impedimenta relinquerent, atque in orbem consisterent — non sine summo timore & desperatione id factum videbatur.* *Adi & Joan. Brantium* ad lib. iv. B. G. cap. xxxvii. *Davies.*

5 gna parte Deiotari militum interfecta, xxxvi legio in loca se superiora contulit, non amplius ccl desideratis. Ceciderunt eo proelio splendidi ac illustres viri nonnulli equites Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto, reliquias exercitus dissipati collegit, itineribusque tutis per Cappadociam se <sup>1</sup> in Asiam recepit.

1 XLI. Pharnaces rebus secundis elatus, quum de Cæsare ea, quæ optabat, speraret, Pontum omnibus  
2 copiis occupavit: ibique & victor, & crudelissimus rex, quum <sup>2</sup> sibi fortunam paternam felice eventu destinaret, multa oppida expugnavit; bona civium  
3 Romanorum Ponticorumque diripuit: supplicia constituit in eos, qui aliquam formæ atque ætatis commendationem habebant, <sup>3</sup> ea quæ morte essent miseriora; Pontumque nullo defendente, paternum regnum se recepisse glorians, obtinebat.

1 XLII. Sub idem tempus in Illyrico est incommodum acceptum: quæ provincia superioribus mensibus retenta non tantum sine ignominia, sed etiam cum laude erat: namque eo missus æstate cum **II** legionibus Q. Cornificius Cæsaris quæstor pro prætore, quamquam erat provincia minime copiosa ad exercitus alendos, & finitimo bello ac dissensionibus vastata & con-

1. *In Asiam recepit*] Asiam proprie dictam intelligit: quæ in duas ab Agrippa (teste *Plinio* lib. v. cap. xxvii.) divisa est partes. Nam alioquin & Cappadocia (per quam Domitius iter fecit) Asiæ generaliter dictæ regio est. Porro *Asia*, proprie sic vocata, terminatur à Septentrione Bithynia: ab occasu reliqua Propontidis parte, Hellesponto, Ægeio, Cario, Myrtooque pelago. Qua de re consule lib. v. *Ptolemai*, cap. ii, tabula Asiæ prima, & *Paulum Orosium* lib. i, cap. ii, *Rhellen.*

2. *Sibi fortunam paternam felice eventu destinaret*] Et pater erat Mithridates, qui, maximis rebus gestis, tandem à Pompeio debellatus, male tentatum veneno spiritum ferro expulit, ut loquitur *Florus* lib. iii. cap. v, 26. *Davies.*

3. *Ea qua morte essent miseriora*] Quæ ea essent, ostendit inferius cap. lxx. Neque exfectis virilitatem restituere posse, quod quidem supplicium gravius morte civis Rom. subissent. Vide & *Appianum* lib. ii, B, C, pag. 484. *Ciaccon.*

confecta, tamen prudentia ac diligentia sua, quod magnam curam suscipiebat, ne quo temere progrediretur, & recepit, & defendit: namque & castella complura 3  
 locis editis posita, quorum opportunitas castellanos impellebat ad decursiones faciendas, & bellum inferendum, expugnavit; eaque præda milites donavit, quæ etsi erat tenuis, tamen in tanta provinciæ desperatione erat grata, præsertim virtute parta; & quum Octavius ex fuga Pharsalici prælii magna classe in illum se finem contulisset, paucis navibus Iadertinorum, quorum semper in Remp. singulare constiterat officium, dispersis Octavianis navibus erat potitus; ut vel classe dimicare posset, 1 adjunctis captivis navibus sociorum: & quum diversissima parte orbis terrarum Cn. Pompejum victor Cæsar sequeretur; compluresque adversarios in Illyricum, propter Macedoniae propinquitatem, se, reliquiis ex fuga collectis, contulisse audiret, literas ad Gabinium mittit, uti cum legionibus tironum, quæ nuper erant conscriptæ, proficisceretur in Illyricum, conjunctisque copiis cum Q. Cornificio, si quod periculum provinciæ inferretur, depelleret: sin ea non magnis copiis tuta esse posset, 2 in Macedoniam legiones adduceret: omnem enim illam partem, regionemque, vivo Cn. Pompejo, bellum instauraturam esse credebat.

XLIII. Gabinus, ut in Illyricum venit, hiberno tempore anni, ac difficili, sive copiosiore provinciam existimans, sive multum fortunæ victoris Cæsaribus tribuens, sive virtute & scientia sua confusus, quam sæpe

I. Adjunctis captivis navibus sociorum] Paulo post: Dum suas, captivasque naves resciveret. Cæsar supra lib. II. de Bell. Civ. cap. v. Nam ad eas, quæ factæ fuerant Arelate per Cæsarem, captivæ Massiliensium accesserant sex. Naves ab hostibus captæ, captivæ dicebantur, quibus idcirco & postliminium est, ex lib. II. D. de

capt. & postlim. rever. Brant.

2. In Macedoniam legiones adduceret] Sic legendum ex MSto Norvic. & edit. Steph. edidit enim Jof. Scaliger, in Macedoniam legiones adducerent, ac ita sane exhibent antiquissimi ex impressis Codd. Rom. Ven. Beroald. Davies.

pe in bellis periclitatus magnas res & secundas ductu  
 aufuque suo gesserat; neque provinciæ facultatibus sub-  
 levabatur, quæ partim erat exinanita, partim infide-  
 lis, neque navibus, intercluso mari tempestatibus,  
 commeatus supportari poterat; magnisque difficultati-  
 bus coactus, non ut volebat, sed ut necesse erat, bel-  
 2 lum gerebat. Ita, quum durissimis tempestatibus, pro-  
 3 pter inopiam, castella aut oppida expugnare cogere-  
 tur, crebra incommoda accipiebat; adeoque est à bar-  
 baris contemptus, ut, Salonam se recipiens in oppi-  
 dum maritimum, quod cives Romani fortissimi fide-  
 lissimique incolebant, <sup>1</sup> in agmine dimicare sit coactus.  
 4 Quo prælio duobus millibus militum amplius amissis,  
 centurionibus xxxi ix, tribunis iv, cum reliquis copiis  
 Salonam se recepit: summaque ibi difficultate rerum  
 5 omnium pressus paucis mensibus morbo periit. Cujus  
 & infelicitas vivi, & subita mors in magnam spem O-  
 ctavium adduxit provinciæ potiundæ: quem tamen  
 diutius in rebus secundis & fortuna, quæ plurimum in  
 bellis potest, diligentiaque Cornificii, & virtus Vati-  
 nii versari passâ non est.

1 XLIV. Vatinius, Brundisii quum esset, cognitis  
 rebus, quæ gestæ erant in Illyrico, quum crebris lit-  
 teris Cornificii ad auxilium provinciæ ferendum evo-  
 caretur: & M. Octavium audiret cum barbaris foede-

ra

1. In agmine dimicare sit coactus ]  
 Joan. Godwinus ad hunc locum ait, id est, tanto cum periculo, ut, expletis Imperatoris officiis, coactus sit militis partes suscipere, manu ipse pugnando, quod alienum ab Imperatore. Sed misere fallitur interpret ille Gallicanus. Agmen est exercitus ambulans, qui igitur in agmine dimicat, in itinere, priusquam instructa sit acies, præliatur. Isidorus Orig. lib. ix. cap. III. Agmen dicitur, cum exercitus iter facit, ab agendo vocatum, id est, eundo, Plautus: Quo te agis? Ipse est e-

nim exercitus ambulans: (Lege, ne solœca sit oratio, quo te agis ipse? est enim &c.) nam agmen dicitur quod in longitudinem directum est; quale solet esse, cum exercitus portis procedit. Servius ad Virgilio En. I, 190. Agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulantis exercitus, neque enim in uno loco stans agmen vocatur: — unde bene adjecit longum; ut incedentium ostenderet significationem. Vide & eundem ad En. I, 86. Davies.

ra percussisse, compluribusque locis nostrorum militum oppugnare præsidia, partim classe per se, partim pedestribus copiis per barbaros; etsi gravi valetudine affectus, vix corporis viribus animum sequebatur; tamen virtute vicit incommodum naturæ, difficultatesque hiemis & subitæ præparationis: nam quum ipse 2 paucas in portu naves longas haberet, 1 litteras in Achajam ad Q. Kalenum misit, uti sibi classẽm mitteret. Quod quum tardius fieret, quam periculum nostrorum flagitabat, qui sustinere impetum Octavii non poterant; navibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quamquam non satis justa ad præliandum, rostra imposuit. 3 His adjunctis navibus 4 longis, & numero classis aucto, militibus veteranis impositis, quorum magnam copiam habebat, ex omnibus legionibus, qui numero ægrorum relictæ erant Brundisii, quum exercitus in Græciam transportaretur, profectus est in Illyricum, maritimasque nonnullas civitates, quæ defecerant, Octavioque se tradiderant, partim recipiebat, partim remanentes in suo consilio prætervehebatur: nec sibi ullius rei moram necessitatemque injungebat, quin, quam celerrime posset, ipsum Octavium persequeretur. Hunc oppugnantem Epidaurum terra marique, ubi nostrum erat præsidium, adventu suo discedere ab oppugnatione coëgit, præsidiumque nostrum recepit.

XLV. Octavius, quum Vatinium classẽm magna ex parte confectam ex naviculis actuariis habere cognovisset, confusus sua classe, substitit ad insulam Tauridem: qua

1. *Litteras in Achajam ad Q. Kalenum misit*] Nonnulli Codd. *litteras ad Achajam*, alii *in Achajam atque Kalenum*, unde conjectura ductus *Fulv. Ursinus* lectionem à nuperis editoribus receptam substituit. Eam etiam repræsentant MS. *Norwic.* & edit. *Rom. Ven. Berwald.* omissio tantum

prænomine, quod ex Codicum consensu deletur. *Davies.*

2. *His adjunctis*] Hæc *Ciacconii* conjectura, à *Scaligero* in textum recepta, quam firmant edit. *Berwald.* & *Steph.* Alii omnes repræsentant *has adjunctas.* *Idem.*

qua regione Vatinius insequens navigabat, non quod Octavium ibi restitisse sciret; sed quod cum longius  
 2 progressum insequi decreverat. Quum propius Tauridem accessisset, distensis suis navibus, quod & tempestas erat turbulenta, & nulla suspicio hostis, repente adversam ad se venientem navem, antennis ad medium malum demissis, <sup>1</sup> instructam propugnatoribus animum  
 3 advertit. Quod ubi conspexit, celeriter vela subduci, demittique antennas jubet, & milites armari; & vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, quæ primæ naves subsequerentur, idem ut facerent, significabat.  
 4 Parabant se Vatiniani repente oppressi: parati deinceps Octaviani ex portu procedebant. Instruitur utrimque acies: ordine disposita magis Octaviana; paratior militum animis Vatiniana.

1 XLVI. Vatinius, quum animadverteret neque navium se magnitudine, neque numero <sup>2</sup> parem esse futuræ dimicationi, fortunæ rem committere maluit. Itaque primus sua quinquerei in quadriremem ipsius  
 2 Octavii impetum fecit. Celerrime fortissimeque contra illo remigante, naves adversæ rostris concurrunt adeo vehementer, ut navis Octaviana, rostro discussio, ligno  
 3 contineretur. Committitur acriter reliquis locis prælium concurriturque ad duces maxime: nam quum suo quisque auxilium ferret, magnum cominus in angusto  
 4 mari prælium factum est: quantoque conjunctis magis navibus configendi potestas dabatur, tanto superiores erant Vatiniani: qui admiranda virtute ex suis navibus in hostium naves transilire non dubitabant; & di-

1. *Instructam propugnatoribus animi advertit*] Editt. *instructam propugnatoribus animadvertit*, sed lectionem à me receptam supeditavit MS. *Norvic.* quæ vulgatâ multis parafangis est elegantior. Vide notat. ad lib. 1. B. G. cap. xxiv. *Davies.*

2. *Parem esse futura dimicationi,*

*fortuna*] Sic optime representat edit. *Ven. A. D. 1482.* cum in MS. *Norvic.* legere sit *parem esse, fortuitæ dimicationis fortuna*; in editt. vero *Rem. & Beroald.* *parem esse fortuitæ dimicationi, fortuna.* Hæc equidem lectio *F. Ursino* placuit; attamen recepta nihil melius. *Idem.*

dimicatione æquata, longe superiores virtute rem feliciter gerebant. Deprimitur ipsius Octavii quadriremis: 5 multæ præterea capiuntur, aut rostris perforatæ merguntur: propugnatores Octaviani partim in navibus jugulantur, partim in mare præcipitantur. Ipse Octavius se in scapham confert; in quam plures quum confugerent, depressa scapha: vulneratus tamen <sup>1</sup> adnatat ad suum myoparonem. Eo receptus, quum prælium nox dirimeret, tempestate magna velis profugit: 7 sequuntur hunc suæ naves nonnullæ, quas casus ab illo periculo vindicarat.

XLVII. At Vatinius re bene gesta receptui cecinit; <sup>1</sup> suisque omnibus incolumibus in eum se portum victor recepit, quo ex portu classis Octaviana ad dimicandum processerat. Capit ex eo prælio penterem <sup>1</sup>, triremes <sup>11</sup>, <sup>2</sup> dicrotas <sup>119</sup>; compluresque remiges Octavianos: <sup>3</sup> posteroque ibi die fuit, dum suas, captivasque naves reficeret. Post diem <sup>111</sup> contendit in insulam Issam; quod eo se recepisse ex fuga credebat Octavium: <sup>3</sup>

<sup>1</sup>. Adnatat ad suum Myoparonem] Myoparones lembi sunt piratici, nomen adepti à Paro insula, & Myunte urbe, ubi fieri solent, unde composito nomine Myoparon, ut docet Adrianus Turnebus lib. III. Advers. c. i. post Laz. Baysum de re navali. Sallustius lib. III. Histor. Et forte, inquit, in navigando cohors una; grandi faselo vecta, à ceteris deerravit, marique placido à duobus prædonum Myoparonibus circumventa. Brant.

<sup>2</sup>. Dicrotas 119. ] MS. & cusi omnēs dicrotas. Vascof. ad oram dicres, quod Græcis est δῖκρος. Lazar. Bayfus lib. de re navali dicrota octo legit auctoritate M. Tullii lib. xvi. epist. v. ad Attic. Nam & ipse Domitius bona plane habet dicrota. Sunt autem δῖκροτα Græcis, quæ Romanis biremes; quod binis remis agebantur, ut & Casar eas vocat lib.

III. B. C. cap. xl. Quatuor biremes subjectis scutulis, impulsas vectibus in interiorē partem transduxit. Idem;

<sup>3</sup>. Posteroque ibi die fuit, dum suas captivasque naves reficeret. Post diem III contendit] Hanc quidem lectionem retinent editi. Rom. Ven. Beeroald: at MS. Norvic. exhibet posteroque ibi die, dum suas captivasque naves reficeret, consumpto: cujus sane Codicis scripturam præfero; distincta hoc modo oratione, posteroque ibi die; dum suas captivasque naves reficeret; consumpto, post diem III contendit. Sic Phædrus lib. iv. Fab. iv; <sup>18</sup>.

Postquam consumpta est temporis longi mora.

Cæsar lib. v. B. G. cap. xi. In his rebus dies circiter x consumit. Vide & ejusdem libri cap. LVIII. Dicitur.



4 vium. <sup>1</sup>Erat nobilissimum regionum earum oppidum, conjunctissimumque Octavio: quo ut pervenit, oppidani supplices se Vatinio dederunt; comperitque ipsum Octavium, parvis paucisque navigiis vento secundo regionem Græciæ petisse, inde ut Siciliam, de-  
5 inde Africam, caperet. Ita brevi spatio re præclarissime gesta, provincia recepta, & Cornificio reddita, classe adversariorum ex illo toto sinu expulsa, victor se Brundisium, incolumi exercitu & classe, recepit.

1 XLVIII. Iis autem temporibus, quibus Cæsar ad Dyrrhachium Pompejum obsidebat, & Palæpharsalarem feliciter gerebat, Alexandriaque cum periculo magno, tum etiam majore periculi fama dimicabat, Cassius Longinus in Hispania <sup>2</sup> proprætor provinciæ ulterioris obtinendæ causâ relictus, sive consuetudine naturæ suæ, sive odio, quod in illam provinciam susceperat quæstor, ex insidiis ibi vulneratus, magnas  
2 odii sui fecerat accessiones; quod vel ex conscientia sua, quum de se mutuo sentire provinciam crederet, vel  
3 multis signis, & testimoniis eorum, qui difficulter odia dissimulant, animadvertere poterat; & compensare  
offensionem provinciæ exercitus amore cupiebat. Itaque quum primum in unum locum exercitum condu-  
4 xit, <sup>3</sup> HS centenos militibus est pollicitus: nec mul-

to

1. *Erat nobilissimum regionum earum oppidum*] MS. Brant. & editt. Beroald. ac Steph. erat in ea nobilissimum &c. ac ita legendum conjecit Pet. Ciacconius. Edit. Vascof. *Erat in ea regione nobilissimum oppidum*, quæ quidem lectio Codicibus MSS. non nititur, præterquam quod tam in hac quam in priore manifesto deest oppidi nomen, quod tamen, nisi fallor, representant MS. Norvic. & editt. Rom. Ven. hi enim Codices exhibent erat *Maum nobilissimum* &c. Haud equidem diffiteor hanc urbem à Geographis non memorari, quæ si causa erit idonea, cur ea lectio præ-

sus rejiciatur, pari ratione deleatur etiam insula *Tauris*, cujus noster hujusce libri cap. XLV. mentionem facit, aut cum Pet. Ciacconio in *Tragurium* mutetur; id enim non insula, sed oppidum fuit Dalmatiæ. Vide Chr. Cellarium Geogr. Ant. lib. II. cap. VIII. p. 389. Davies.

2. *Proprætor provincia ulterioris*] MS. Norvic. & editt. Rom. Ven. Beroald. habent pro *Pratore provincia ulterioris*, quæ antiqua est & vera feribendi ratio. Idem.

3. *HS. centenos est militibus est pollicitus*] MSS. & editt. vet. *HS. centena*, Si singulis militibus hoc est pol-

to post, quum in Lusitania Medobregam oppidum, montemque Herminium, expugnasset, quo Medobregenses confugerant; ibique Imperator esset appellatus; iterum HS centenis milites donavit. Multa præ- 5  
 terea & magna præmia singulis concedebat, quæ speciosum reddebant præsentem exercitus amorem; paulatim tamen & occulte militarem disciplinam severitatemque minuebant.

XLIX. Cassius, legionibus in hiberna dispositis, 1  
 ad jus dicendum Cordubam se recepit, contractumque in ea æs alienum gravissimis oneribus provinciæ constituit exsolvere; &, ut largitionis postulat consuetudo, per causam liberalitatis speciosam plura largitori quærebantur; pecuniæ locupletibus imperabantur; 2  
 quas Longinus sibi expensas ferri non tantum patiebatur, sed etiam cogebat: in gregem locupletium 1 simultatum causæ tenues conjiciebantur: neque ullum 3  
 genus quæstus, aut magni & evidentis, aut minimi & fordidi, prætermittebatur, quo domus & tribunal imperatoris vacaret. Nemo erat, qui modo aliquam 4  
 jacturam facere posset, quin aut vadimonio teneretur, aut inter reos referretur. Ita etiam magna sollicitudo 5  
 pe-

pollicitus, nimium est: si vero omnibus, parum: quatuor enim integras legiones, hoc est, militum xx millia habuit, ut de equitibus taceam. Quare HS. centenos legendum existimo, id est, denarios xxv, singulisque militibus id datum. Errorem ex notarum ignorance natum arbitror, cum scriptum fuisset HS. C. Sic etiam legendum infra hoc libro sestertios centenos, & item libro de Bello Africæ. Hirtius lib. VIII. B. G. cap. IV. Militibus pro tanto labore ducentos sestertios, centurionibus II-millia nummum prædæ nomine condonanda pollicetur. V. C. Sester. c. Giaccon.

1, Simultatum causæ tenues conjicie-

bantur] Sic quidem constanter omnes Codd. Pb. tamen Rubenius Elect. lib. I. cap. xxxii. hanc lectionem rejicit, dictio quippe simultatum huic sententiæ non satis apposita videtur, ideoque reponit multarum. At vero simulates primum quærebantur, propterea quod divites eo, quo par est, modo se non gessisse autumabat Longinus; dein iis multæ sunt impositæ. Antecedens est pro consequente. Sic apud Corn. Nepotem Thrasyb. cap. II, 5. Hanc (Munichiam) bis Tyranni oppugnare sunt adorti; cum revera oppugnarent, non autem expugnarent. Vide etiam lib. V. B. G. cap. XII. & ibi notata. Davies.

periculorum ad jaçturas , & detrimenta rei familiaris adjungebatur.

- 1 L. Quibus de cauffis accidit , ut , quum Longinus Imperator eadem faceret , quæ fecerat quæstor , familia rursus de morte ejus provinciales consilia inirent. Horum odium confirmabant nonnulli familiares ejus :
- 2 qui , quum in illa societate versarentur rapinarum , nihilo minus oderant eum , cujus nomine peccabant : sibi que , quod rapuerant , acceptum ferebant ; quod intercederat , aut erat interpellatum , Cassio assignabant.
- 3 v legionem novam conscribit. Augetur odium & ex ipso delectu , & sumptu additæ legionis. Complentur equitum III millia : <sup>1</sup> maximisque onerantur impensis : nec provinciæ datur ulla requies.

- 1 LI. Interim litteras accepit à Cæsare , ut in Africam exercitum transjiceret , perque Mauritaniam ad fines Numidiæ perveniret : quod magna Cn. Pompejo Juba rex miserat auxilia , majoraque missurus existimabatur.
- 2 Quibus litteris acceptis , insolenti voluptate efferebatur , quod sibi novarum provinciarum , & fertilissimi
- 3 regni tanta oblata esset facultas. Itaque ipse in Lusitaniam proficiscitur , ad legiones accersendas , auxiliaque adducenda : certis hominibus dat negotium , ut frumentum navesque c præpararentur , pecuniæque describerentur , <sup>2</sup> atque imperarentur , ne qua res ,
- 4 quum redisset , moraretur. Reditus ejus fuit celerior omnium opinione : non enim labor aut vigilantia cupienti præsertim aliquid Cassio deerat.

- 1 LII. Exercitu coacto in unum locum , castris ad  
Cor-

1. *Maximisque onerantur impensis* ] MSS. Regii III. Thuanai II. Victorinus I. & editt. Rom. Ven. Beroald. habent *ornantur impensis* , quod melius est : nam impensis civium complentur & ornantur equites , non onerantur. Goduin.

2. *Atque imperarentur* ] Hæc vo-

ces , quæ in omnibus MSSis & antiquitus excusis comparent , temere prorsus omisit Jof. Scaliger ; describuntur enim pecuniæ , cum certa unicuique summa imponitur solvenda , imperantur autem , cum eas postulat exactor. Davits.

Cordubam positus, pro concione militibus exponit, quas res Cæsaris iussu gerere deberet: polliceturque iis, quum in Mauritaniam transjecisset, his contenos se daturum; v fore in Hispania legionem. Ex concione se Cordubam recepit: eoque ipso die, meridiana hora, quum in Basilicam iret, quidam Minutius Silo, cliens L. Racilii, libellum, quasi aliquid ab eo postulareret, ut miles, ei tradidit: deinde post Racilium (¹ nam is latus Cassii tegebat) quasi responsum ab eo peteret, celeriter dato loco, quum se insinuasset, sinistra corripit eum, dextraque bis ferit pugione. Clamore sublato, fit à conjuratis impetus universis. Munatius Plancus proximum gladio transjicit lictorem. 3 Hoc interfecto, Q. Cassium legatum vulnerat. Ibi T. 4 Vastus, & L. Mergilio, simili confidentia Plancum municipem suum adjuvant: erant enim omnes Italicenses. Ad ipsum Longinum L. Licinius Squillus involat, jacentemque levibus fauciat plagis.

LIII. Concurritur ad Cassium defendendum: ² semper 1

1. Nam is latus Cassii tegebat] Hoc loco latus tegere est latus sinistrum alterius, qui vel ætate vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro scuto sit, quo latus, præsertimque sinistrum, tegitur, latus tegere dicitur, ut docet Adrianus Turnebus lib. XIV. Advers. cap. XXIV. adhibito Horatii loco lib. II. sat. v.

Visne tegam spurco Dama latus? Brant. Vide Juvenalem Sat. III, 131. & ibi vet. Scholia. Davies.

2. Semper enim berones] Editt. Rom. Ven. exhibent Verrones, quæ quidem lectio favere videtur Hadr. Valesii conjecturæ; is enim in animadv. ad Ducangii Glossar. pag. 221. reponit Berones vel Verones, qui sunt Hispaniæ citerioris populus. Quæ sane emendatio melior est Turnebianâ; Adr. enim Turnebus Advers. lib. XIV. cap. XVI. Bigerones rescri-

bit. Alii codices repræsentant Varones vel Barones, ac procul dubio falsus est doctissimus Valesius, dum audacter asserat, vocem illam ultimam ne Cassiodori quidem ævo fuisse notam, cum eam adhibeat Cicero Fam. lib. IX. Epist. XXI. Ille, inquit, baro te putabat quæsiturum, unum cælum esset an innumerabilia. Sed ibi hominem stultum & fatuum denotat, hic alia sit oportet ejus significatio. Persius Satir. v, 138.

Baro, regustatum digito terebrare salinum

Contentus perages. —

Ubi vetus Scholiastes sic ait: Lingua Gallorum barones vel varones dicuntur servi militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum. Eadem vox legitur apud Petronium in fragment. Tragur. pag. 131. editt. Amstel. 1700. Defendit hanc lectionem

per enim berones compluresque evocatos cum telis se-  
 2 cum habere consueverat; à quibus ceteri intercludun-  
 3 tur, qui ad cædem faciendam subsequabantur: quo  
 in numero fuit Calpurnius Salvianus, & <sup>1</sup> Manilius  
 4 Tuscus. Minutius inter saxa, <sup>2</sup> quæ jaciebant in iti-  
 nere, fugiens opprimitur, &, relato domum Cassio,  
 ad eum deducitur. Racilius in proximam se domum  
 familiaris sui confert, dum certum cognosceret, con-  
 5 fectusne Cassius esset. L. Laterensis, quum id non  
 dubitaret, accurrit lætus in castra, militibus vernacu-  
 lis, & secundæ legionis, quibus odio sciebat præcipue  
 6 Cassium esse, gratulatur: tollitur à multitudine in tri-  
 bunal: prætor appellatur; <sup>3</sup> nemo enim in provincia  
 natus, aut vernaculæ legionis miles, aut diuturnita-  
 te jam factus provincialis, quo in numero erat 11 le-  
 gio, non cum omni provincia consenserat in odio Cas-  
 sii: nam legiones xxx & xxi, paucis mensibus in Ita-  
 lia scriptas, Cæsar attribuerat Longino. v legio ibi nu-  
 per erat confecta.

1 LIV. Interim nunciatur Laterensi vivere Cassium.  
 Quo nuncio, dolore magis permotus, quam animo  
 perturbatus, reficit celeriter se, & ad Cassium visen-  
 2 dum proficiscitur. Re cognita, xxx legio signa Cor-  
 dubam infert, ad auxilium ferendum Imperatori suo:  
 3 facit hoc idem xxi. Subsequitur has v. Quum 11 le-  
 giones reliquæ essent in castris, secundani veriti, ne  
 fo-

*Pet. Pithæus* Advers. lib. 1. cap. VIII. Vide & *Jani Rutgersii* Ven. Lect. cap. xxiii. *Davies*.

1. *Manilius Tuscus*] Puto mendosum esse nomen, & scribendum *Mamilius Tusculanus*. *Livius* mentionem facit *Mamili* cujusdam *Tusculani*, id cognomen adepti, quod gens *Mamilia* *Tusculo* oriunda esset. *F. Ursin*.

2. *Quæ jaciebant in itinere, fugiens opprimitur*] *MS. Norvic. jacebant; e-*

*ditt. autem Rom. Ven. Beroald. Stephan. quæ jaciebantur, in itinere fugiens opprimitur, quæ quidem lectio & interpunctio mihi valde arrident. Davies.*

3. *Nemo enim in provincia natus*] In *MSto Norvic. est nemo autem in provincia natus; editt. Rom. Ven. Beroald. nemo enim aut in provincia natus, nec scio, quare vocula illa contra earum fidem rejiciatur. Idem.*

foli relinquerentur, atque ex eo, quid sensissent, indicaretur, secuti sunt factum superiorum. Permanfit in sententia legio vernacula, nec ullo timore <sup>1</sup> de gradu dejecta est.

LV. Cassius eos, qui nominati erant conscii cædis, <sup>1</sup> jubet comprehendi: legionem v in castra remittit, cohortibus xxx retentis. Indicio Minutii cognoscit, L. <sup>2</sup> Racilium, & L. Laterensem, & Annum Scapulam, maximæ dignitatis & gratiæ provincialem hominem, sibi que tam familiarem, quam Laterensem & Racilium, in eadem fuisse conjuratione: nec diu moratur dolorem suum, quin eos interfici jubeat. Minutium <sup>3</sup> libertis transdit excruciantum: item Calpurnium Salavianum, qui profitetur indicium, conjuratorumque numerum auget, vere, ut quidam existimant; ut nonnulli queruntur, coactus. Iisdem cruciatibus affectus <sup>4</sup> L. Mergilio. Squillus nominat plures: quos Cassius interfici jubet, exceptis iis, qui se pecunia redemerunt: nam palam <sup>2</sup> HS x cum Calpurnio paciscitur, & cum Q. Sextio L. <sup>3</sup> qui etsi maxime nocentes sunt multa <sup>5</sup> ti, tamen periculum vitæ, dolorque vulnerum pecunia remissus, crudelitatem cum avaritia certasse significabat.

LVI. Aliquot post diebus litteras à Cæsare missas accipit; quibus cognoscit Pompejum in acie victum amissis copiis fugisse. Qua re cognita, missam dolori <sup>2</sup> volupta-

1. De gradu dejecta est] Animum despondit, consternata, ac velut à statu mentis dimota est. Proverbialem enim (ut inquit Erasmus) allegoriam sapit hæc locutio. Rhellican.

2. HS. x. cum Calpurnio paciscitur] Hujus feritatis & avaritiæ meminit etiam Valerius Maximus lib. ix. cap. iv. Verum idem non HS. x. cum Calpurnio, sed HS. lx. transcriptum scribit, quam lectionem hoc

loco recipiendam esse arbitramur. Glandorp.

3. Qui etsi maxime nocentes] MS. Norvic. Qui se maxime innocentes, contra rem ipsam: at alii ac editt. Rom. Ven. Beroald. habent qui si maxime nocentes; quæ quidem proba est locutio & hic ex Codicum fide reponenda, ut ostendit J. F. Gronovius de Pec. Vet. lib. iv. cap. iv. p. 617. Davies.

- luptatem capiebat. Victoriæ nuncius lætitiã exprimebat : confectum bellum licentiam temporum intercludebat. Sic erat dubius animi , utrum nihil timere ,  
 3 an omnia licere mallet. Sanatis vulneribus , accersit omnes , qui sibi pecunias expensas tulerant , acceptasque eas jubet referri : quibus parum videbatur imposuisse oneris , amplio rem pecuniam imperat. <sup>1</sup> Æqua autem ratione delectum instituit : quos ex omnibus conventibus coloniisque conscriptos , transmarina militia perterritos ad sacramenti redemptionem vocabat. Magnum hoc fuit vectigal , majus tamen creabat odium.  
 5 His rebus confectis totum exercitum lustrat. Legiones , quas in Africam ducturus erat , & auxilia mittit <sup>2</sup> ad Trajectum : ipse classem , quam parabat , ut inspiceret , Hispalim accedit ; ibique moratur : propterea quod edictum tota provincia proposuerat , ut , quibus pecunias imperasset , neque contulissent , se adirent. Quæ evocatio vehementer omnes turbavit.  
 1 LVII. Interim <sup>3</sup> L. Titius , qui eo tempore tribunus mil. legionis vernaculæ fuerat , nunciat famã legio-

1. *Æqua autem ratione delectum instituit*] Corruptus sine dubio locus ; si enim *æqua ratione delectum instituit* , æquitas delectus non fuisset publicum odium promerita. Eum igitur sic emendo ex fide MSti Regii *Equitum autem Romanorum delectum instituit* ; qua lectio ne planius est ; adjuvatur etiam MSS. II Thuanæis , in quorum altero est *æque autem rome* , in altero *æquæ autem roma* , vel *romi* , non enim satis liquet : sed ut ut est , magnum præbent MSto Regio atque adeo huic loco adjumentum. *Goduin.*

*Ibid.*] Aut manca aut depravata lectio. Edit. *Paris. æque autem Romanorum delectum instituit.* Sive innixus ingenio , sive adjumento veteri exemplarium ita *Rob. Stephanus* emendavit , aut quisquis ab illo ex-

cusum librum edidit , hujus loci restituti laus penes illum videtur constituisse. *J. M. Brutus.*

2. *Ad Trajectum*] Videtur *Trajectum* appellare fretum Herculeum , qua exercitum trajicere parabat : nam inferius dicit , *ad secundam legionem contendisse , qua ad fretum alio itinere ducebatur ad trajiciendum.* *Ciaccon.*

3. *L. Titius* — *nunciat famam legionem*] Locum hunc suspectum habere viri eruditi. *Joan. Glandorpius* reponit *nunciat famam esse* , aut *fama divulgatum* : *Pet.* autem *Ciacconius* vocem *fama* prorsus delendam arbitratur. Miror equidem eos hic hæsisse , patet enim *famam* hic opponi certæ auctoritati , eique quod per nosmet ipsi novimus. *Davies.*

gionem xxx, quam Q. Cassius legatus simul ducebat, quum <sup>1</sup> Ilurgim ad oppidum caltra haberet, seditione facta, centurionibus aliquot occisis, qui signa tolli non patiebantur, discessisse, & ad <sup>11</sup> legionem contendisse, quæ ad fretum alio itinere ducebatur. Co- <sup>2</sup>gnita re, noctu cum v cohortibus undevicesimanorum egreditur: mane pervenit. Ibi cum diem, ut, quid ageretur, perspiceret, moratus, Carmonam contendit. Hic, quum legio xxx, & <sup>xxi</sup>, <sup>2</sup> & cohortes iv, <sup>3</sup> & v legio, totusque convenisset equitatus, audit iv cohortes à vernaculis oppressas ad Obuculam, cum his ad secundam pervenisse legionem, omnesque ibi se conjunxisse, & T. Thorium Italicensem, ducem delegisse. Celeriter <sup>3</sup> habito concilio, Marcellum Cor- <sup>4</sup>dubam, ut eam in potestate retineret, Q. Cassium legatum Hispalim mittit. Paucis ei diebus affertur con- <sup>5</sup>ventum Cordubensem ab eo defecisse; Marcellumque aut voluntate, aut necessitate adductum (namque id varie nunciabatur) consentire cum Cordubensibus: <sup>ii</sup> cohortes legionis v, quæ fuerant Cordubæ in præsidio, idem facere. Cassius his rebus incensus movet ca- <sup>6</sup>stra, & postero die Segoviam <sup>4</sup> ad flumen Silicense venit.

1. *Ilurgim ad oppidum*] Omnes Codd. *ad oppidum Leptim*, præter Beroald. qui *Leptum* exhibet; sed cum ea sit Africæ urbs, locum hic habere non potest, aut igitur probanda est *Jos. Scaligeri* conjectura, aut scribendum *ad oppidum Ilipam*, quæ *Joan. Glandorpii* est emendatio. *Davies*.

2. *Et cohortes iv, & v legio*] Sana non est hæc lectio, neque enim moris est scriptorum, ut cohortium mentionem faciant, nomine legionis non addito, cum accurate copias numerent. Rescribit itaque *Pet. Giacconius*, cum legio xxx, & *vicecima prima cohortes iv*. cui emendationi fulciendæ paullo ante legit cum *vi cohortibus uno & vicecimanorum* egredi-

*tur*. Tam vero huic, quam illi conjecturæ deest MStorum auctoritas, è quibus *Norvic.* aliique repræsentant & cohortes iv ex quinta legione, ac ita plane reponendum. Huic lectioni succinunt edit. *Rom. Beroald.* nisi quod iis sit & tres cohortes ex secunda legione, in *Ven.* autem & secunda legione. *Idem*.

3. *Habito concilio*] Ex MSto *Norvic.* & antiquis editt. reponendum arbitror *habito consilio*; non enim omnes milites, sed tribunos tantum, aliosque id genus videtur convocasse. *Idem*.

4. *Ad flumen Silicense*] Apud *Plinium* refertur *Singulis* fluvius in Bætim se exonerans, quam vocem hoc loco depravatam esse suspicamur. *Glandorp.*



nit. Ibi habita concione, militum tentat animos: quos cognoscit, non sua, sed Cæsaris absentis causa sibi fidissimos esse, nullumque periculum deprecaturus, dum per eos Cæsari provincia restitueretur.

- 1 LVIII. 1 Interim Thorius ad Cordubam veteres legiones adducit: ac, ne dissensionis initium natum seditiosa militum suaque videretur natura; simul ut contra Q. Cassium, qui Cæsaris nomine majoribus viribus uti videbatur, æque potentem opponeret dignitatem; Cneo Pompejo se provinciam recuperare velle palam dictabat: & forsitan etiam hoc fecerit odio Cæsaris, & amore Pompeji: cujus nomen multum poterat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat: sed id qua mente
- 2 commotus fecerit, conjectura sciri non potest. Certe hoc præ se Thorius ferebat: milites adeo fatebantur, ut 2 Cn. Pompeji nomen in scutis inscriptum haberent.
- 3 3 Frequens legionibus conventus obviam prodit: neque tantum virorum, sed etiam matrum familias, 4 ac

præ-

1. *Interim Thorius*] In aliis Codd. est *Torius*; sed vet. C. *Thorius*; & ita est in veteribus denariis, qui ab ipso Thorio signati circumferuntur. In nomismate etiam Græco, quod putamus in Ætolia cūsum esse à Proconsule ibi Thorio, inscriptum est: ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΘΩΡΙΟΥ. in cujus altera parte parte Calydonius aper signatus est ad Ætolos per Meleagrum pertinens: in altera Junonis Sospitæ caput, quæ Lanuvii colebatur, unde oriundus erat Thorius, cum inscriptione, ΗΡΑ ΛΑΝΟΥΙΑ ΠΡΟΜΗ, quod nostram de Lanuvio opinionem mirifice adjuvat, quæ habetur in libro de familiis, *Lanuvii* scilicet, non *Lavinii* Junonem Sospitam cultam fuisse. Illud autem ΗΡΟΜΗ videtur respondere Latino verbo REGINA, quod habetur in argenteo Thorii denario, in quo est, I. S. M. R. hoc est, ut nos interpretamur, JU-

NO SOSPITA MAXIMA REGINA, pro quo in Græco est, JUNO LANUVINA REGINA. Videndus liber de familiis in Papiæ gente. *Ursin.*

2. *Cn. Pompeii nomen in scutis inscriptum haberent*] Moris enim erat, ut milites nomen Imperatoris, sub quo merebant, scutis inscriberent. Vide *Just. Lipsii Anal. ad Mil. Rom. lib. III. Dial. II. pag. 436. Davies.*

3. *Frequens legionibus conventus*] *Fulv. Ursinus* reponit *legionariorum conventus*: at non est vitiosa lectio, ut ille arbitratur; nam conventus Cordubensis, qui ex civibus Romanis constabat, legionibus frequens obviam venit oratum ne urbem diriperent. *Ciaccon.*

4. *Ac prætextatorum*] Puerorum, qui prætexta adhuc, & bulla utebantur: quod (teste *Budeo* in prioribus annotationibus in *Pandectas*) fiebat usque ad annum XVII, quo

tem-

prætextatorum ; deprecaturque , ne hostili adventu Cordubam diriperent : nam se contra Cassium sentire cum omnibus ; contra Cæsarem ne facere cogerentur , orare.

LIX. Tantæ multitudinis precibus & lacrimis exercitus commotus, quum videret ad Cassium persequendum nihil opus esse Cn. Pompeji nomine & memoria, tamque omnibus Cæsarianis, quam Pompejanis, Longinum esse in odio, neque se conventum, neque M. Marcellum contra Cæsaris causam posse perducere, nomen Pompeji ex scutis detraxerunt ; Marcellum, qui se Cæsaris causam defensurum profitebatur, duces adsciverunt, prætoremque appellarunt ; & sibi conventum adjunxerunt ; castraque ad Cordubam posuerunt. Cassius eo biduo circiter 15 millia passuum à Corduba, citra flumen Bætis in oppidi conspectu, loco excelso facit castra : litteras ad regem Bogudem in Mauritaniam, & ad M. Lepidum proconsulem in Hispaniam citeriorem mittit, subsidio sibi provinciæque Cæsaris causâ quamprimum veniret. Ipse hostili modo Cordubensium agros vastat, ædificia incendit.

LX. Cujus rei deformitate atque indignitate legiones, quæ Marcellum sibi duces ceperant, ad eum concurrerunt ; ut in aciem educerentur, orant, priusque confligendi sibi potestas fieret, quam cum tanta

con-

tempore togam virilem sumebant, deposita prætexta puerili. Idem *Budeus* in superioribus suis annotationibus rationem reddit, unde prætexta dicta sit : *Toga autem*, inquit, prætextata ideo dicitur, quia toga puerili purpura prætextata erat. Indicat etiam, nobiles tantum pueros prætextata, & bulla uti solitos : idque ad omen, & vota conciliandæ virtutis. Hæc ille. Porro si quis plura hac de re discere cupit, *Aul. Gellium* lib. 1. cap. xxiii. & *Macrobium* lib. 1. Sa-

turnalium / cap. vi. legat : ubi prætextæ, ac bullæ originem copiose enarrant. *Rhellican.*

1. *Nomen Pompeii ex scutis detraxerunt ; Marcellum, qui se Cæsaris causam defensurum profitebatur, duces adsciverunt* ] Contra ea tradit *Dion* lib. xlii. pag. 192, non modo Marcellum utriusque partis, gratiam capasse, sed & ipsum, ὄνομα τὸ τῷ Πομπηίῳ ἢ σχετικῶν ταῖς ἀσπίτιν ἐπιγραφέντων, ἀπολείπει. *Davies.*

contumelia nobilissimæ carissimæque possessiones Cor-  
 dubensium in conspectu suo rapinis, ferro, flamma-  
 2 que consumerentur. Marcellus, quum conflagrare mi-  
 ferrimum putaret, quod & victoris & victi detrimen-  
 tum ad eundem Cæsarem esset redundaturum, neque  
 suæ potestatis esse, legiones Bætum transducit, atque  
 3 aciem instruit. Quum Cassium contra pro castris suis  
 aciem instruxisse loco superiore videret, causâ inter-  
 posita, quod is in æquum non descenderet, Marcellus  
 4 militibus persuadet, ut se in castra recipiant. Itaque  
 copias reducere cœpit. Cassius, quo bono valebat,  
 Marcellumque infirmum esse sciebat, aggressus equi-  
 tati legionarios se recipientes, complures novissimos  
 5 in fluminis ripis interficit. Quum hoc detrimento, quid  
 transitus fluminis vitii difficultatisque haberet, cogni-  
 tum esset, Marcellus castra Bætum transfert: crebro-  
 que uterque legiones in aciem educit; neque tamen con-  
 fligitur, <sup>1</sup> propter locorum difficultates.

1 LXI. Erat copiis pedestribus multo firmior Marcel-  
 lus: habebat enim veteranas legiones, multisque præ-  
 2 liis expertas. Cassius fidei magis, quam virtuti legio-  
 num, confidebat. Itaque quum castra castris collata  
 essent, & Marcellus locum idoneum castello cepisset,  
 quo prohibere aqua Cassianos posset; Longinus veri-  
 tus, ne genere quodam obsidionis clauderetur in regio-  
 nibus alienis sibi infestis, noctu silentio ex castris  
 proficiscitur, celerique itinere <sup>2</sup> Ullam contendit;  
 3 quod sibi fidele esse oppidum credebat. Ibi adeo con-  
 juncta ponit mœnibus castra, ut loci natura (namque  
 Ulla in edito monte posita est) & ipse munitione ur-  
 bis.

1. Propter locorum difficultates] Quod  
 Bætis alterum ducem ab altero ita  
 sejungeret, ut uterque non sine ma-  
 gno periculo flumen trajiceret: id-  
 que propter riparum altitudinem,  
 crepidines, & amfractus. *Rhelli-*  
*can.*

1. Ullam contendit] *Ptolemaus* Οὐ-  
 λίαν vocat. Apud *Strabonem* Ἰυλίαν  
 corrupte, pro ἡ Οὐλίαν. *Plinio* lib.  
 III. cap. I. Ullia, & sic legendum  
 ubique videtur. Sed & *Dio* ita eam  
 vocat lib. XLIII. *Ciaccon.*

bis, undique ab oppugnatione tutus esset. Hunc Marcellus insequitur, & quam proxime potest Ullam castra castris confert: locorumque cognita natura, quo maxime rem deducere volebat, necessitate est adductus; ut neque confingeret, cujus si rei facultas esset, resistere incitatis militibus non poterat; neque vagari Cassium latius pateretur, ne plures civitates ea paterentur, quæ passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis, operibusque in circuitu continuatis, Ullam, Cassiumque munitionibus clausit: quæ priusquam perficerentur, Longinus omnem suum equitatum emisit: quem magno sibi usui fore credebat, si pabulari frumentarique Marcellum non pateretur; magno autem impedimento, si clausus obsidione, & inutilis necessarium consumeret frumentum.

LXII. Paucis diebus litteris Cassii acceptis, rex Bogud cum copiis venit; adjungitque ei legionem, quam secum adduxerat, compluresque cohortes auxiliares Hispanorum: namque, ut in civilibus dissensionibus accidere consuevit, ita temporibus illis in Hispania nonnullæ civitates rebus Cassii studebant; plures Marcello favebant. Accedit cum copiis Bogud ad exteriores Marcelli munitiones. Pugnatur utrimque acriter crebroque, ut accidit, fortuna sæpe ad utrumque transferente victoriam; nec tamen umquam ab operibus depellitur Marcellus.

LXIII. Interim Lepidus ex citeriore provincia cum cohortibus legionariis xxxv, magnoque numero equitum, & reliquorum auxiliorum, venit ea mente Ullam, ut sine ullo studio contentiones Cassii Marcelli componeret. Huic venienti sine dubitatione Marcellus se credit atque offert: Cassius contra suis se tenet præfidiis, sive eo quod plus sibi juris deberi, quam Marcello existimabat, sive eo quod, ne præoccupatus animus Lepidi esset obsequio adversarii, verebatur.

3 Ponit ad Ullam castra Lepidus; neque habet à Mar-  
cello quidquam divisi. Ne pugnetur, interdicat: ad  
exeundum Cassium invitatur; fidemque suam in re omni  
4 interponit. Quum diu dubitasset Cassius, quid sibi fa-  
ciendum, quidve Lepido esset credendum; neque ul-  
lum exitum consilii sui reperiret, si permaneret in sen-  
tentia; postulat, uti munitiones disjicerentur, sibi que  
5 liber exitus daretur. Non tantum induciis factis, sed  
prope jam constituta opera quum complanarent, cu-  
stodiæque munitionum essent deductæ, auxilia regis  
in id castellum Marcelli, quod proximum erat regis  
castris, neque opinantibus omnibus, (si tamen in o-  
mnibus fuit Cassius, nam de hujus conscientia dubita-  
batur) impetum fecerunt, compluresque ibi milites op-  
6 presserunt. Quod nisi celeriter, indignatione & auxi-  
lio Lepidi, prælium esset diremptum, major calami-  
tas esset accepta.

1 LXIV. Quum iter Cassio patefactum esset; castra  
Marcellus cum Lepido conjungit. Lepidus eodem tem-  
pore, Marcellusque Cordubam cum suis proficiscitur:  
2 1 Cassius Carmonam. Sub idem tempus Trebonius pro-  
consul ad provinciam obtinendam venit: de cujus ad-  
ventu ut cognovit Cassius, legiones, quas secum ha-  
3 buerat, equitatumque in hiberna distribuit: ipse, o-  
mnibus suis rebus celeriter correptis, Malacam con-  
tendit; ibique adverso tempore navigandi naves con-  
scendit, ut ipse prædicabat, ne se Trebonio, & Le-  
4 pido, & Marcello committeret; ut amici ejus dictita-  
bant, ne per eam provinciam minore cum dignitate i-  
ter faceret, cujus magna pars ab eo defecerat: ut cæ-  
teri

1. Cassius Carmonam ] Codd. Nar-  
bonem. Livius lib. xxxiiii. cap. xxi.  
inter maritimas ulterioris Hispaniæ  
civitates Cardonem & Bardonem re-  
censet, quarum altera haud dubie  
accipienda reponendaque est, nisi

Carmonam malis: nam de Narbone  
Martio, cum ille sit in Gallia, ni-  
hil est quod cogitemus. Sed nec  
Narba quicquam huc facit, utpote  
in Lusitania sita, & ab itinere Tre-  
bonii averissima. Glandorp.

teri existimabant, ne pecunia illa ex infinitis rapinis confecta in potestatem cujusquam veniret. Progressus secunda, ut hiberna, tempestate, quum in Iberum flumen noctis vitandæ causâ se contulisset, inde paulo vehementiore tempestate nihilo periculosius se navigaturum credens, profectus, adversis fluctibus occurrentibus ostio fluminis, in ipsis faucibus, quum neque flectere navem propter vim fluminis, neque directam tantis fluctibus tenere posset, demersa navi periit.

LXV. Quum in Suriam Cæsar ex Ægypto venisset, atque ab iis, qui Roma venerant ad eum, cognosceret, litterisque urbanis animadverteret, multa Romæ male & inutiliter administrari, neque ullam partem Reipublicæ satis commode geri; quod & contentione Tribunitiis perniciosæ seditiones orirentur; & ambitione, atque indulgentia Tribunorum militum, &

1. *Multa Roma male & inutiliter administrari*] Male fuisse Rempub. in urbe administratam absente Cæsare, indicat Livius, qui lib. cxiii. P. Dolabellam Tribunum plebis legem tulisse scribit, de novis tabulis, per quam cum seditio excitata esset, inductis in urbem à M. Antonio Magistro equitum militibus, octingenti ex plebe cæsi sunt. Sed & Plutarchus Cōsconium & Galbam Prætores à militibus interemptos tradit, ac præter Dolabellæ furorem versas in opprobrium Cæsaris exilationes Amantii & ebrietates Antonii & Cornificii. De Antonio notum est ex Plinio, post pugnam Pharalicam leones ad currum junxisse, atque ita vectum cum Cytheride mima per Italiam non sine gravi ostento: cujus rei & Cicero meminit in epistolis ad Atticum. Glandorp.

2. *Inutiliter administrari*] Noxie, ita ut ex ea administratione detrimentum capiat Resp. Hanc inutilis significationem, quoniam vulgo

non est nota, aliquot exemplis firmabo. Scriptor ad Herennium lib. iv. fol. 26. editt. Lamb. Ergo inutile est ei, qui discere vult, putare non unum omnia posse. Hirtius Bell. Afric. cap. liv. Quod in Italia milites P. R. contra Remp. instigasti — quodque mihi Reique publica inutilis fuisse. Terentius Andr. Act. i. Sc. v, 52. Illi utraque res (forma & ætas) inutiles Et ad pudicitiam & ad rem tutandam sient. Ovidius Metam. lib. xiii, 38.

*Sed sibi inutilior timidi commenta re-*  
*rexit*

*Naupliades animi.*

Valerius Maximus lib. vii. cap. ix. extr. Cretenses — ut mala consuetudine delectentur, optant — inutiliter enim aliquid concupiscere — exitio vicina dulcedo est. Eandem hujusce vocis vim ex Lucilio & Corn. Nepote dudum illustravit Casp. Scioppius Veris. lib. i. cap. xx. Davies.

3. *Indulgentia Tribunorum militum*] Optimus Ursini Codex, MSS. Brant. & Norvic. ac editt. Rom. Beroald. exhibi-

& qui legionibus præerant, multa contra morem consue-  
tudinemque militarem fierent, quæ<sup>1</sup> dissolvendæ disci-  
plinæ severitatisque essent; eaque omnia flagitare adven-  
tum suum videret; tamen præferendum existimavit, quas  
in provincias regionesque venisset, eas ita relinquere  
constitutas, ut domesticis dissensionibus liberarentur,  
jura legesque acciperent, & externorum hostium me-  
2 tum deponerent. Hæc in Suria, Cilicia, Asia celeriter  
se confecturum sperabat; quod hæ provinciæ nullo  
3 bello premebantur. In Bithynia ac Ponto plus oneris  
videbat impendere sibi: non enim excessisse Ponto  
Pharnacem audierat, neque excessurum putabat, quum  
4 secundo prælio esset vehementer inflatus, quod con-  
tra Domitium Calvinum fecerat. Commoratus fere in  
omnibus civitatibus, quæ majore sunt dignitate, præ-  
mia benemeritis & viris, & publice tribuit: de con-  
5 troversis veteribus cognoscit ac statuit. <sup>2</sup> Reges, ty-  
ran-

hibent indiligentia Tribunorum militum, quam sane lectionem præfero, quia vox est rarior, ac proinde corruptioni magis obnoxia. *Cæsar* lib. VII. B. G. cap. XVII. Tenuitate *Bojorum*, indiligentia *Æduorum*. Vide & lib. III. B. C. cap. VIII. *Davies*.

1. *Dissolvenda disciplina severitatisque essent*] MS. *Norvic. dissolvenda disciplina severitatisque causa essent*; sed vocem penultimam imperitus adjecit *Librarius*, ex Atticismo enim abesse potest, qua de re dudum monuit *Priscianus* lib. XVIII. *Terentius Adelph. Act. IV. Sc. IV, 6. Nec id assentandi magis, quam quod habeo gratum, facere existimes. Virgilius Æn. XI, 126.*

*Justitiane prius mirer, belline laborum?*

Sic sæpissime loquitur *Sallustius*. Adi quæ notavimus ab lib. I. B. C. cap. LXXXII. *Idem*.

2. *Reges, Tyrannos, Dynastæ*] *Gra-*

datim *reges, tyrannos, dynastæ* conjungit, quomodo *Cicero* in *Philippicis reges, tetrarchas & dynastæ* memorat. Caterum per *tyrannos* non violentos & sanguinarios, sed legitimos principes & paullo regibus inferiores, quomodo tum erant *tetrarchæ*, & apud nos hodie *duces* sunt, accipit. Nam nomen id olim honestæ appellationis erat, quemadmodum ostendit *Virgilius*, apud quem *Dido* lib. IV, 320. ad *Æneam* inquit:

*Te propter Libyca gentis Nomadumque tyranni*

*Odere* —

Et lib. VII, 266. *Latinus* rex de ipso *Ænea*, quem tantopere à pietate laudat poeta:

*Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.*

Proinde frustra hoc loco tam anxie quidam de discrimine *regis & tyranni* disserunt. *Glandorp.*

rannos, dynastas provinciæ, finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi, & populo Rom. amicissimos.

LXVI. Paucis diebus in ea provincia consumptis, **1**  
 Sex. Cæsarem amicum & necessarium suum legionibus Suriaque præficit, ipse eadem classe, qua venerat, proficiscitur in Ciliciam: cujus provinciæ civitates omnes evocat Tarsum: quod oppidum fere totius Ciliciæ nobilissimum, fortissimumque est. Ibi, rebus **2**  
 omnibus provinciæ & finitimarum civitatum constitutis, cupiditate proficiscendi ad bellum gerendum non diutius moratur; magnisque itineribus per Cappadociam confectis, biduum Mazacæ commoratus, **3**  
 venit Comana, vetustissimum & sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos ejus deæ majestate, imperio & potentia secundus à rege consensu gentis illius habeatur. Id homini nobilissimo **4**  
 Lycomedi Bithynio adjudicavit, **5**  
 qui regio Cappadocum genere ortus, propter adversam  
 fam

1. Venit Comana, vetustissimum & sanctissimum in Cappadocia Bellona templum] Plura de hac urbe & templo scribit Strabo lib. XII. pag. 535. Τὸ τ' Ἐνυῆς ἱερὸν, ὃ ἐκείνοι Κόμανα ὀνομάζουσι, πόλις ἢ ἐστὶν ἀξιολόγητος, & reliqua, quæ plura sunt quam ut hic transcribi debeant. Dion lib. xxxv. pag. 5. Τὰ δὲ Κόμανα τ' τε νῦν Καππαδοκίας ἐστὶ, καὶ ἰδύκει τότε τ' Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρότας, καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνονέσιον διδρυαίη ἔχειν. — Δύο αὐτὰ πόλεις ἐν Καππαδοκίᾳ ὀνομάζονται, ἅτε πάντοτε πόρρω ἀπ' ἀλλήλων εἴσι — καὶ δεικνύουσι τὰ τε ἄλλα πάντα ἐν τῇ ὁμοίᾳ, καὶ ζήφου, ὡς αὐτὸ τὸ τ' Ἰφρυγενίας ὄν, ἀμφότερα ἔχειν. Plinius lib. VI. cap. III. Comana, quæ nunc Mantium Genetarum. Ciaccon.

2. Lycomedi Bithynio] Editi omnes ad Scaligerum usque Nicomedi Bithynio, sed vir ille summus ex Strabone; ut videtur, Hirtium emendavit; is enim lib. XII. pag. 558. hunc pontificem Lycomedem vocat. Verum alia correctione forsitan magis est opus, Latini enim non Bithynium dicunt, sed Bithynum. Horatius lib. I. Od. xxxv, 7.

Quicumque Bithyna laceffit  
 Carpathium pelagus carina.

Juvenalis Satir. VI, 15.

Quamquam & Cappadoces faciunt, equitesque Bithyni.

Ea igitur forma hic videtur reponenda. Davies.



sam fortunam majorum suorum mutationemque generis, jure minime dubio, vetustate tamen intermissio, sacerdotium id repetebat. Fratrem autem Ariobarzani Ariaraten, quum bene meritus uterque eorum de Republ. esset, ne aut regni hereditas Ariaraten sollicitaret, aut heres regni terreret, Ariobarzani attribuit, qui sub ejus imperio ac ditione esset: ipse iter coeptum simili velocitate conficere coepit.

LXVII. Quum propius Pontum, finesque Gallogræciæ accessisset, Dejotarus tetrarches Gallogræciæ tunc quidem pene totius, quod ei neque legibus, neque moribus concessum esse ceteri tetrarchæ contendebant, sine dubio autem rex Armeniæ minoris ab Senatu appellatus, depositis regiis insignibus, neque tantum privato vestitu, sed etiam reorum habitu supplex ad Cæsarem venit oratum, ut sibi ignoscere, quod in ea parte positus terrarum, que nulla præsidia Cæsaris habuisset, <sup>1</sup> *exercitibus imperiisque in Cn. Pompeji castris fuisset: neque enim se judicem debuisse esse controversiarum populi Romani, sed parere presentibus imperiis.*

*exercitus qz  
Ita de P. Hisp.  
c. 4.  
Mordred.*

LXVIII. Contra quem Cæsar, quum plurima sua commemorasset officia, qua consul ei decretis publicis tribuisset; quumque defensionem ejus nullam posse excusationem ejus imprudentia recipere coarguisset, quod homo tanta prudentia ac diligentia scire potuisset, quis urbem Italianque teneret; ubi Senatus populusque Romanus, ubi Respubl. esset; quis deinde post L. Lentulum, C. Marcellum, consul esset: sed tamen se concedere id factum superioribus suis beneficiis, veteri hospitio, atque amicitia, dignitati, etatique hominis, precibus eorum, qui frequentes concucurrissent hospites atque amici Dejotari ad deprecandum: de controversiis tetrarcharum postea se cogniturum esse dixit: regium vestitum ei restituit. Legionem autem, quam ex genere

Ci-

<sup>1</sup> *Exercitibus imperiisque in Cn. Pompeii castris fuisset* ] Edit. Vascos. *af- fuisset*, Joan. autem Glandorpius, in- terposita voce *coactus*, legit *exercitibus imperiisque coactus in Cn. Pompeii castris fuisset*, Brant.

civium suorum Dejotarus <sup>1</sup> armatura disciplinaque nostra constitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere jussit.

LXIX. Quum in Pontum venisset, copiasque omnes in unum locum coëgisset; quæ numero, atque exercitatione bellorum mediocres erant; (excepta enim legione VI, quam secum adduxerat Alexandria veteranam, multis laboribus periculisque functam, multisque militibus partim difficultate itinerum ac navigationum, partim crebritate bellorum adeo deminutam, ut minus  $\infty$  hominum in ea esset; reliquæ erant III legiones, una Dejotari, duæ, quæ in eo prælio, quod Cn. Domitium fecisse cum Pharnace scripsimus, fuerant) legati à Pharnace missi Cæsarem adeunt: atque in primis deprecantur, *ne ejus adventus hostilis esset: facturum enim omnia Pharnacen, quæ imperata essent. Maximeque commemorabant nulla Pharnacen auxilia contra Cæsarem Pompejo dare voluisse; quum Dejotarus, qui dedisset, tamen ei satisfacisset.*

LXX. Cæsar respondit, se fore æquissimum Pharnaci, si, quæ polliceretur, <sup>2</sup> repræsentaturus esset: monuit autem, ut solebat, mitibus verbis legatos, *ne aut Dejotarum sibi objicerent, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod auxilia Pompejo non misissent: nam se neque libentius facere quidquam, quam supplicibus ignoscere; neque provinciarum publicas injurias condonare vis posse, <sup>3</sup> qui non fuissent*

<sup>1</sup> 1. Armatura disciplinaque nostra constitutam] In omnibus, quos unquam viderim, libris & impressis & scriptis est natura disciplinaque nostra: nihil tamen dubito, quin vera lectio sit, quam nos ex alterius loci collatione & ex ingenio reposuimus. Supra hoc eodem libro cap. XXXIV. Duas Dejotari legiones disciplina atque armatura nostra constitutus dixit. Quis amplius de hoc loco dubitet? Ald. Manut.

2. Repræsentaturus esset] Statim ex-

citurus, & in effectum adducturus; nihil enim opus est, ut ex Cod. Ciacconii legamus re præstaturus, quomodo reponendum censuit Fr. Hotomannus. Cæsar lib. I. B. G. cap. XI. Itaque se, quod in longiorem diem collaturus esset, repræsentaturum. Curtius lib. VI. cap. XI, 33. repræsentasse consilium dixit, ubi vide Joan. Freinshemium, ac intt. ad Phædri lib. III. Fab. x. 32. Davies.

3. Qui non fuissent in se officiosi] Testatur Ciacconius particulam negantem

4 sent in se officiosi: id ipsum, quod commemorassent, officium  
 5 utilis Pharnaci fuisse, qui providisset, ne vinceretur, quam  
 6 concedere Pharnaci: nam neque<sup>1</sup> interfectis amissam vitam,  
 7 neque exfectis virilitatem restituere posse; quod quidem sup-  
 8 plicium gravius morte cives Romani subissent: Ponto vero  
 decederet confestim; familiasque publicanorum remitteret;  
 ceteraque restitueret sociis civibusque Romanis, quae penes  
 eum essent. Si fecisset, jam tunc sibi mitteret munera, ac do-  
 na, quae bene rebus gestis imperatores ab amicis accipere con-  
 suessent: miserat enim Pharnaces coronam auream. His  
 responsis datis legatos remisit.

1 LXXI. At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus;  
 quum<sup>2</sup> festinantem ac properantem Cæsarem speraret  
 li-

rem à quibusdam libris abesse; & recte quidem, ut arbitror, quod & olim Jo. Rhetorico in mentem venerat. Ful. Celsus pag. 212. de hac re sic loquitur: Ille quidem praestitit, ut — publicas (injurias) libere ulcisci valeam, quod fortasse sic non possem, si in me fuisset obsequiosus &c. Sed vir ille bonus mentem Cæsaris non est assecutus; vult enim, se privatas injurias hosti facile condonare posse, publicas ne amico quidem: & hic sane sensus egregius & tanto Imp. dignus. Ut ut autem sit, ceræ falsus est Eutropius, qui lib. vi. cap. xvii. tradit Pharnacem — Pompeio in auxilium apud Thessaliam fuisse, ut ex diserto Hirtii testimonio constat. Vide & Dionem lib. xlii. p. 207. Davies.

1. Interfectis amissam vitam] Phil. Rubenius Elect. lib. i. cap. xxii. reponit fluctuans licet, atque animi dubius, interfectis Amisi vitam, quia tradit Appianus lib. ii. B. C. pag. 484. Ὅτι Ἀμισὸν πόλιν ἐν τῷ Ἀλόντῳ ῥωμαίους ἐξήνθευον, καὶ

τὰς παῖδας αὐτῶν τομίας ἐποίησαν τῶν-  
 τας. Secundum Dionem etiam lib. xlii. pag. 206. Pharnaces Ἀμισὸν — εἰλέ τε καὶ δῆρπασε, τὰς τε ἡβῶν-  
 τας ἐν αὐτῇ πόλει ἀπέκτεινε. Sed hanc ob causam vulgata lectio non est sollicitanda; neque enim Hirtius Amisi solius direpti meminit, sed multorum oppidorum, & gravissima hæc supplicia in eos, qui formæ atque ætatis commendationem habebant, fuisse constituta narrat hujusce libri cap. xli. Davies.

2. Festinantem ac properantem] Codex Victor. festinantem ac procurrentem, MS. Norvic. & alii festinantem ac præcurrentem, quam lectionem probat Jo. Goduinus, quoniam non intellexit, quænam inter properantem ac festinantem sit differentia: norunt tamen Grammatici, si iis fides sit adhibenda. A. Gellius Noct. Attic. lib. xvi. cap. xiv. Festinare & properare idem significare atque in eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre existimat, eaque hoc modo divisa. Verba sunt ipsius ex oratione quam  
 de

libentius etiam crediturum suis promissis, quam res pateretur, quo celerius honestiusque ad res magis necessarias proficisceretur, (nemini enim erat ignotum, plurimis de causis ad Urbem Cæsarem revocari) lentius agere, decedendi diem postulare longiorem, patientiones interponere, in summa frustrari cœpit. Cæsar cognita calliditate hominis, quod aliis temporibus natura facere consueverat, tunc necessitate fecit adductus, ut celerius omnium opinione manum conscreret.

LXXII. Ziela est oppidum in Ponto positum ipso, ut in plano loco, satis munitum: tumulus enim naturalis, velut manu factus, excelsiore undique fastigio sustinet murum. Circumpositi sunt huic oppido magni multique intercisi vallibus colles: quorum editissimus unus, qui propter victoriam Mithridatis, & infelicitatem Triarii, detrimentumque exercitus nostri, superioribus locis atque itineribus pene conjunctus

de suis virtutibus habuit: Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Quæ Catonis verba repetit Nonius Marcellus pag. 468. editt. Plantin. dein addit: *Verum utrorumque verborum ratio sub hac significatione proxima est veritati, ut sit sepe animi properare studiose ad res aliquas contendenti, festinare corpore necessitatibus obsequendi.* Ego autem id pro certo habeo, has Grammaticorum distinctiones bonorum auctorum usu non comprobari; nec tamen vulgatam lectionem mutandam cenfeo; quis enim nescit, duo verba ejusdem plane potestatis non raro conjungi? Sic hujusce libri cap. LXX. *munera ac dona* habet noster, & similia passim alii. *Davies.*

1. Ziela] *Plinius lib. VI. cap. III. Civitas Ziela intus, nobilis clade Triarii & victoria C. Cæsaris. Stephanus de*

Urb. Ζίλια τετραπλάσιος πόλις Καππαδοκίας, ἢν ἔκτισε Νικομήδης υἱὸς Ζήλδης &c. Nam Zele urbis in Cappadocia eodem cap. *Plinius* meminit, *Ptolemæus*que, & *Strabo*. *Ciaccon.*

*Ibid.] MS. Norvic. & editt. vet. etiam in Hirio Zelam exhibent. Sic & Plutarchus in Cæs. pag. 731. Πρὸ πόλιν Ζήλαν μάχην μεγάλην συνέψαες. Dion lib. XLII. pag. 207. Κάινταῦθα αὐτῷ περὶ Ζέλειαν συνέτυχεν. Utrobique repone Ζήλαν. Davies.*

2. Infelicitatem Triarii] *Plutarchus* in *Luculli* vita pag. 515. ed. *Francof.* testatur, *Triarium* non expectato *Luculli* exercitu, conferto proelio, ingentem accepisse cladem: supra namque septem Rom. millia occubuerunt, centuriones centum & 1, tribuni militum plusquam xxiv, & quod omnium ignominiosissimum erat, *Mithridates* Ponti rex Romanorum castris potitus est. *Rhellican.*

- ctus oppido, magnam in illis partibus habet nobilitatem; nec multo longius millibus passuum III abest ab
- 3 Ziela. Hunc locum Pharnaces, veteribus paternorum feliciam castrorum relictis operibus, copiis omnibus suis occupavit.
- 1 LXXIII. Cæsar, quum ab hoste millia passuum V castra posuisset; videretque eas valles, quibus regia castra munirentur, eodem intervallo sua castra munituras, si modo ea loca hostes priores non cepissent, quæ multo erant propiora regis castris; aggerem com-
- 2 portari jubet intra munitiones. Quo celeriter collato, proxima nocte, vigilia quarta, legionibus omnibus expeditis, impedimentisque in castris relictis, prima luce, neque opinantibus hostibus, eum ipsum locum cepit, in quo Mithridates secundum prælium adversus Triarium fecerat. 1 Huc omnem comportare aggerem è castris servitia, quæ ageret, jussit; ne quis ab opere miles discederet; quum spatio non amplius ∞ passuum intercisa vallis castra hostium divideret ab opere incepto Cæsar's castrorum.
- 1 LXXIV. Pharnaces, quum id repente prima luce animadvertisset, copias suas omnes pro castris instruxit; quas, interposita tanta locorum iniquitate, consuetudine magis pervulgata militari credebatur instrui Cæsar, vel ad opus suum tardandum, quo plures in armis tenerentur, vel ad ostentationem regis fiduciam, ne munitione magis, quam manu defendere locum
- 2 Pharnaces videretur: itaque deterritus non est, quominus,

1. Huc omnem comportare aggerem servitia, quæ ageret, jussit] MS. Norvic. Huc omnem comportatum aggerem servitia agerentur jussit; & sic Codex Ciacconii, unde rescribit vir eruditus huc omnem comportare aggerem è castris servitia jussit. MS. Victor. huc omnem comportari aggerem, servitiaque agi jussit; & sic sane exhibent editt.

Rom. Ven. Beroald. ex qua lectione Joann. Goduinus rescribendum conjecit Huc omnem comportare aggerem, servitiaque agere jussit. Multo malim huc omnem comportari aggerem, servitiaque agerent, jussit. Hoc addidit notiter, quia more Romano milites aggerem portabant. Davis.

minus, prima acie pro vallo instructa, reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces impulsus sive loci felicitate, sive auspiciis & religionibus inductus, quibus obtemperasse eum postea audiebamus; sive paucitate nostrorum, qui in armis erant, comperta, quum more operis quotidiani magnam illam fervorum multitudinem, quæ aggerem portabat, militum esse credidisset, sive etiam veterani fiducia exercitus sui, quem cum legione **XXII** in acie conflixisse, & vicisse legati ejus gloriabantur; simul contemptu exercitus nostri, quem pulsam à se, Domitio duce, sciebat; inito consilio dimicandi, descendere prærupta valle cœpit: cujus aliquamdiu Cæsar irridebat inanem ostentationem, & eo loco militum coarctationem, quem in locum nemo sanus hostis subiturus esset: quum interim Pharnaces eodem gradu, quo præruptam descenderat in vallem, adscendere adversus arduum collem instructis copiis cœpit.

**LXXV.** Cæsar incredibili ejus vel temeritate, vel fiducia motus, neque opinans imparatusque oppressus eodem tempore milites ab operibus vocat, arma capere jubet, legiones opponit, aciem instruit: cujus rei subita trepidatio magnum terrorem attulit nostris. Nondum ordinibus instructis, falcatae regiae quadrigæ permixtos milites perturbant, quæ tamen celeriter multitudine telorum opprimuntur. Insequitur has acies hostium; & clamore sublato configitur, multum adjuvante natura loci, plurimum Deorum immortalium benignitate: qui quum omnibus casibus belli intersunt, tum præcipue eis, quibus nihil ratione potuit administrari.

**LXXVI.**

1. *Cum legione*] Uncis hæc includit *Jos. Scaliger*, & sane manifestum est, ea verba profus abundare aut aliquid sub iis latere: legati enim procul dubio volvere Pharnacis exercitum **XXII** vicibus in acie conflixisse. *Davies.*

2. *Falcata regia quadriga*] Sic dicitur à falcibus, quæ ex variis partibus eminebant. Harum descriptionem suppeditabunt *Livius* lib. **XXXVII**. *cap. XI*. *Diodorus Siculus* *Bibl. lib. XVII*. pag. 530. & alii. *Idem.*

- 1 LXXVI. Magno atque acri cominus proelio facto,  
 1 dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata,  
 initium victoriæ natum est ab ea parte, quum in pro-  
 clive detruderentur hostes; multo tardius, sed tamen  
 2 iisdem Diis adjuvantibus, sinistro cornu, mediaque a-  
 cie, totæ profligantur copiæ regis: quæ quam facile  
 subierant iniquum locum, tam celeriter gradu pulsæ  
 premebantur loci iniquitate. Itaque multis militibus  
 partim interfectis, partim suorum ruina oppressis, qui  
 velocitate effugere poterant, armis tamen projectis val-  
 lem transgressi, nihil ex loco superiore inermes profi-  
 3 cere poterant. At nostri victoria elati subire iniquum  
 locum, munitionesque aggredi non dubitarunt: de-  
 fendentibus autem iis cohortibus castra, quas Pharna-  
 ces præsidio reliquerat, celeriter castris hostium sunt  
 4 potiti. Interfecta multitudo omniaut capta suorum,  
 Pharnaces cum paucis equitibus profugit: cui nisi ca-  
 strorum oppugnatio facultatem attulisset liberius pro-  
 fugiendi, vivus in Cæsaris potestatem adductus esset.
- 1 LXXVII. Tali victoria toties victor Cæsar incre-  
 dibili est lætitia affectus, quod maximum bellum  
 tanta celeritate confecerat: eratque subiti periculi re-  
 cordatione lætior, quod victoria facilis ex difficilli-  
 2 mis rebus acciderat. Ponto recepto, præda omni re-  
 gia militibus condonata, postero die cum expeditis  
 equitibus ipse proficiscitur: legionem VI decedere  
 ad præmia atque honores accipiendos in Italiam jubet:  
 auxilia Dejotari domum remittit: 11 legiones 2 cum  
 Cæ-

1. Dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata, initium victoriæ natum est ab ea parte, quum in proclive } M. Norvic. a dextro cornu. Lego & distinguo à dextro cornu, quo veterana legio VI erat collocata, initium victoriæ natum est. Ab ea parte quum in proclive &c. Quod conjecturam nostram non mediocriter firmat, hanc interpunctionem servant editt. Rom.

Ven. Beroald. sed in iis male scribitur ex ea parte. Davies.

2. Cum Cælio Vinciano! Editt. Rom. Ven. Beroald. perperam exhibent cum Cælio Minutio. In MSto Norvic. est cum Cælia Juniciano. Adjuvat sane hæc lectio F. Ursini emendationem, quæ reponit cum Cælio Vinciano. Ea tamen conjectura non est necessaria, veteres enim modo Vincianos, modo

Cælio Vinciano <sup>1</sup> in Ponto relinquit.

LXXVIII. Ita per Gallogræciam Bithyniamque in **1**  
 Afiam iter facit: omniumque earum provinciarum de  
 controversiis cognoscit, & statuit: jura in tetrarchas,  
 reges, civitates distribuit. Mithridaten Pergamenum, **2**  
 à quo rem feliciter celeriterque gestam in Ægypto su-  
 pra scripsimus, regio genere ortum, disciplinis etiam  
 regiis educatum (nam eum Mithridates, rex Asiæ to-  
 tius, propter nobilitatem Pergamo parvulum secum  
 asportaverat in castra, multosque tenuerat annos) re-  
 gem Bospori constituit, quod sub imperio Pharnacis  
 fuerat; provinciasque populi Rom. à barbaris atque  
 inimicis regibus, interposito amicissimo rege, muni-  
 vit. <sup>2</sup> Eidem tetrarchiam legibus Gallogræcorum, ju- **3**  
 re gentis & cognationis adjudicavit, occupatam & pos-  
 sessam paucis ante annis à Dejotaro. Neque tamen uf- **4**  
 quam diutius moratus est, quam necessitas urbanarum **5**  
 seditionum pati videbatur. Rebus felicissime celerrime-  
 que confectis, in Italiam celerius omnium opinione  
 venit.

*Vincianos* dixerunt, ut ostendit in-  
 scriptio, quam profert *Ch. Ad. Ruper-*  
*tus* in epist. xxxiv. inter *Reines.*  
 p. 200. *Davies.*

1. *In Ponto relinquit*] Sic rescripti  
 ex *MSto Norvic.* & editt. *Steph.* ob  
 verba præsentis temporis, quibus-  
 cum hoc conjungitur. In aliis est *in*  
*Ponto reliquit.* Idem.

2. *Eidem tetrarchiam legibus Gallo-*  
*græcorum*] Vocem penultimam de-

lendam censuere *Pet. Ciacconius* &  
*Jos. Scaliger*, quibus lubens admo-  
 dum accedo, nam *Dion* lib. xlii.  
 pag. 207. ait *Μιθριδάτη τῶ Περγα-*  
*μηνῶ τετραρχίαν τι ἐν Γαλατία, ἢ*  
*βασιλείας ἰδῶμεν ὄνομα.* Ea vox pri-  
 mum videtur margini adscripta,  
*juris* explicandi gratia. De *Mithri-*  
*datis Pergameni* genere adiri po-  
 terit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib.  
 III. cap. xxiii. *Davies.*


FINIS LIBRI DE BELLO ALEXANDRINO.



A. HIRTII PANSÆ  
COMMENTARIORUM  
DE  
BELLO AFRICANO  
LIBER UNUS.

SUMMARIUM LIBRI DE BELLO  
AFRICANO.

*Cæsar in Africam proficiscitur: VII. Leptique oppido occupato, auxilia eo convocat; XII. & ibidem cum Labieno aliquoties conflictatur. XXV. Rex Juba, auxilio Scipioni profectus, ad tuendum contra Bogudem regnum revocatur. XXVI. Bellum exinde varia fortuna diu ductum, Oppida capta: velitatum sæpius: naves intercepta: plus tamen Cæsari faventibus fatis. LXXXI. Tandem justo prælio res Scipionis profligata; LXXXVIII. insequenteque M. Catonis, XCIV. Juba, Petreji, XCVI. ipsius Scipionis, ac plurimum illustrium virorum cades.*

- 1 I.  Cæsar, itineribus justis confectis, nullo die intermisso, ad xiv Kal. Jan. in Lilybæum pervenit: statimque ostendit, sese naves velle conscendere; quum non amplius legionem tiro-  
2 num haberet unam, equitesque vix DC. Tabernacu-  
3 lum secundum littus ipsum constituit, ut prope fluctus verberaret. Hoc eo consilio fecit, ne quis sibi moræ quidquam fore speraret, & ut omnes in dies horasque parati essent. Incidit per id tempus, ut tempestates ad navigandum idoneas non haberet: nihilo tamen minus in navibus remiges, militesque continere, <sup>1</sup> & nullam præ-

1. Et nullam præmittere occasionem | lam præmitteret occasionem profectio-  
professionis] Legendum credo ut nul- | nis. Confirmat hanc conjecturam  
Jul.

prætermittere occasionem profectio- 4  
 tim ab incolis ejus provinciæ nunciarentur adversario-  
 rum copiæ, equitatus infinitus, legiones regiæ 1 v, le-  
 vis armaturæ magna vis, Scipionis legiones x, elephan-  
 ti cxx, classésque esse complures; tamen non deterre- 5  
 batur, animoque & spe confidebat. Interim in dies &  
 naves longæ adaugeri, & onerariæ complures eodem  
 concurrere, & legiones tironum convenire; in his ve-  
 terana legio v, equitum ad 11 millia.

II. Legionibus collectis v 1, & equitum 11 millibus, 1  
 ut quæque prima legio venerat, in naves longas im-  
 ponebatur, equites autem in onerarias. Ita majorem 2  
 partem navium antecedere jussit, 1 & insulam petere  
 Aponianam, 2 quæ non abest à Lilybæo: 3 ibique  
 commoratus bona paucorum vendit publice: 4 deinde

Al-

*Jul. Celsus*, qui pag. 214. sic ait: *remiges tamen in puppis detinebat, ne more suo per licentiam vagarentur, sed dicto obaudientes, nec quærendi usquam essent.* Davies.

1. *Et insulam petere Aponianam, qua non abest à Lilybæo*] Nulla traditur à Geographis, quod sciam, insula Aponiana, Lilybæo proxima. Sed à *Ptolemao Παρώνια* dicitur insula quædam Lilybæo objecta itaque hoc loco scribendum existimo *Paconiam*, & vocem non, qua tamen nonnulli codices carent, ex numero passuum distantia à Lilybæo, à librariis esse inductam. *Ciaccon.*

2. *Qua non abest à Lilybæo*] Abest particula negativa à MS. *Norvic.* & aliis nonnullis; editt. autem *Rom. Ven.* exhibent *qua est à Lilybæo.* *Berroald.* vulgaram lectionem servat, unde vocem deesse existimans *Johan. Glandorpins*, rescribit, *qua non longe abest à Lilybæo.* Crediderim Aponianæ distantiam à Lilybæo sub ista vocula latere: repono itaque *quæ* duo millia abest à Lilybæo. Sic apud *Celsum* pag. 214. legitur *postquam vero sex integras legiones*, nonque e-

*quitum advenisse cognovit*, ubi corrigendum *duo milliaque*, ut ex hoc capite liquet. Primo scriptum erat 11 M, quod facile in non mutarunt imperiti Librarii. Cum tamen inter Geographos non conveniat, quæ sit hæc Aponiana, res in incerto est relinquenda. *Davies.*

3. *Ibique commoratus*] MS. *Norvic.* habet ipse *parum commoratus*; corrupte quidem, ita tamen, ut, nisi fallor, ex eo vox fugitiva *Hirtio* possit restitui. Emendo enim *ibique parum commoratus.* Idem.

4. *Deinde Allieno*] Editt. vett. *Allieno*, sed *Allieno* scribendum est ex veteribus ejus familiæ denariis, in quibus A. hic ALLIENUS designatur Siciliæ PROCOS. C. Cæsare iterum Consule, ex signo triumvirum, à quibus ea insula dicta est *Trinacria.* De eo ita infra: *Allienus interim Procos. è Lilybæo in naves onerarias imponit legiones XIII, & XIV.* &c. Idem tamen, ut ex hoc *Hirtio* loco apparet, Prætoriam primum potestate Siciliam provinciam, deinde Proconsulari obtinuit. Ad quos honores indicandos in altera dena-

Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo. Datis mandatis, ipse navem conscendit a. d. vi Kal. Jan. & reliquas naves statim est consecutus. Ita vento certo, celerique navigio vectus, post diem quartam cum longis paucis navibus in conspectum Africæ venit: namque onerariæ reliquæ, præter paucas, vento dispersæ atque errabundæ diversa loca petierunt. Clupeam classe prætervehitur, inde Neapolim. Complura præterea castella & oppida non longe à mari relinquit.

III. Postquam Adrumetum accessit, <sup>1</sup> ibi præsidium erat adversariorum, cui præerat C. Confidius, & à Clupeis secundum oram maritimam cum equitatu Adrumeti Cn. Piso cum Maurorum circiter 111 millibus apparuit. Ibi paullisper Cæsar ante portum commoratus, dum reliquæ naves convenirent, <sup>2</sup> exponit exercitum. Cujus numerus in præsentia fuit peditum 111 M, equitum CL. castrisque ante oppidum positis, sine injuria cujusquam confedit; cohibetque omnes à præda. Oppidani interim muros armatis complent; ante portam frequentes confidunt ad se defendendum: quorum numerus 11 legionum intus erat. Cæsar circum

rîi parte, Siciliae symbolum expressum est, ut diximus, tria crura. Ursin.

1. Ibi præsidium erat adversariorum, & à Clupeis] Ex MSto Norvic. & editt. Rom. Ven. Beroald. lego ubi præsidium erat adversariorum, quod etiam Joan. Goduino ex Codd. Gallicanis placuit. Est autem aliud vitium, quod, licet manifestum, libri retinent, nec Interpretes notarunt; in sequentibus enim verbis abundat particula copulans, quare rescribendam ubi præsidium erat adversariorum, à Clupeis, vel à Clupea, quemadmodum est in editt. Rom. Ven. Be-

roald. Ita etiam hoc oppidum paullo ante vocavit noster, & alii omnes præter Casarem lib. II. B. C. cap. XXIII. Davies.

2. Exponit exercitum] Auctor est Dio Cassius lib. XLII. extremo, navi egredientem Cæsarem, simul terram attigisset, corruisse, quod cum triste militibus omen videretur, ipse lætum reddidit, manu enim extensa terram, quasi dedita opera concidisset, atrectavit, exosculatusque est, inclamans, Teneo te Africa. Idem de P. Scipione Sext. Frontinus lib. I. Strateg. cap. XII. Brant.

cum oppidum vectus, natura loci perspecta, redit in castra. Non nemo culpæ ejus imprudentiæque assignabat, quod neque certum locum gubernatoribus, præfectisque, quem peterent, præceperat: neque, ut mos ipsius consuetudoque superioribus temporibus fuerat, tabellas signatas dederat, ut in tempore iis perlectis, locum certum peterent universi. <sup>1</sup> Quod minime Cæsarem fefellerat: namque nullum portum terræ Africæ, quo classes decurrerent, pro certo tutum ab hostium præsidio fore suspicabatur: sed fortuitu oblatam occasionem egressus aucupabatur.

IV. L. Plancus interim legatus petit à Cæsare, ut sibi daret facultatem cum Confidio agendi, si posset aliqua ratione perduci ad sanitatem. Itaque data facultate litteras conscribit, & eas captivo dat perferendas in oppidum ad Confidium. Quo simul atque captivus pervenisset, litterasque, ut erat mandatum, Confidio porrigere cœpisset, prius quam acciperet ille, Unde, inquit, istas? Tum captivus, <sup>2</sup> Venio à Cæsare. Tunc Confidius, *Unus est*, inquit, *Scipio Imperator hoc tempore populi Romani*, deinde in conspectu suo captivum statim interfici jubet: litterasque nondum perlectas, sicut erant signatæ, dat homini certo ad Scipionem perferendas.

## V. Post-

<sup>1</sup> Quod minime Cæsarem fefellerat] Latuerat, ut sæpenumero hoc verbum usurpatur cum poetis, tum oratoribus. *Virgilius* IV. *Æneid.* VI. 96.

*Nec me adeo fallis, veritam te mœnia nostra &c.*

*Terentius Heautont.* Num me fefellit hosce id struere? *Livius* lib. XXX. Non fefellit Achaos, quo spectasset tam benigna pollicitatio. Plura *Lambinus* ad *Horatii* Od. X. lib. I. cujus scriinia non compilo. *Davies.*

<sup>2</sup> Venio à Cæsare] Primam vocem, utpote quam delendam centebat,

uncis inclusit *Jos. Scaliger*: sed multo melior est *Petri Ciacconii* animadversio, qui ex responso Confidii notavit deesse vocem *Imperatore*, quare reposuit *venio à Cæsare Imperatore*, eamque conjecturam, suam fecerunt *Just. Lipsius Elect.* lib. II. cap. XXII. & *Joan. Godwinus. MSS.* II. *Thuanai*, representant immo à Cæsare, *Norvic.* ymo à Cæsare unde facili emendatione rescribo *Imp. à Cæsare*; Imperatorem enim ut plurimum compendiarie scribebant veteres, quod ex *MSS.* & *Inscripti-* nibus abunde liquet. *Davies.*

1 V. Postquam una nocte & die ad oppidum consumpta, neque responsum ullum à Confidio dabatur; neque ei reliquæ copię succurrebant; neque equitatu abundabat; & ad oppidum oppugnandum non satis copiarum habebat, & eastironum; neque primo adventu convulnerari exercitum volebat; & oppidi egregia munitio, difficilisque ad oppugnandum erat accessus; & nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire; non est visâ ratio ad oppugnandum oppidum commorandi: ne, dum in ea re Cæsar esset occupatus, circumventus à tergo ab equitatu hostium laboraret.

1 VI. Itaque castra quum movere vellet, subito ex oppido erupit multitudo: atque equitatus subsidio uno tempore eis casu succurrit, qui erat missus ab Juba ad stipendium accipiendum: castraque, unde Cæsar egressus iter facere cœperat, occupant: & ejus agmen extremum insequi cœperunt. Quæ res quum animadverta esset, subito legionarii consistunt; & equites, quamquam erant pauci, tamen contra tantam multitudinem  
 2  
 3 audacissime concurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus xxx Galli, Maurorum equitum 11 millia  
 4 loco pellerent, urgerentque in oppidum. Postquam repulsi, & coniecti erant intra munitiones, Cæsar iter  
 5 constitutum ire contendit: quod quum sæpius facerent; & modo insequerentur, modo rursus ab equitibus in oppidum repellerentur; cohortibus paucis ex veteranis, quas secum habebat, in extremo agmine collocatis, & parte equitatus, iter leniter cum reliquis facere cœpit. Ita, quanto longius ab oppido discedebatur, tanto tardiores ad insequendum erant Numidæ. Interim in itinere ex oppidis & castellis legationes venire, polliceri frumentum, paratosque esse, quæ imperasset, facere. Itaque eo die castra posuit ad oppidum Ruspinam Kalendis Januar.

VII. <sup>1</sup> Inde movit, & pervenit ad oppidum Leptin, <sup>1</sup>  
 liberam civitatem, & immunem. Legati ex oppido ve-  
 niunt obviam, libenter se omnia facturos, quæ vellet,  
 pollicentur. Itaque centurionibus ad portas oppidi, & <sup>2</sup>  
 custodiis impositis, ne quis miles in oppidum introiret,  
 aut injuriam faceret cuiquam incolæ, non longe ab op-  
 pido secundum littus facit castra. Eodem naves oner- <sup>3</sup>  
 rariæ, & longæ nonnullæ casu advenerunt: reliquæ,  
 ut est ei nunciatum, incertæ locorum Uticam versus  
 petere visæ sunt. Interim Cæsar à mari non digredi, <sup>4</sup>  
 neque mediterranea petere propter navium errorem,  
 equitatumque in navibus omnem continere, ut arbi-  
 tror, ne agri vastarentur; aquam in naves jubet com-  
 portari. Remiges interim, qui aquatum è navibus ex- <sup>5</sup>  
 ierant, subito equites Mauri, neque opinantibus Cæ-  
 sarianis, adorti multos jaculis convulneraverunt, non-  
 nullos interfecerunt: latent enim in insidiis cum equis <sup>6</sup>  
 inter convalles, <sup>2</sup> & subito existunt, non ut in campo  
 cominus depugnent.

VIII. Cæsar interim in Sardiniam nuncios cum lit- <sup>1</sup>  
 teris, & in reliquas provincias finitimas dimisit, ut sibi  
 auxilia, commeatus, frumentum, simul atque litteras  
 legissent, mittenda curarent: exoneratisque partim na-  
 vibus longis, Rabirium Postumum in Siciliam ad se-  
 cun-

<sup>1</sup> *Inde movit*] Interdum fit, ut hanc vocem absolute ponant boni auctores, pro eo quod est, *castra movit*. *Silius Italicus lib. VII, 131.*

*Irritus incepti movet inde, atque Appula tardo  
 Arva Libys passu legit* —

Sic & *audito Davium* movisse ab *Ébbaranis* dixit *Curtius lib. v. cap. XII, 1. Davies.*

<sup>2</sup> *Et subito existunt*] Editt. *Rom. Ven. Beroald. & subito exeunt*; mendose: veram autem lectionem servat, ut opinor, *MS. Norvic.* is enim habet & *subito exiliunt*, vocabulo

quidem ad celeritatem indicandam maxime apposito. *Manilius lib. I. pag. 6.*

*Emergere fretis montes orbisque per undas*

*Exiliit, vasto clausus tamen undique ponto.*

*Ovidius Art. Amat. lib. I, 115.*

*Protinus exiliunt, animum clamore fatentes.*

*Minucius Felix Oct. pag. 83. ed. Oxon. Vel exiliunt statim.* Si quis tamen vulgatæ lectioni patrocinatur, favebit *Curtius lib. VII. cap. x, 14. Davies.*

- 2 cundum comneatum accersendum mittit. Interim cum x navibus longis ad reliquas naves onerarias conqui-  
 3 rendas, quæ deerrassent, & simul mare tuendum ab  
 3 hostibus, jubet proficisci. Item C. Sallustium Crispum  
 prætorem ad Cercinam insulam versus, quam adversa-  
 rii tenebant, cum parte navium ire jubet; quod ibi  
 4 magnum numerum frumenti esse audiebat. Hæc ita im-  
 perabat, itaque unicuique præcipiebat; <sup>1</sup> ut, fieri pos-  
 set, nec ne, locum nullum excusatio haberet, nec  
 moram tergiversatio. Ipse interea ex perfugis & incolis  
 cognitis conditionibus Scipionis, & qui cum eo contra  
 se bellum gerebant, miserari: regium enim equi-  
 tatum in Provincia Africa Scipio alebat. Tanta homi-  
 nes esse dementia, ut mallent regis esse vectigales,  
 quam cum civibus in patria in suis fortunis esse inco-  
 lumes!
- 1 IX. Cæsar ad III Non. Jan. castra movet: Lepti-  
 que VI cohortium præsidio cum Saserna relicto, ipse  
 rursus, unde pridie venerat, Ruspinam cum reliquis  
 copiis convertit. Ibi que sarcinis exercitus relicto, ipse  
 cum expedita manu proficiscitur circum villas frument-  
 2 que omnia sequantur. Itaque magno frumenti inven-  
 to numero, Ruspinam redit. <sup>2</sup> Hoc eum iccirco existi-  
 mo fecisse, ne maritima oppida post se vacua relin-  
 queret, præsidioque firmata <sup>3</sup> ad classem receptacula  
 muniret.

## X. Ita-

1. *Ut, fieri posset, necne, locum nullum excusatio haberet*] Dura sane conditio. MS. *Norvic. ut fieri posset, neve locum excusatio ullum haberet. Editt. Rom. Ven. Beroald. ut, si fieri posset, nec locum ullum excusatio haberet, quomodo legendum arbitror. Davies.*

2. *Hoc eum iccirco existimo fecisse*] MS. *Norvic. hoc eum iccirco existimo*

*recepisse; unde repono huc eum iccirco existimo recepisse, intellecto pronomine reciproco, ut fit lib. de Bell. Alex. cap. xxvii. Idem.*

3. *Ad classem receptacula*] Probe legitur in MSto *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. ad classis receptacula*, quod idem valet ac ad classem recipiendam, seu, quo se reciperet classis. *Davies.*

X. Itaque, ibi relicto P. Saferna, fratre ejus, quem 1  
 Lepti proximo oppido reliquerat cum legione, jubet  
 comportari ligna in oppidum quamplurima: ipse cum 2  
 cohortibus v i i, quæ ex veteranis legionibus in classe  
 cum Sulpicio & Vatinio rem gesserant, ex oppido Ru-  
 spina egressus, proficiscitur ad portum, qui abest ab  
 oppido millia passuum i i, ibique classem sub vespe- 3  
 rum cum ea copia conscendit, omnibus in exercitu in-  
 sciis, & requirentibus Imperatoris consilium; 1 magno  
 metu ac tristitia sollicitabantur: parva enim cum co- 4  
 pia, & ea tironum, neque omni exposita, in Africa  
 contra magnas copias, & insidiosæ nationis, equita-  
 tumque innumerabilem, se expositos videbant: neque  
 quidquam solatii in præsentia, neque auxilium in suo-  
 rum consilio animadvertabant, nisi in ipsius Imperato-  
 ris vultu, vigore, mirabilique hilaritate: animum e- 5  
 nim altum & erectum præ se gerebat. Huic acquiesce-  
 bant homines, & in ejus scientia & consilio omnia si-  
 bi proclivia omnes fore sperabant.

XI. Cæsar in navibus una nocte consumpta, 2 jam 1  
 cælo albente quum proficisci conaretur, subito navium  
 pars, de qua timebat, ex errore, eodem conferebatur.  
 Hac re cognita Cæsar celeriter de navibus imperat o- 2  
 mnes egredi, atque armatos in littore reliquos adve-  
 nientes milites expectare. Itaque sine mora navibus 3  
 eis in portum receptis, & advectis militum equitum-  
 que copiis, rursus ad oppidum Ruspina redit, atque  
 ibi castris constitutis, ipse cum cohortibus expeditis  
 xxx frumentatum est profectus. Ex eo est cognitum 4

Cæ-

1. *Magno metu ac tristitia sollicitabantur*] Deesse vocem animadvertit Joan. Glandorpins, cui supplendum placuit proinde magno metu &c. Ipsam Hirtii manum exhibet MS. Norvici. è quo reponendum est qui magno metu ac tristitia sollicitabantur. Davics.

2. *Jam cælo albente*] Sic Beroald. At Ven. Bas. & Vascos. *albescere*. Sed & Cæsar lib. 1. de Bell. Civ. dixit, *albente cælo omnes copias castris educit*, ut ibidem legunt omnes. Virgilius l. 14. *Æn. vi. 586.*

— *ut primum albescere lucerna Vidit.* Brant.



Cæsaris consilium : illum cum classe navibus onerariis, quæ deerrassent, subsidio ire clam hostibus voluisse, ne casu imprudentes suæ naves in classem adversariorum inciderent : neque eam rem eos voluisse scire, qui in præsiidiis relictæ sui milites fuissent ; <sup>1</sup> ne ille propter suorum paucitatem, & hostium multitudinem, metu deficerent.

- 1 XII. Interim quum jam Cæsar progressus esset à castris circiter millia passuum III, <sup>2</sup> per speculatores & antecessores equites nunciatur ei, copias hostium haud longe à se visas. Et hercle cum eo nuncio pulvis  
2 ingens conspici cœptus est. Hac re cognita Cæsar celeriter jubet equitatum universum, cujus copiam habuit in præsentia non magnam, & sagittarios, quorum parvus è castris exierat numerus, accersi, atque ordinatim signa se leniter consequi : ipse antecedere cum  
3 paucis armatis. Jamque quum procul hostis conspici posset, milites in campo jubet galeari & ad pugnam parari. Quorum omnino numerus fuit xxx cohortium cum equitibus CD, <sup>3</sup> & sagittariis : .

- 1 XIII. Hostes interim, quorum dux erat Labienus, & duo Pacidii, aciem dirigunt mirabili longitudine, non

1. Ne illi — deficerent] Editt. Rom. Ven. Beroald. pronomen omittunt ; MSS. autem Norvic. & Ursin. habent, uti nihil — deficerent, hoc est, ut non deficerent. Vide Terentium Andr. A&. I. Sc. II, 31. & ibi Donatum. Eam sane scripturam, ut elegantiore præfero. Davies.

2. Per speculatores, & antecessores equites nunciatur ei] Antecessores vocat Turnebus lib. xxiv. adverb. cap. xvi. qui ante agmen eunt, locaque castris metandis idonea deligunt, & vias, qua duci exercitus commode possit, vident. Antecursores dixit Cæsar lib. I. B. C. cap. xxxvi. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso ; & dubitat Giacomius, an ita hic repo-

nendum sit. Observabat autem doctissimus Lipsius ad Corn. Taciti lib. II. Histor. fuisse antiquo more receptum, ut viris lautioribus ditioribusque, atque adeo Principibus, Imperatoribusque Afri aut Numidæ equites essent ad iter, qui præcurrebant, & agmen ducebant heri aut ducis sequentis. Adhibet Senecam epist. lxxxviii. & cxxiv. & Martialem lib. x. epigram. vi. Brant.

3. Et sagittariis : .] Nullum quidem est in MSS. lacunæ indicium, deesse tamen videtur sagittariorum numerus, quam ob causam, ut puto, puncta hic in sua editione posuit Jos. Scaliger. Davies.

non peditum, sed equitum confertam: & inter eos levis armaturæ Numidas, & sagittarios pedites interposuerant: & ita condensaverant, ut procul Cæsariani pedestres copias arbitrarentur: & dextrum ac sinistrum cornu magnis equitum copiis firmaverant. Interim Cæ- 2  
sar aciem dirigit simplicem, ut poterat, propter paucitatem. Sagittarios ante aciem constituit: equites dextro sinistroque cornu opponit: & ita præcipit, ut providerent, ne multitudine equitatus hostium circumvenirentur: existimabat enim se cum pedestribus copiis, acie instructa, dimicaturum.

XIV. Quum utrimque expectatio fieret; neque 1  
Cæsar se moveret; & cum suorum paucitate contra magnam vim hostium artificio magis, quam viribus, decernendum videret: subito adversariorum equitatus sese extendere & in latitudinem promovere, collesque complecti, & Cæsaris equitatum extenuare, simulque ad circumeundum comparare se cœperunt. Cæsa- 2  
riani equites eorum multitudinem ægre sustinebant. Acies interim mediæ quum concurrere conarentur, subito ex condensis turmis pedites Numidæ levis armaturæ cum equitibus procurrunt, & 1 inter legionarios milites jacula conjiciunt. Hic quum Cæsariani in 3  
eos impetum fecissent; illorum equites refugiebant: pedites interim resistebant, dum equites rursus cursu renovato peditibus suis succurrerent.

XV. Cæsar novo genere pugnæ oblato, quum ani- 1  
madverteret ordines suorum in procurrando turbari, (pedites enim, dum equites longius à signis persequuntur, latere nudato, à proximis Numidis jaculis vulnerabantur, equites autem hostium pilum militis cursu facile vitabant) edicit per ordines, ne quis miles à signis

1. Inter legionarios milites] Vulgg. pedites, sed alteram lectionem ex MS. Norwic. recepi, quæ sane elegantior est. Sic legionariorum mili-

tum meminit Hirtius cum alibi, cum de Bell. Alexand. cap. XXI. Davies.

- 2 gnis 1 v pedes longius procederet. Equitatus interim Labieni suorum multitudine confusus Cæsaris paucitatem circumire conatur. Equites Juliani pauci, multitudine hostium defessi, equis convulneratis, paullatim cedere: hostes magis magisque instare. Ita puncto temporis omnibus legionariis ab hostium equitatu circumventis, Cæsarisque copiis in orbem compulsis, 1 intra cancellos omnes coniecti pugnare cogebantur.
- 1 XVI. Labienus in equo, capite nudo, versari in prima acie: simul suos cohortari: nonnunquam legionarios Cæsaris ita appellare: *Quid tu, inquit, miles tiro, tam feroculus es? vos quoque iste verbis infatuavit. In magnum me hercule vos periculum impulit. Misereor vestri.*
- 2 Tum miles, *Non sum*, inquit, tiro, Labiene, sed de legione X veteranus. Tum Labienus, *Non agnosco*, inquit, *signa Decumanorum*. Tum miles, *fam me, quis sim intelliges*. Simul cassidem de capite dejecit, 2 ut cognosci ab eo posset; atque ita pilum viribus contortum dum in Labienum mittere contendit, equi graviter adverso pectori affixit: & ait: *Labiene, Decumanum militem, qui te petit, scito esse*. Omnium tamen animi in terrorem coniecti, & maxime tironum: circumspice-
- re

1. *Intra cancellos omnes coniecti pugnare cogebantur*] Quia cancelli proprie sunt septa è ferro lignove quincunciale in modum facta ad arcendam repellendamque turbam, Joan. Glandorpheus reponit velut intra cancellos. Sed crebro ea vox ad arcum quodvis spatium denotandum adhibetur. Cicero pro P. Quintio pag. 873. postquam enumerasset quibus de rebus erat dicturus, addit: *Me facile vestra existimatione revocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circumdedi*. Sic inter Orci caneros (unde diminutivum cancelli) jam ipsos adherere dixit Apuleius Metam. lib. VI. pag. 215. ed. Præzan, Davies.

2. *Ut cognosci ab eo posset*] Edit. Rom. Ven. Beroald. habet ut agnosci ab eo posset: proprie quidem; hæ tamen voces non raro confunduntur. Terentius Eun. Act. v. Sc. 11, 8. *Ita miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret*. Ubi Donatus, nota, inquit, *improprie dictum pro agnosceret*. Vide & Nonium Marcellum in cognoscere pag. 304. ed. Plantin. Ac, si Servio fides, sane inter agnosco & cognosco superfluo quidam volunt facere discretionem, ut cognoscamus novos, agnoscamus antiquos: sed hæc à Poetis metri necessitate variantur; quæ verba sunt doctissimi Grammatici in Virgilio Æneid. VIII, 155. Idem.

re enim Cæsarem, neque amplius facere, nisi hostium jacula vitare.

XVII. Cæsar interim, consilio hostium cognito, 1  
jubet aciem in longitudinem quam maximam porrigi,  
& alternis conversis cohortibus, ut una post alteram  
ante signa tenderet. Ita coronam hostium dextro fini- 2  
stroque cornu mediam dividit; & unam partem ab al-  
tera exclusam, 1 equitibus intrinsecus adortus, cum  
peditatu telis coniectis in fugam vertit: neque longius  
progressus, veritus insidias, se ad suos recipit. Idem 3  
altera pars equitum peditumque Cæsaris facit. His re-  
bus gestis, & procul hostibus repulsis, convulnera-  
tisque, ad sua præsidia sese, sic, ut erat instructus,  
recipere cœpit.

XVIII. Interim M. Petrejus & Cn. Piso cum 2 e- 1  
quitibus Numidis ∞ c electis peditatuque ejusdem ge-  
neris satis grandi ex itinere recta subsidio suis occur-  
runt. At hostes suis ex terrore firmatis, rursusque re- 2  
novatis animis, legionarios conversis equitibus se re-  
cipientes novissimos adoriri, & impedire cœperunt, quo  
minus se in castra reciperent. Hac re animadversa, Cæ- 3  
sar jubet signa converti, & medio campo redintegrari  
prœlium. Quum ab hostibus eodem modo pugnaretur; 4  
nec cominus ad manus rediretur; Cæsarisque equites  
jumenta ex nausea recenti, siti, languore, paucitate,  
vulneribus defatigata ad insequendum hostem 3 perfe-  
ve-

1. *Equitibus intrinsecus adortus, cum peditatu telis coniectis*] Editt. Rom. Ven. Beroald. perperam repræsentant equitesque intrinsecus adortus cum peditatu telis coniectis. Sed & nuperius excusi ab interpunctione laborant, distinguendum enim est *equitibus intrinsecus adortus cum peditatu, telis coniectis*, ut res ipsa clamat. Davies.

2. *Equitibus Numidis ∞ c electis*] Numerum haud paullo minorem exhibent MS. Norvic. & editt. Rom.

Ven. Beroald. in iis enim legitur *equitibus Numidis ccc electis*; utrum vero rectius, adjudicatu non est difficile; cum hujusce libri cap. XIX. aiatur *Hirtius*; præterea *Petreiano auxilio adhibito equitibus ∞ c & c.* licet ibi MS. Norvic. ∞ DC. editt. autem Rom. Ven. Beroald. solos DCCC repræsentent. Idem.

3. *Perseverandumque cursum*] Continuandum; hæc enim vox, quam vulgo *neutram* censent, interdum est *affiva*. *Justinus* lib. XII, cap. VI.

verandumque cursum tardiora haberent; dieique pars exigua jam reliqua esset; cohortibus equitibusque circumdatis imperat, ut uno ictu contenderent, neque remitterent, donec ultra ultimos colles hostes repulissent, 5 atque eorum essent potiti. Itaque, signo dato, quum jam hostes languide negligenterque tela mitterent, subito immittit cohortes, turmasque suorum, atque puncto temporis, hostibus nullo negotio campo pulsus, post collemque dejectis, nacti locum, atque ibi paullisper commorati, ita ut erant instructi, leniter se ad suas recipiunt munitiones: itemque adversarii male accepti tum demum se ad sua praesidia contulerunt.

- 1 XIX. Interim ea re gesta, & proelio dirempto, ex adversariis perfugae plures ex omni hominum genere, & praeterea intercepti hostium complures equites, peditesque: ex quibus cognitum est hostium consilium, eos hac mente, & conatu venisse, ut novo atque inusitato genere proelii tirones, legionarii que pauci perturbati, 1 Curionis exemplo ab equitatu circumventi 2 opprimerentur: 2 & ita Labienum dixisse pro concione; tantam sese multitudinem auxiliorum adversariis subministraturum, ut etiam caedendo in ipsa victoria 3 fatigati vincerentur, atque a suis superarentur, 3 quippe

15. de Alexandro M. Ob hac illi quatrinduo perseverata inedia est. Symmachus lib. 1. Epist. xc. Ut es nostri diligens, religiosam observantiam persevera; ubi vir doctissimus Fr. Juretus plura hanc in rem exempla collegit. Davies.

1. Curionis exemplo] Historiam vide lib. 11. B. C. capp. xl. & seqq. Idem.

2. Et ita Labienum dixisse pro concione] Editt. Rom Ven. Beroald. habent & ita Jubam dixisse pro concione; sic & MS. Norvic. nisi quod in illo sit Juba. Omnes male; rex enim Juba nondum aderat. Hanc ramen lectionem in suo Codice in-

venit Jul. Celsus, ut patet ex pag. 218. editt. Londin. Non sane descriptoribus, ut fecit J. G. Gravins, sed ipsi Celso hoc mendum imputarim. Davies.

3. Quippe qui in illorum sibi confideret multitudine] Hic mire turbant MS. Ciacc. & editt. Rom. Ven. Beroald. Steph. in iis enim est quippe qui in nullo illorum sibi confideret; ex qua lectione sensum idoneum extundere frustra conatus est Joan. Rhellicanus; Joan. autem Glandorpins, addita negatione, corrigit in nullo non illorum sibi confideret. MS. Norv. quippe quis non illorum multitudine sibi confideret, unde vel retinenda vulgata,

pe qui in illorum sibi confideret multitudine; primum, quod audierat Romæ legiones veteranas dissentire, neque in Africam velle transire: deinde, quod triennio in Africa suos milites consuetudine retentos fideles jam sibi effecisset; maxima autem auxilia haberet Numidarum equitum levisque armaturæ. Præterea ex fuga prælioque Pompejano, quos secum <sup>1</sup> a Brundisio transportaverat, equites Germanos Gallosque, ubique postea ex hybridis libertinis servisque conscripserat, armaverat, equoque frenato uti condocuerat. Præterea regia auxilia, elephantes cxx, equitatusque innumerabilis: deinde legiones conscriptæ <sup>2</sup> ex cujusquemodi generis amplius x i i millibus. Hac spe atque ea audacia inflammatus Labienus, cum equitibus Gallis Germanisque ∞ DC, Numidarum sine frenis i i x millibus, præterea Petreiano auxilio adhibito equitibus ∞ C, peditum ac levis armaturæ quater tantis, sagittariis ac

fun-

ta, vel, ordine verborum mutato, scribendum quippe qui in illorum multitudine sibi confideret. Davies.

1. A Brundisio ] Malim legere, quos secum à Dyrrhachio transportaverat. Et si enim cum Pompeio ex Italia cedens Labienus Brundisio solvit, tamen post pugnam Pharsalicam reversus Dyrrhachium, quoscunque potuit ex fuga colligens, cum ex mendacio suis imposuisset de Cæsar's capitali vulnere, in Africam trajecit. Glandorp.

2. Ex cujusquemodi generis amplius xii millibus ] Ultimam vocem, ut inepte intrusam, deleri jubet Just. Lipsius Elect. lib. II. cap. xxii. nec enim, ut putat, aliud vult Hirtius, quam legiones non è solis civibus, sed è miscello genere hominum conscriptas fuisse duodecim. Virum illum doctissimum sequitur Joan. Godwinus, II MSS. Reginorum & unius Victorini auctoritate nixus. Sed ea conjectura recipi non potest, nisi solœcum statuamus Hir-

tium; hoc enim modo deest casus ablativus, quem præpositio ex necessario postulat. Minima mutatione, voce item transposita, legendum crediderim cujusquemodi generis militibus amplius xii, ut hæc sit velut ἀνακεφαλαίωσις copiarum, quas secum habuit Labienus. Vel, si hæc emendatio non arrideat, lubens scriberem dein duæ legiones conscriptæ ex cujusquemodi generis amplius xii millibus. Numerum autem hominum, ex quibus legiones illæ conflabantur, addit Hirtius, quia tum temporis minore numero stabant; erant enim, ut videretur, quinque centis millium, licet iis quaternis tantum millia adsignet Sextus Rufus in Breviar. cap. vi. Edit. quidem Steph. exhibet ex cujusquemodi generisque; MS. autem Norvic. ex cujusquemodi genere; sed infra cap. xxiiii. dixit noster cum naviculis cujusquemodi generis amplius xxx. Sic & iterum cap. xxxvi. quod receptam lectionem tuetur. Davies.

7 funditoribus, hippotoxotisque compluribus; <sup>1</sup> his copiis pridie Non. Jan. post diem III, quam Africam attigit, in campis planissimis purissimisque ab hora diei quinta usque ad Solis occasum est decertatum. In eo proelio Petrejus graviter ictus ex acie recessit.

1 XX. Cæsar interim castra munire diligentius, præsidia firmare majoribus copiis, vallumque ab oppido Ruspina usque ad mare deducere, & à castris alterum eodem, quo tutius ultro citroque commeari, auxiliæque sine periculo sibi succurrere possent: tela, tormentaque ex navibus in castra comportare, remigum partem ex classe, Gallorum, Rhodiorumque, epibatarumque armare, & in castra evocare; uti, si possent, eadem ratione, qua adversarii, levis armatura  
2 interjecta inter equites suos interponeretur; sagittariisque ex omnibus navibus Ityreis, Suriis, & cujusque generis ductis in castra compluribus, <sup>2</sup> frequentabat suas copias: audiebat enim Scipionem post diem tertium ejus diei, quo proelium factum erat, appropinquare, copias suas cum Labieno & Petrejo conjungere; cujus copiarum legionum IIX, & equitum IV millium, esse nunciabantur; officinas ferrarias instruere; <sup>3</sup> sagittasque & tela

1. *His copiis pridie Non. Jan. post diem III, quam Africam attigit*] In libro meo est *His copiis omnibus*, & cum supra Kal. Jan. ad oppidum Ruspina Cæsar castra ponat, & ante una nocte & die Adrumeti Confidii responsum expectans sit moratus, necesse est ut terram Africam attigerit III Kal. Januar. quod ita esse demonstratur loco superiore, quo habetur *Cæsarem descendisse naves a. d. VI Kal. Jan. & post diem quartum*, nempe III Kal. in conspectum Africa venisse. Ergo hoc loco omnino legendum est, *post diem VI quam Africam attigit*. Ciaccon.

2. *Frequentabat suas copias*] Augebat, frequentes reddebat. Suetonius

August. cap. XLVI. *Italiam duodeviginti coloniarum numero deductarum ab se frequentavit*. Apulcius Metam. lib. x. pag. 226. *Quæ mecum incoram publicam populi caveam frequentaret: ad quem locum plura Joann. Pricæus not. pag. 630. Davies.*

3. *Sagittasque & tela, uti fierent, complura curare*] MSS. nonnulli & editi. vert. habent *sagittaque*, quam lectionem imperiti Librarii proculderunt, quod vulgata iis solœca perperam videbatur. Terentius Andriæ Prol. v. 3. *Populo ut placerent, quas fecisset fabulas*. Ubi Donatus ait, *ad fecisset retulit fabulas, non ad placerent; & est figura Syllepsis*. Idem Adelph. Act. v. Sc. IV, 20. *Illum ut vivat optant*, pro eo quod est,

tela uti fierent complura, curare, glandes fundere, fudes comparare; litteras in Siciliam nunciosque mittere, ut sibi crates materiemque congererent ad arietes, cujus inopia in Africa esset: præterea ferrum plumbumque mitteretur. Et animum etiam advertebat, frumento se in Africa nisi importatio uti non posse: prior enim anno, propter adversariorum delectus, quod stipendiarii aratores milites essent facti, messem non esse factam: præterea ex omni Africa frumentum adversarios in pauca oppida & bene munita comportasse, omnemque regionem Africæ exinanisse frumento: oppida, præter pauca, quæ ipsi suis præsiidiis tueri poterant, reliqua dirui atque deleri, & eorum incolas intra sua præsidia coëgisse commigrare, agros desertos ac vastatos esse.

XXI. Hac necessitate Cæsar coactus, privatos ambiendo, & blande appellando, aliquantulum frumenti numerum in sua præsidia congesserat; & eo parce utebatur. Opera interim ipse quotidie circumire, & alternas cohortes in statione habere propter hostium multitudinem. Labienus faucios suos, quorum numerus maximus fuit, jubet in plostris deligatos Adrumetum deportari. Naves interim Cæsaris onerariæ errabundæ male vagabantur, incertæ locorum atque castrorum suorum: quas singulas scaphæ adversariorum complures adortæ incenderant, atque expugnaverant. Hac re nunciata Cæsari, classes circum insulas, portusque disposuit; quo tutius commeatus supportari posset.

## XXII.

est, optant, ut ille vivat. Non igitur opus est, ut Joann. Goduinum, malum plerumque ducem, sequamur. Davies.

1. Et alternas cohortes in statione habere propter hostium multitudinem] Omnes legunt alteras, ut significet duas fuisse. Alternas profecto non

convenit, & fuerit hoc, inquit Lipsius, relevandis militibus, non pellendis magis hostibus. Idem in lib. scripto Torrentii ad terras compendio quodam scriptum testatur, è quo facit ad ternas, lib. v. milit. Rom. dial. VIII. Brant.



1 XXII. M. Cato interim, qui Uticæ præerat, Cn. Pompejum filium multis verbis, assidueque objurgare non desistebat. *Tuus*, inquit, *pater*, <sup>1</sup> *istuc ætatis quum esset, & animadvertisset Remp.* <sup>2</sup> *ab audacibus sceleratisque civibus oppressam, bonosque aut interfectos, aut exilio multatos patria civitateque carere; gloria & animi magnitudine elatus, privatus, atque adolescentulus, paterni exercitus reliquiis collectis, pene oppressam funditus & deletam Italiam, urbemque Romanam, in libertatem vindicavit: Idemque Siciliam, Africam, Numidiam, Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit. Quibus ex rebus sibi eam dignitatem, quæ est per gentes clarissima notissimaque, conciliavit; adolescentulusque atque eques Romanus triumphavit.*

4 *Atque ille, non ita amplis rebus patris gestis, <sup>3</sup> neque tam excellenti majorum dignitate parta, neque tantis clientelis, nominisque claritate præditus, in Remp. est ingressus: tu contra & patris nobilitate, & dignitate, & per te ipse satis animi magnitudine diligentiaque præditus, nonne eniteris, & proficisceris ad paternas clientelas, auxilium tibi, Reique publica, atque optimo cuique efflagitatum?*

1 XXIII. His verbis hominis gravissimi incitatus adolescentulus cum naviculis cujusquemodi generis xxx, inibi paucis rostratis, profectus ab Utica est in Mauritaniam, regnumque Bogudis est ingressus: expeditoque exercitu, numero servorum, liberorum, 11 millium, cujus partem inermem, partem armatam habuerat, ad oppidum Ascuro accedere cœpit: in quo op-

1. *Istuc ætatis cum esset*] Ætatis tunc habebat Pompeius annum xxiii, testibus Patenulo, & Plutarcho. Nam anno xxiv de Africa recepta triumphavit Eques Romanus, necdum Senator, quod nemini unquam contigerat, quemadmodum refert abbreviator historiæ Liviana l. xcix. Gland.

2. *Ab audacibus sceleratisque civibus*] Ut pote Cinna & Carbone: de qui-

bus, & aliis rebus gestis, quæ hic recensentur, vide Plutarchum in vita Pompeji, & Appianum lib. i. bellorum civilium. Rbellican.

3. *Neque tam excellenti majorum dignitate parta*] Ultimam vocem delendam censuit Jof. Scaliger; cum tamen eam omnes Codd. retineant, nec sententia necessario postulet, ut ejiciatur, locum per me licet obtineat. Davies.

oppido præsidium fuit regium. Pompejo adveniente, 2  
 oppidani usque eo passi propius eum accedere, donec  
 ad ipsas portas ac murum appropinquaret, subito eru-  
 ptione facta prostratos perterritosque Pompejanos in  
 mare passim navesque compulerunt. Ita re male gesta 3  
 Cn. Pompejus filius naves inde avertit, neque postea  
 littus attigit, classemque ad insulas Baleares versus  
 convertit.

XXIV. Scipio interim cum iis copiis, quas paullo 1  
 ante demonstravimus, Uticæ grandi præsidio relicto,  
 profectus primum Adrumeti castra ponit: deinde ibi  
 paucos dies commoratus, noctu itinere facto, cum Pe-  
 treji & Labieni copiis se conjungit; atque unis castris  
 factis, 111 millia passuum longe confidunt. Equita- 2  
 tus interim eorum circum Cæsaris munitiones vagari,  
 atque eos, qui pabulandi aut aquandi gratia extra val-  
 lum progressi essent, excipere; ita omnes adversarios  
 intra munitiones continere. Qua re Cæsariani gravi an- 3  
 nona sunt conflictati; ideo quod nondum neque ab Si-  
 cilia, neque ab Sardinia commeatus supportatus erat;  
 neque per anni tempus in mari classes sine periculo va-  
 gari poterant; neque amplius millia passuum VI terræ  
 Africæ quoquo versus tenebant, pabulique inopia pre-  
 mebantur. Qua necessitate coacti veterani milites, e- 4  
 quitesque, qui multa terra marique bella confecerant,  
 & periculis inopiaque tali sæpe essent conflictati, alga  
 è littore collecta, & aqua dulci eluta, & ita jumentis  
 esurientibus data, vitam eorum producebant.

XXV. Dum hæc ita fierent, 1 rex Juba, cognitis 1

Cæ-

1. Rex Juba — non est visum] *Ἀνακλόουδον* est, Græcis scriptoribus frequens. *Euripides Phœniss.* v. 290.

*Μέλλαν ὃ πέμπειν μὲν Οἰδίπῳ κλεινὸς γόνῳ*

*Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίε τ' ἐπ' ἐχάρας,*  
*Ἐν τῷ δ' ἐπέστρεψον Ἀργεῖοι πόλιν.*

Ubi Scholiastes, *Σολοικοφάγης, ἰδ-*

quit, τὸ τοῦ ἔστιν, ἴδει γὰρ εἰπεῖν, μέλλουσι πέμπειν μὲν Οἰδίπῳ, ἐν τῷ δ' ἐστρεψον Ἀργεῖοι &c. *Ælianus Var. Hist. lib. II. cap. XI. Σωκράτης ἰδὼν κατὰ πλὴν ἀρχὴν τὴν τετρακόντα τὰς ἐσθλὰς ἀναιριμίας — Ἀντιόχῳ φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν. Nec apud Latinos desunt hujusce Schematis exempla.*

Cæsaris difficultatibus, copiarumque paucitate, non est visum dari spatium convalescendi, augendarumque ejus opum. Itaque comparatis equitum magnis pedumque copiis, subsidio suis, egressus è regno, ire contendit. <sup>1</sup> P. Silius interim, & rex Bogud, conjunctis suis copiis, cognito regis Jubæ egressu, propius ejus regnum copias suas admove: Cirtamque oppidum ejus regni opulentissimum adorti paucis diebus pugnando capiunt, & præterea duo oppida Getulorum; quibus quum conditionem ferrent, ut oppido excederent, idque sibi vacuum transferent, conditionemque repudiassent, postea ab eis capti interfectique sunt omnes. <sup>4</sup> Inde progressi, agros oppidaque vexare non desistunt. Quibus rebus cognitis, Juba, quum jam non longe <sup>2</sup> ab Scipione atque ejus ducibus abesset, capit consilium, satius esse sibi suoque regno subsidio ire, quam dum alios adjuturus proficisceretur, ipse suo regno expulsus, forsitan utraque re expelleretur. Itaque rursus se recepit, atque auxilia ab Scipione etiam abduxit, sibi suisque rebus timens; elephantisque xxx relictis, suis finibus oppidisque suppetias profectus est.

<sup>1</sup> XXVI. Cæsar, quum de suo interim adventu dubitatio in provincia esset, neque quisquam crederet ipsum,

empla. Cicero Tusc. Quæst. lib. IV. pag. 199. edit. Fabric. *Ut, si jam ipsa illa accusare nolis — sed ut hac omittamus, perturbatio ipsa mentis in amore facta per se est.* Similiter locutus est noster antea cap. XIX. Adi etiam quæ notavimus lib. I. B. G. cap. XVIII. & Fr. Sanctium ac Jac. Perizonium Min. lib. IV. cap. XI. Davies.

<sup>1</sup> P. Silius interim] P. Silius accusationem in urbe non ferens, fugit in Libyam, ibique comparato exercitu contententibus regibus per partes se miscuit, victoria semper exultans. Orto vero bello Pompeiano, Cæsaris partes juvit, occisus

demum ab Arabione, Manassis regis filio, teste Appiano lib. IV. pag. 620. seq. Glandorp.

<sup>2</sup> Ab Scipione] Ita hic & paullo post reposui ex MSto Norvic. sic enim ista præpositio eleganter etiam ante consonas effertur. Hujusce libri cap. XXIV. Neque ab Sicilia, neque ab Sardinia commeatu supportatus esset. Corn. Nepos Attic. cap. XVI. Ab consulatu ejus usque ad extremum tempus. Sic & passim auctores ex MStis accurate recensiti. Vulgg. à Scipione. Hæc sane minuta sunt, sed ideo monenda, quod à libris editis recedatur. Davies.

ipsum ; sed aliquem legatum cum copiis in Africam  
 venisse ; conscriptis litteris circum provinciam , omnes  
 civitates facit de suo adventu certiores. Interim nobi- 2  
 les homines ex suis oppidis profugere , & in castra Cæ-  
 sariis devenire , & de adversariorum ejus acerbitate cru-  
 delitateque commemorare cœperunt : quorum lacri- 3  
 mis , querelisque Cæsar commotus , <sup>1</sup> quum antea con-  
 stitisset in stativis castris , <sup>2</sup> æstate inita , cunctis co-  
 piis auxiliisque accitis , bellum cum adversariis gerere  
 instituit ; litterisque celeriter in Siciliam ad Allienum ,  
 & Rabirium Postumum conscriptis , & <sup>3</sup> per cata-  
 scopum missis , *ut sine mora , aut ulla excusatione hiemis ven-  
 torumque , exercitus sibi quam celerrime transportaretur :  
 Africam provinciam perire , funditusque everti à suis ini- 4  
 micis : quod nisi celeriter sociis foret subventum , præter i-  
 psam Africam terram nihil , ne tectum quidem , quo se re-  
 ciperent , ab illorum scelere insidiisque reliquum futurum.*  
 Atque ipse in tanta erat festinatione & exspectatione , 5  
 ut postero die , quam misisset litteras nunciumque in  
 Siciliam , classem exercitumque morari diceret , noctes  
 diesque oculos mentemque ad mare dispositos directos-  
 que haberet. Nec mirum : animadvertibat enim villas 6  
 exuri , agros vastari , <sup>4</sup> pecus diripi trucidarique , op-  
 pida

1. *Quum antea constitisset in stativis castris* ] MSS. *Ursin. & Norvic. constituit in stativis castris* : editt. autem *Rom. Ven. Beroald. quum antea stare constituit in stativis castris* , atque ita cum *Pet. Ciacconio* reponendum arbitror. Male autem rem gessit vir doctissimus , cum sequentia sic emendat & *æstate inita* — bellum cum adversariis suis gerere ; tunc & *litteras in Siciliam* — conscripsit , & *per cata-scopum* misit. In his sana est lectio vulgata & omnino retinenda. *Davies.*

2. *Æstate inita* ] Non dicit *æstatem* tunc *initam* , cum tempus esset hybernium , sed simulatque venisset

ea , quæ quidem Afris ob solis propinquitatem citius quam Italis incumbit , Cæsarem acceptis interea pluribus copiis in hostem moturum. *Gland.*

3. *Per cata-scopum missis* ] Videtur esse speculatorium seu expeditum navigium. *Isidorus Hispalensis lib. XIX. cap. I. Scafa , quæ κατὰσκοπὸν navigium* , quod Latine speculatorium dicitur. *Plutarchus* in *Catone* vocat *κατασκοπικὸν πλοῖον*. Alibi libri habent *Cata-scopum*. (MS. *Norvic. Cata-scopum* ; & editt. *Rom. Ven. Sathas-copum*.) *Ciaccon.*

4. *Pecus diripi trucidarique* ] Placeat , quod in MS. *Norvic.* legere est ,  
 pecus

pida castellaque dirui deserique, principesque civitatum aut interfici, aut in catenis teneri, liberos eorum  
 7 obsidum nomine in servitutem abripi: iis se in miseriis  
 8 suamque fidem implorantibus, auxilio propter copiarum paucitatem esse non posse. Milites interim in opere exercere, castra munire, turres, castella facere, molesque jacere in mare non intermittere.

1 XXVII. Scipio interim elephantos hoc modo condocere instituit. 11 instruxit acies, unam funditorum contra elephantos, quæ quasi adversariorum locum obtineret, & contra eorum frontem adversam  
 2 1 lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos constituit: post illos autem aciem suam instruxit; ut, quum ab adversariis lapides mitti cœpissent, & elephantis perterriti se ad suos convertissent, rursus à sua acie lapidibus missis eos converterent adversum hostem; quod ægre tardeque fiebat: 2 rudes enim elephantis multorum annorum doctrina, usuque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur.

1 XXVIII. Dum hæc ad Ruspinam ab utrisque ducibus administrantur, C. Virgilius Prætorius, qui Thapso oppido maritimo præerat, quum animadvertisset na-  
 ves

*pecus diripi, homines trucidari. Postea sane vulgaris fortis homines non memoravit, sed principes tantum, eorumque liberos. Davies.*

1. *Lapillos minutos mitteret*] Diminutionem addere diminuto amat noster. Sic hujusce libri cap. LIV. *Parvulam modo caussulam nactus Cæsar.* Et cap. LXXIII. *Primum ipse navigiolum parvum (vel parvulum, ut est in aliis libris) conscendit.* Sic & optimi auctores, contra quam sensit *Laur. Valla Eleg. lib. I. cap. V. Cæsar lib. III. B. C. cap. CIV. Navigulam parvulam conscendit cum paucis suis. Lucretius lib. VI. pag. 750.*

— *Cum plena anima vesicula parva.*

*Cicero Tusc. Quæst. lib. III. cap. I. Parvulos nobis dedit igniculos. Apuleius Metam. lib. IV. pag. 67. Nec juxta quidquam, quam parva casula cannulis temere contacta. Et lib. VI. pag. 116. Tunc fornicula illa parvula atque ruricola. Ac iterum lib. IX. pag. 201. Cum quodam paupere modicæ casulæ domino, vetus familiaritas. Vide & Sanctium Min. lib. I. cap. X. Idem.*

2. *Rudes enim elephantis*] Sic recte MS. *Norvic.* At editt. *Rom. Ven. Berwald.* & omnes ad *Scaligerum* usque perperam repræsentarunt *audere enim elephantis*, ex qua lectione nullus exsurgit sensus. *Idem.*

ves singulas cum exercitu Cæsaris incertas locorum atque castrorum suorum vagari; occasionem nactus, navem, quam ibi habuit actuariam, complet militibus & sagittariis: eidem scaphas de navibus adjungit; ac singulas naves Cæsarianas consecrari cœpit: & quum 2 plures adortus, pulsus fugatusque inde discessisset, nec tamen desisteret periclitari, forte incidit in navem, in qua erant duo Titi Hispani adolescentes, tribuni legionis v, quorum patrem Cæsar in senatum legerat, & cum his 1 T. Salienus centurio legionis ejusdem, qui M. Messallam legatum obsederat Messanæ, & seditiosissima oratione apud eum est usus: idemque & pecuniam, & ornamenta triumphii Cæsaris retinenda & custodienda curaverat: & ob has causas timebat sibi. Hic propter conscientiam peccatorum suorum per- 3 suasit adolescentibus ne repugnarent, seseque Virgilio transferent. Itaque deducti à Virgilio ad Scipionem, custodibus traditi, & post diem 111 sunt interfecti. Qui quum ducerentur ad necem, petisse dicitur major 4 Titus à centurionibus, uti se priorem, quam fratrem, interficerent: idque ab eis facile impetrasse, atque ita esse interfectos.

XXIX. Turmæ interim equitum, 2 quæ pro vallo 1 in stationibus esse solebant, ab utrisque ducibus quotidie minutis proeliis inter se pugnare non intermittunt: nonnumquam etiam Germani, Gallique Labieniani 2 cum

1. T. Salienus] Ne quis putet nomen hoc mendosum esse, cum alibi fortasse apud Scriptores hujus familiaris mentio non reperiatur, placuit hoc loco antiqui lapidis inscriptionem adscribere, quem Interramæ, vetustissimi, ac celeberrimi Umbræ municipii, superioribus annis effossum, in suum doctissimum ac luculentissimum de patriæ antiquitatibus commentarium contulit Julius Jacobenius.

M. SALIENS. A  
F. CLV. GALLVS. FABER. FERRARIVS.

Ald. Manut.

2. Quæ pro vallo in stationibus esse solebant, ab utrisque ducibus quotidie] Mutata distinctione, rescribendum videtur quæ pro vallo in stationibus esse solebant ab utrisque ducibus, quotidie &c. Nisi hanc interpunctionem recipiamus, σύνταξιν quidem commodam non video, Davies.

3 cum Cæsaris equitibus, fide data, inter se colloque-  
bantur. Labienus interim cum parte equitatus Leptim  
oppidum, cui præerat Saserna cum cohortibus III,  
oppugnare, ac vi irrumperere, conabatur: quod ab de-  
fensoribus propter egregiam munitionem oppidi, &  
4 tormentorum multitudinem, facile & sine periculo de-  
fendebatur. Quod ubi ejus facere equitatus sæpius non  
intermittebat; & quum forte ante portam turma den-  
sa adstitisset, scorpione accuratius missò, atque eorum  
decurione percussò, <sup>1</sup> & \*\* ad Decumanam defixo,  
reliqui perterriti, fuga se in castra recipiunt: quo fa-  
cto postea sunt deterriti oppidum tentare.

1 XXX. Scipio interim fere quotidie non longe ab  
suis castris passibus CCC instruere aciem, ac majore diei  
2 parte consumpta, rursus se in castra recipere. Quod  
quum sæpius fieret, neque ex Cæsaris castris quisquam  
prodiret, neque propius ejus copias accederet; despe-  
cta patientia Cæsaris, <sup>2</sup> exercitusque ejus, universis  
copiis productis, elephantisque turritis xxx ante aciem  
instructis, quam latissime potuit porrecta equitum pe-  
ditumque multitudine, uno tempore progressus, haud  
ita longe à Cæsaris castris constitit in campo.

1 XXXI. Quibus rebus cognitis, Cæsar jubet mili-  
tes, qui extra munitiones processerant, quique pabu-  
landi,

1. Et \*\* ad Decumanam defixo] Ita Scaliger edidit, aliquid, ut opinor, deesse existimans. In Codicibus tamen MSS. & antiquitus impressis nullum est lacunæ indicium, adeo ut locum corruptum potius arbitrarer. MS. Norvic. & ab Decuma; in duobus autem MSS. Ciaccon. tribus Gallicanis ac editt. Rom. Ven. Beroald. est & ad terram defixo, quæ sane commoda est lectio, & ut mihi videtur, recipienda. Davies.

2. Exercitusque ejus, universis copiis productis] MS. Norvic. exercitusque ejus Juba, universis copiis produ-

ctis: Editt. vero Rom. Ven. Beroald. exercitusque ejus, Juba universis copiis productis; sic & optimus Ursini MS. mendose quidem; Juba enim se in regnum suum receperat, nec iterum ad Scipionem erat reversus. Vide cap. xxv. Mendum ex Glossemate est natum; infrunitus enim homo Juba nomen margini adscripserat, ut explicaret de cujus exercitu loqueretur Hirtius; Librarii dein, haud minus imperiti, verbum illud in orationis contextum receperunt. Idem.

landi, aut lignandi, aut etiam muniendi gratia vallum petierant, quæque ad eandem rem opus erant, omnes intra munitiones minutatim modesteque sine tumultu aut terrore se recipere atque in opere consistere: equitibus autem, qui in statione fuerant, præcipit, ut usque eo locum obtinerent, in quo paullo ante constitissent, donec ab hoste missum telum ad se perveniret: quod si propius accederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent. Alii quoque equitatu edicit, uti quisque suo loco paratus armatusque præsto esset. At hæc non ipse per se coram, quum de vallo per specularetur, sed <sup>1</sup> mirabili peritus scientia bellandi, in prætorio sedens, per speculatores, & nuncios imperabat, quæ fieri volebat: animadvertēbat enim, quamquam magnis essent copiis adversarii freti, tamen sæpe à se fugatis, pulsis, perterritisque & concessam vitam, & ignota peccata. Quibus rebus numquam tanta suppeteret ex ipsorum inertia conscientiaque animi victoriæ fiducia, ut castra sua adoriri auderent. Præterea ipsius nomen auctoritasque magna ex parte eorum exercitus minuebat audaciam: tum egregiæ munitiones castrorum, & valli fossarumque altitudo, & extra vallum <sup>2</sup> stili cæci, mirabilem in modum confiti, vel sine defensoribus aditum adversariis prohibebant: scorpionum, catapultarum, ceterorumque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Atque hæc propter exercitus sui præsentis paucitatem & tirocinium præparaverat, non hostium vi & metu

1. *Mirabili peritus scientia bellandi*] Hac constructione offensus Joann. Glandorpianus, rescribit mirabili præditus scientia bellandi: Just. autem Lipsius Elect. lib. II. cap. XXII. mirabili peritus scientia bellandi. Falsus est uterque, cum sana sit lectio vulgata, ut exemplis bene multis ostendimus ad lib. III. B. C. cap. XCIII. Davjes.

2. *Stili cæci*] Pali sunt præacuti, herbis, frondibus aut terra contenti, ne ab iis caverent hostes: cæcum enim non solum pro oculis capto, sed etiam pro latente seu non viso usurpatur. Vide Nonium Marcellum pag. 475. edit. Plantin. & Just. Lipsium Poliorc. lib. II. Dial. II. p. 519. Idem.



metu commotus, <sup>1</sup> patientem se timidumque hostium  
 7 opinioni præbebat: neque idcirco copias, quamquam  
 erant paucae, tironumque, non educebat in aciem,  
 quod victoriæ suorum diffideret: sed referre arbitra-  
 8 batur cujusmodi victoria esset futura: turpe enim sibi  
 existimabat tot rebus gestis, tantisque exercitibus devi-  
 ctis, tot tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis  
 adversariorum suorum ex fuga collectis, se cruentam  
 9 adeptum existimari victoriam. Itaque constituerat glo-  
 riam exultationemque eorum pati, donec sibi vetera-  
 narum legionum pars aliqua in secundo comœatu oc-  
 curriisset.

**1** XXXII. Scipio interim paullisper, ut ante dixi, in  
 eo loco commoratus, ut quasi despexisset Cæsarem vi-  
 deretur, paullatim reducit suas copias in castra, & con-  
 cione advocata, <sup>2</sup> de terrore suo, desperationeque ex-  
 ercitus Cæsaris verba facit; & cohortatus suos, <sup>3</sup> vi-  
 2 ctoriam propriam se eis brevi daturum pollicetur. Cæ-  
 sar jubet milites rursus ad opus redire, &, per causam  
 munitionum, tirones in labore defatigare non intermit-  
 3 tit. Interim Numidæ Getulique diffugere quotidie ex  
 castris Scipionis, & partim in regnum se conferre, par-  
 tim, quod ipsi majoresque eorum <sup>4</sup> beneficio C. Marii  
 usi

<sup>1</sup>. Patientem se timidumque hostium  
 opinioni præbebat] Codd. sapientem se;  
 sed lego patientem se. Supra enim  
 dixit cap. xxx. Despecta patientia Cæ-  
 saris. Et infra cap. xxxv. Itaque  
 ex ejus patientia in magnum timorem  
 coniecti. Cæsar ipse de Bello Gallico  
 lib. vi. cap. xxxvi. Simul militum  
 permotus vocibus, qui illius patientiam  
 pæne obsessionem appellabant. Ciacco-  
 nius.

<sup>2</sup>. De terrore suo] De terrore,  
 quem ipse Cæsarianis incusserat. Sic  
 infra cap. XLVIII. A terrore Cæsaris  
 liberaretur. Et apud Sallustium Fragm.  
 pag. 394. Id bellum excitabat metus  
 Pompeii, pro eo quod est, metus,

quem incusserat Pompeius. Vide et-  
 tiam Joan. Pricæum ad Apuleii Me-  
 tam. lib. II. p. 76. Davies.

<sup>3</sup>. Victoriam propriam] Proprium  
 pro perpetuo omnibus notum est. Sic  
 infra hoc ipso libro cap. LXI. Quod  
 proprium gaudium bellantibus fortuna tri-  
 buere non decrevit. Cicero pro lege Ma-  
 nilia utrumque conjunxit: quod, in-  
 quit, illi proprium ac perpetuum sit.  
 Plura ex Terentio, Plauto, aliisque  
 probatis linguæ Latinæ auctoribus  
 congerit Lambinus ad Horatii II. ep.  
 II. Brant.

<sup>4</sup>. Beneficio C. Marii usi fuissent] Hoc  
 factum est, quum Marius con-  
 sul una cum L. Sylla quaestore suo,  
 Ju-

uli fuissent, <sup>1</sup> Cæsaremque ejus affinem esse audiebant, in ejus castra perfugere catervatim non intermittunt. Quorum ex numero electis hominibus, illustriores Ge- 4  
tulos, litteris ad suos cives datis, cohortatus, ut, manu facta, se suosque defenderent, & ne suis inimicis adversariisque dicto audientes essent, mittit.

XXXIII. Dum hæc ad Ruspina[m] fiunt, legati ex 1  
Acilla civitate libera, <sup>2</sup> etiam undique ad Cæsarem veniunt; seque paratos, quæcunque imperasset, & libenti animo facturos pollicentur: tantum orare & pe- 2  
tere ab eo, ut sibi præsidium daret, quo tutius id, & sine periculo facere possent: se & frumentum & quæcumque res eis suppeteret, communis salutis gratia subministraturos. Quibus rebus facile à Cæsare impetratis, 3  
præsidioque dato, C. Messium ædilitia functum potestate Acillam jubet proficisci. Quibus rebus cognitis, Confidius Longus, qui Adrumeti cum 11 legionibus & equitibus DCC præerat, celeriter, ibi parte præsidii relicta, cum 11X cohortibus Acillam ire contendit. Messius celerius itinere confecto prior <sup>3</sup> Acillam cum 4

CO-

Jugurtham Numidarum regem devicit. De quo vide *Plutarchum* in *Marii vita*, & *Sallustium* in bello Jugurthino. *Rbellic.*

1. *Cæsaremque ejus affinem esse audiebant*] De hæc re sic *Jul. Celsus* p. 220. edit. *Londin. Getuli* — in castra Cæsaris perveniunt, eo maxime pretexto, quod & ipsi & parentes eorum Marii beneficiis obstricti essent, cujus affinem Cæsarem opinarentur. ID — TAM PROCUL VERO ABERAT, ut cum Cæsar nobilissimus Romanorum esset, Marius rusticane, & ne Romana quidem fuisset originis. At toto cælo errat bonus iste vir; Marius enim Juliam, Cæsaris amitam, uxorem duxerat. *Plutarchus* in *Mario* pag. 408. Ὡσε τῆ γάμον γῆμαι λαμπεῖν, οὐκίας ἐπαρῆς τῆ Κασάρων, Ἰουλίαν, ἧς ἦν ἀδελφίδης Καίσαρος. Ac in

Cæsare pag. 707. Αἰτία ἧ Καίσαρος τῆ αὐτοῦ Σίλλαν ἀπεχθείας, ἢ αὐτοῦ Μάριον οὐκείστους ἦν. Ἰουλίαν γὰρ, πατρὸς ἀδελφὴν Καίσαρος, ὁ πρῶτος συνῶκει Μάριον, ἐξ ἧς ἐγενόνη Μάριος ὁ νεώτερος. Vide & pag. 709. *Davies.*

2. *Etiam undique*] *Phil. Rubenius* *Elect.* lib. II. cap. IV. pro hisce vocibus reponit & *immuni*, quæ quidem audax, nec tamen necessaria est conjectura. MS. *Norvic.* & *undique*: *Codex Ursin.* & *jam undique*, hoc est, ex omni parte. Optime, ut videtur, *Virgilius* *Æn.* II, 64.

*Undique visendi studio Trojana juvenis*

*Circumfusa ruit.* —

Vide & *Æn.* VIII, 7. *Idem.*

3. *Acillam cum cohortibus pervenit*] Varie legitur in scriptis libris hujus urbis nomen. *Plinius* lib. V, cap. XV.

- cohortibus pervenit. Confidius interim, quum ad urbem cum copiis accessisset, & animadvertisset præsidium Cæsaris ibi esse, non ausus periculo suo rem facere, nulla re gesta pro multitudine hominum, rursus
- 5 Adrumetum se recipit: deinde paucis post diebus, equestribus copiis à Labieno adductis, rursus Acillanos castris positis obsidere cœpit.
- 1 XXXIV. Per id tempus C. Sallustius Crispus, quem paucis ante diebus missum à Cæsare cum classe demonstravimus, Cercinnam pervenit. Cujus adventu C. Decimius quæstorius, qui ibi cum grandi familiæ suæ præsidio præerat com meatui, parvulum navigium nactus conscendit, ac se fugæ commendat. Sallustius interim prætor à Cercinnatibus receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi satis magna copia fuit, complet, atque in castra ad Cæsarem mittit. Allienus interim proconsul è Lilybæo in naves onerarias imponit legiones XIII, & XIV, & equites Gallos DCCC; funditorum sagittariorumque mille, ac secundum com meatum in Africam mittit ad Cæsarem: quæ naves, ventum secundum noctæ, IV die in portum ad Ruspinam, ubi Cæsar castra habuerat,
- 5 incolumes pervenerunt. Ita Cæsar duplici lætitia ac voluptate uno tempore auctus, <sup>1</sup> frumento auxiliisque, tandem suis exhilaratis, annonæque levata sollicitudine,

de Africa proprie dicta: Oppida libera xxx. ex quibus dicenda intus Acolitanum, Acharitanum, &c. ut aut illic Acilitanum, aut hic Acola, legi debeat. Sed in scriptis codicibus Achila legitur, & à Ptolemaeo in ea regione Acola refertur, ut hic Achola, & apud Plinium Acholitanum legi debere videatur. Ciaccon.

1. Frumento auxiliisque, tandem suis exhilaratis, annonæque levata sollicitudine, deponit legiones; equitesque ex navibus &c.] Editt. Rom. Ven. Beroald. exhibent frumento auxiliisque tandem

suis exhilaratis animo atque levata sollicitudine: MS. Urfin. frumento auxiliisque tandem suis hilaratus, annonæque levata sollicitudine: At in Cod. Norvic. legitur frumento auxiliisque tandem suis hilaratus, annonæque levata sollicitudinem deponit: legiones equitesque ex navibus &c. Unde minima mutatione, eaque, ut videtur, ad sensum necessaria, rescribo frumento auxiliisque, tandem suis hilaratis, vel exhilaratis, annonæque levata, sollicitudinem deponit: legiones equitesque ex navibus &c. Davies

ne, deponit legiones; equitesque ex navibus egressos jubet ex languore nauseaque reficere; dimissos in castris, munitionesque disponit.

XXXV. Quibus rebus Scipio, <sup>1</sup> quique cum eo essent comites, mirari, & requirere: C. Cæsarem, qui ultro consueffet bellum inferre, ac lacescere prælio, subito commutatum non sine magno consilio suspicabantur. Itaque ex ejus patientia in magnum timorem <sup>2</sup> conjecti, ex Getulis duos, quos arbitrabantur suis rebus amicissimos, magnis præmiis pollicitationibusque propositis, pro perfugis speculandi gratia in Cæsaris castra mittunt: qui simul ad eum sunt deducti, petierunt, ut sibi liceret sine periculo verba proloqui. <sup>3</sup> Postestata facta, *Sapenumero*, inquit, *Imperator*, *complures Getuli, qui sumus clientes C. Marii, & propemodum omnes cives Romani, qui sunt in legione IV, & VI, ad te volumus in tuaque præsidia confugere; sed custodiis equitum Numidarum, quo id sine periculo minus faceremus, impediēbamur. Nunc data facultate, pro speculatoribus* <sup>5</sup> *missi à Scipione, ad te cupidissime venimus, ut perspicere- mus, num quæ fosse, aut insidie elephantis ante castra portasque valli factæ essent; simulque consilia vestra contra easdem bestias, comparationemque pugna cognosceremus, atque ei renunciaremus.* Qui collaudati à Cæsare, stipendioque <sup>6</sup> donati, ad reliquos perfugas deducuntur, quorum orationem celeriter veritas comprobavit: namque postero die ex legionibus iis, quas Getuli nominaverunt, milites legionarii complures à Scipione in castra Cæsaris perfugerunt.

XXXVI. Dum hæc ad Ruspina geruntur, M. Cato, qui Uticæ præerat, delectus quotidie libertinorum,

2. *Quique cum eo essent comites, mirari & requirere*] Vulgatam sane lectionem, quam exhibet MS. Norvic. non proflus respuo. Testor tamen editt. Rom. Ven. Beroald. repræsentare & qui cum eo essent, commirari & requirere, quo fere modo ex vet. Cod. rescribendum censuit Phil. Rubenius Elect. lib. I. cap. x. Daviss.

- rum, Afrorum, servorum denique & cujusquemodi generis hominum, qui modo per ætatem arma ferre poterant, habere, atque sub manum Scipionis in castra submittere non intermittit. Legati interim <sup>1</sup> ex oppido Tisdro, in quo <sup>2</sup> tritici modiûm millia ccc comportata fuerant à negotiatoribus Italicis aratoribusque, ad Cæsarem venire; quantaque copia frumenti apud se sit, docent; simulque orant, ut sibi præsidium mittat; quo facilius & frumentum, & <sup>3</sup> copiarum suarum conferrentur. Quibus Cæsar in præsentia gratias agit, præsidiumque brevi tempore se missurum dixit; cohortatusque ad suos cives jubet proficisci. P. Silius interim cum copiis Numidiæ fines ingressus, <sup>4</sup> castello in-

1. Ex oppido Tisdro] In omnibus est ex oppido Tisdræ, ac ita legendum cenfeo. Sic noster infra cap. LVIII. Oppidum Uzita, Virgilius Æn. III, 283. Buthroti urbem. & Sulpicius Severus Hist. Sacr. lib. I. cap. XLIII, 4. Sarepta oppidum dixerunt. Davies.

2. Tritici modiûm millia ccc.] Codd. Tritici modia, sed legendum haud dubie modium millia trecenta, quomodo apud Ciceronem quadraginta millia modium: Si doceo, inquit, iudices, eos qui quadraginta millia modium lucri faciunt &c. Invenitur fateor & modium genere neutro, prodente Plinio lib. XVIII. cap. XIV. Id præstant in jugera modia vicena: sed notandum utrique voci vel adjectivum nomen in eodem casu, vel substantivum in genitivo jungendum esse. Nam quod Valla id genus orationis excusat per appositionem Grammaticam, non omnibus doctis perinde probatur. Gland.

3. Copiarum suarum conferrentur] Commentatus, cibaria. Caesar lib. IV. B. G. cap. IV. Reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt. Velleius Paternulus lib. II. cap. CXI. Inopsque copiarum & intra se furens, viribus hostium

elanguesceret. Vide & Justinum lib. XXXVIII. cap. X, 8. Davies.

4. Castello in montis loco munito locato — est potitus] Editt. Vett. castello in montes loco &c. MS. autem Norvic. castellum in montes loco munito locatum — potitus est, unde proculdubio rescribendum castellum in montis loco munito locatum — potitus est: non raro enim apud optimos auctores quartus casus huic verbo adjungitur, & falsus est Servius, qui ad Virgilio Æn. III, 278. negavit nos accusativo casu hic uti posse. Lucretius lib. III. pag. 406. edit. Wechel.

Sceptra potitus, eadem aliis sopita<sup>3</sup> quiete.

Terentius Adelph. Act. V. Sc. IV, 17. Ille alter sine labore patria potitur commoda. Ubi Donatus, accusativo, inquit, casu extulit, quod nos ablativo dicimus — Accius in Clytemnestra, Feras potiuntur plagas. Corn. Nepos Eumen. cap. III. Semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperii potirentur. Justinus lib. IX. cap. VII, 12. Spectaculoque pendente, ultionem potita est. Vide & lib. XXXVII. cap. I, 4. Davies.

in montis loco munito locato, in quod Juba belli gerendi gratia & frumentum, & res ceteras, quæ ad bellum usui solent esse, comportaverat, <sup>1</sup> vi expugnando, est potitus.

XXXVII. Cæsar, postquam legionibus veteranis **I** **II**, equitatu levique armatura copias suas ex secundo com meatu auxerat, naves **VI** onerarias statim jubet Lilybæum ad reliquum exercitum transportandum proficisci: ipse **VI** Kal. Febr. circiter vigilia prima imperat speculatores apparitoresque omnes ut sibi præsto essent. Itaque, omnibus insciis, neque suspicantibus, **2** vigilia tertia jubet omnes legiones ex castris educi, atque se consequi ad oppidum Ruspina versus, in quo ipse præsidium habuit, & quod primum ad amicitiam ejus accessit: inde parvulam proclivitatem digressus, **3** sinistra parte campi, <sup>2</sup> propter mare legiones ducit. Hic campus mirabili planitie patet millia passuum **XV**: quem jugum ingens à mari ortum, neque ita præaltum, <sup>3</sup> velut theatri efficit speciem. In hoc jugo colles sunt excelsi pauci; in quibus singulæ turres speculæque singulæ perveteres erant collocatæ: quarum apud ultimam præsidium & statio fuit Scipionis. **4**

XXXVIII. Postquam Cæsar ad jugum, de quo do- **I**  
cui,

<sup>1</sup>. Vi expugnando est potitus] Lego, vi & pugnando est potitus. Plautus in Mil. glor. Vi pugnandoque hominem capere certa res est. Ciaccon.

<sup>2</sup>. Propter mare legiones ducit] Editt. Rom. Ven. Beroald. exhibent prope mare legiones educit: sed est glossema, nam propter mare idem valet ac prope mare. Virgilius Eclog. VIII, 87.

Propter aqua rivum viridi procumbit in nive.

Et Georg. III, 13.

— Templum de marmore ponam

Propter aquam.

Justinus lib. XII. cap. IX, 9. Trunco se, qui propter murum stabat, ap-

plicuit. Vide & Donatum ad Terentii Adelph. Act. IV. Sc. II, 37. & Nonium Marcellum p. 396. Davies.

<sup>3</sup>. Velut theatri efficit speciem] Sympotinus refert, theatrum hemicycli formam habuisse, atque ita dispositum, ut à fronte inter duo cornua scena esset. Cujus rei si figuram cognoscere cupis, adi Vitruvium lib. V. de Architect. capp. VI. & VIII. unde apparet campum istum (de quo hic loquitur Hirtius) semicirculatum fuisse: ac jugum inter duas extremitates ejus, veluti scenam quandam præ se tulisse. Relic.

cui, adscendit; <sup>1</sup> atque in unumquemque collem turres castellaque facere cœpit; atque ea minus semihora efficit; & postquam non ita longe ab ultimo colle, turrique fuit, quæ proxima fuit castris adversariorum, in qua docui esse præsidium, stationemque Numidarum; paullisper commoratus, perspectaque natura loci, equitatu in statione disposito, legionibus opus attribuit; brachiumque medio jugo ab eo loco, ad quem pervenerat, usque ad eum, unde egressus erat, jubet dirigi ac muniri. Quod postquam Scipio Labienusque animadverterunt, equitatu omni ex castris educto, acieque equestri instructa, à suis munitionibus circiter passus ∞ progrediuntur, <sup>2</sup> pedestremque copiam in secunda acie minus passus CD à castris suis constituunt.

**XXXIX.** Cæsar in opere milites adhortari, neque <sup>1</sup> adversariorum copiis moveri. Jam quum non amplius passuum MD inter hostium aciem suasque munitiones esse animadvertisset; intellexissetque ad impediendos milites suos, & ab opere depellendos, hostem propius accedere; necesseque haberet legiones à munitionibus deducere; imperat turmæ Hispanorum, ut ad proximum collem propere accurrerent, præsidiumque inde <sup>3</sup> deturbarent, locumque caperent; eodemque jubet levis armaturæ paucos consequi subsidio: qui missi celeriter,

<sup>1.</sup> *Atque in unumquemque collem*] Prima vox hoc in loco non est particula copulans, sed idem sonat ac *statim*. *Plautus Bacchid. Act. II. Sc. III, 45. Dum circumspetto, atque ego lembum conspicio. Nonius Marcellus p. 554. Atque particula — significat etiam celeriter & statim, ut Virgilius Georg. I, 203.*

— *Si brachia forte remisit,*

*Atque illum in præceps prono rapit alvens amni.*

Hæc ille mutuo sumsit ex *A. Gellii Noct. Attic. lib. x. cap. xxix. Davies.*

<sup>2.</sup> *Pedestremque copiam*] *Pedestres copias. Sic Virgilius Æn. II, 564.*

*Respicio, &, quæ sit me circum copia, lustrò.*

Ubi *Servius*, notandum, inquit, de exercitu numero eum dixisse singulari, cum copias de exercitu numero plurali dicamus. *Silius Italicus lib. XI, 267.*

— *Nunc deinde pedestris*

*Copia quanta viri.*

Vide etiam notat. ad lib. I. B. C. cap. XLV. Editio *Beroald. equestremque copiam* hic perperam representat. *Idem.*

riter, Numidas adorti partim vivos capiunt, nonnullos equites fugientes convulneraverunt, locoque sunt potiti. Postquam id Labienus animadvertit, quo celerius iis 4 auxilium ferret, ex acie instructa equitatus sui prope totum dextrum cornu avertit, atque suis fugientibus suppetias ire contendit. Quod ubi Cæsar conspexit, 5 Labienum <sup>1</sup> ab suis copiis longius abscessisse; equitatus sui alam sinistram ad intercludendos hostes immisit.

XL. Erat in eo campo, ubi ea res gerebatur, villa 1 permagna iv turribus exstructa, quæ Labieni prospectum impediēbat, ne posset animadvertere ab equitatu Cæsarī se intercludi. Itaque non prius vidit turmas 2 Julianas, quam suos cædi à tergo sensit: ex qua re subito in terrorem converso equitatu Numidarum, recta in castra fugere contendit. Galli Germanique, qui 3 restiterant, ex superiore loco & post tergum circumventi, fortiterque resistentes conciduntur universi. Quod ubi legiones Scipionis, quæ pro castris erant instructæ, animadverterunt; metu ac terrore obcæcatæ, 4 omnibus portis in sua castra fugere cœperunt. Postea 5 Scipione ejusque copiis campo collibusque exturbatis, atque in castra compulsis, quum receptui Cæsar canis jussisset, equitatumque omnem intra suas munitiones recepisset, campo purgato, animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui partim ejus auctoritatem erant ex Gallia secuti, partim pretio pollicitationibusque adducti ad eum se contulerant: nonnulli, qui ex Curionis prælio capti conservatique parem gratiam in fide partienda præstare voluerant. 6 Horum corpora mirifica specie amplitudineque cæsa toto campo, ac prostrata diverse jacebant.

## XLI.

1. *Ab suis copiis longius abscessisse* ] *abscessisse*, unde fugitiva vocula *Hir-*  
MS. *Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Be-* *rio* restituenda. *Davies,*  
*reald,* habent *ab suis copiis longius jam*



- 1 XLI. His rebus gestis, postero die Cæsar ex omnibus præfidiis cohortes deducit, atque omnes suas copias in campo instruxit: Scipio, suis male acceptis, occisis vulneratisque, intra suas continere se munitiones cœpit. Cæsar instructa acie secundum infimas jugi radices propius munitiones leniter accessit. Jamque minus  $\infty$  passuum ab oppido Uzita, quod Scipio tenebat, aberant legiones Julianæ; quum Scipio veritus, ne oppidum amitteret, unde aquari, reliquisque rebus sublevari ejus exercitus consueverat, eductis omnibus copiis, quadruplici acie instructa, ex instituto suo, prima equestri turmatim directâ, elephantisque turritis interpositis, armatisque suppetias ire contendit.
- 3 Quod ubi Cæsar animadvertit, arbitratus Scipionem, ad dimicandum paratum ad se certo animo venire, <sup>1</sup> in eo loco, quo paullo ante commemoravi, ante oppidum constitit, suamque aciem mediâ eo oppido texit. Dextrum sinistrumque cornu, ubi elephantis erant, in conspectu patenti adversariorum constituit.
- 1 XLII. Quum jam prope Solis occasum Cæsar expectavisset, neque ex eo loco, quo constiterat, Scipionem progredi propius se animadvertisset, locoque magis se defendere, si res cœgisset, quam in campo cominus consistere audere; non est visa ratio propius
- 2 accedendi eo die ad oppidum; quoniam ibi præsidium grande Numidarum esse cognoverat, hostesque mediâ aciem suam oppido texisse; sibi que difficile factu
- 3 esse intellexit, simul & oppidum uno tempore oppugnare,

1. In eo loco, quo paullo ante commemoravi] Editt. Rom. Ven. Beroald. habent in eo loco, quem paullo ante commemoravi, quæ lectio est à Sciolis, Hirtii manum temere mutantibus; more enim Græco hic locutus est noster ac infra cap. LXIX. Sic & interdum præstantes linguæ Latinæ auctores. Terentius Heautont. Act. I.

Sc. I, 35. Men. Scire hoc vis? Chr. hac causa equidem, qua dixi tibi. Vitruvius Archit. lib. II. cap. I. Spatio inter eas relicto, quanto arborum longitudines patiuntur. Lactantius de mort. Persec. cap. XLV, 7. Collectis ex proximo, quantis potuit, militibus. Adde quæ notavimus lib. III. de Bell. Civ. cap. LXIX. Davies.

gnare, & in acie in cornu dextro, ac sinistro, ex iniquiore loco, pugnare, præsertim quum milites à mane diei jejuni sub armis stetissent defatigati. Itaque reductis suis copiis in castra, postero die propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones. 4

XLIII. Interim Confidius, qui Acillam, & iix 1 cohortes stipendiarias Numidis Getulisque obsidebat, 1 ubi C. Messius cohortibus præerat, diu multumque expertus, magnisque operibus sæpe admotis, & iis ab oppidanis incensis, quum proficeret nihil, subito nuncio de equestri prælio allato commotus, frumento, cujus in castris copiam habuerat, incenso, vino, oleo, ceterisque rebus, quæ ad victum parari solent, corruptis, Acillam, quam obsidebat, deseruit; atque, itinere per regnum Jubæ factò, copias cum Scipione partitus 2 Adrumetum se recepit.

XLIV. Interea ex secundo comœatu, quem à Sicilia miserat Allienus, navis una, 3 in qua fuerat Q. Cominius, & L. Ticide eques Romanus, ab residua classe quum erravisset, delataque esset vento ad Thapsum, à Virgilio scaphis naviculisque actuariis excepta est, & ad Scipionem deducta. Item altera navis triremis ex eadem classe errabunda, à tempestate ad Ægimurum delata, à classe Vari & M. Octavii est capta; in qua milites veterani 4 cum uno centurione, & nonnulli tiro-

1. Ubi C. Messius cohortibus præerat] In editt. Rom. Ven. Beroald. corrupte legitur ubi C. Messius, qui cohortibus præerat, quasi rem ex parte Cæsaris non gesserat Messius. MS. Norvic. locum sic exhibet ubi C. Messius parte Cæsaris cohortibus præerat præsidio missis; quod sane additamentum ex ora exemplaris in textum videtur irrepisse, nam Glossema esse pro certo habeo. Davies.

2. Adrumetum se recepit] Sic reposui ex MSto Norvic. ac editt. Beroald. Steph. cum in vulgg. legatur Adrumetum se recipit. Idem,

3. In qua fuerat Q. Cominius] In MSto Norvic. & editis plerisque male exhibetur Q. Comius. Contrario vitio apud Frontinum Strateg. lib. II. cap. XIII. est Comminius Atrebas, cum victus à D. Julio ex Gallia in Britanniam fugeret, quum omni procul dubio sit scribendum Comius Atrebas, quod à Stewechio & Scriverio non animadversum miror. Ejus sæpe meminit Cæsar. Vide lib. IV. B. G. cap. XXVII. & lib. VII. cap. LXXVI. Davies.

4. Cum uno Centurione] Joan. Glandorpius

tirones fuerunt : quos Varus asservatos sine contumelia  
 3 deducendos curavit ad Scipionem. Qui, postquam ad  
 eum pervenerunt, & ante suggestum ejus constiterunt,  
*Non vestra*, inquit, *sponte vos, certo scio, sed illius sce-*  
*lerati vestri imperatoris impulsu & imperio coactos, cives*  
 4 *& optimum quemque nefarie consecrari: quos quoniam for-*  
*tuna in nostram detulit potestatem, si id, quod facere debe-*  
*tis, Rempublicam cum optimo quoque defenditis, certum est*  
*vobis vitam & pecuniam donare: quapropter, quid sentia-*  
*tis, proloquimini.*

1 XLV. Hac habita oratione, Scipio, quum existi-  
 2 masset pro suo beneficio sine dubio ab iis gratias sibi a-  
 ctum iri, potestatem iis dicendi fecit. Ex eis Centu-  
 rio legionis XIV, *Pro tuo*, inquit, *summo beneficio, Sci-*  
*pio, tibi gratias ago (non enim imperatorem te appello)*  
*quod mihi vitam incolumitatemque belli jure capto pollice-*  
*ris: & forsitan isto uterer beneficio, si non ei summum sce-*  
 3 *lus adjungeretur. Egone contra Casarem imperatorem me-*  
*um, apud quem ordinem duxi, ejusque exercitum, pro cu-*  
*jus dignitate victoriaque amplius xxxvi annis depugnavi,*  
*adversus armatusque consistam? Neque ego istud facturum*  
*sum,*

*dorpius & Ald. Manutius hunc Pontium Centurionem fuisse scribunt, de quo hæc refert Valerius Maximus lib. III. cap. VIII. An abigi debet Pontius ab horum exemplorum contextu? qui pro Casaris partibus excubans, Scipionis presidio interceptus, cum uno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompeii generi ipsius militem affirmasset, ita respondere non dubitavit: tibi quidem, Scipio, gratias ago: sed mihi uti ista conditione vita non est opus. Sed hoc in Macedonia gestum eo bello, quod Scipio adversus Domitium gessit, verba ipsa demonstrant. Ciaccon.*

2. *Amplius xxxvi annis*] Reponit Jo. Glandorpius, *amplius xvi annis*, quia ex prætura Cæsaris ad hoc usque tempus xvi tantum annorum

fluxerat spatium. Et hujus quidem conjecturam ex MSto Victorino firmat Jo. Goduinus. Vulgatam tamen lectionem tuetur Jul. Celsus, qui pag. 222. edit. Londin. sic ait *Quomodo — contra illum exercitum, pro cuius victoria & gloria annos xxxvi & eo amplius decertavi, arma portarem, adeo ut annorum numerus non ad ipsum Cæsarem, sed ad veteranum ejus exercitum videatur referendus. MS. autem Norvic. habet amplius xxxvi annos, & sic rescribendum. Caesar lib. II. B. G. cap. XVI. Inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab castris suis non amplius millia passuum x abesse. Noster hujusce libri cap. I. Quum non amplius legionem tironum haberet unam. Et ita sane alibi passum. Davies.*

sum, & te magnopere, ut de negotio desistas, adhortor: contra cujus enim copias contendas, si minus antea expertus es, licet nunc cognoscas. Elige ex tuis cohortem unam, 4 quam putas esse firmissimam, & constitue contra me: ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes potestate, non amplius x sumam. Tunc ex virtute nostra intelliges, quid ex tuis copiis sperare debeas.

XLVI. Postquam hæc centurio præsentis animo ad- 1 versus opinionem ejus est locutus; ira percitus Scipio, atque animi dolore incensus annuit centurionibus, quid fieri vellet: atque ante pedes centurionem interficit, reliquosque veteranos à tironibus jubet secerni. Addu- 2 cite, inquit, istos nefario scelere contaminatos, & cade civium saginatos. 1 Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. Tirones autem jubet inter le- 3 giones dispertiri, & Cominium cum Ticida in conspectum suum prohibet adduci. Qua ex re Cæsar commo- 4 tus, eos, quos in stationibus cum longis navibus apud Thapium custodiæ causâ in salvo esse jussit, ut suis onerariis longisque navibus præsidio essent; ob negligentiam ignominie causâ dimittendos ab exercitu, gravissimumque in eos edictum proponendum curavit.

XLVII. Per id tempus fere Cæsar's exercitui res 1 accidit incredibilis auditu: namque, 2 Virgiliarum signo

1. Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. Infra bello Hispan. Hac re cognita, insequenti nocte, vigilia tertia, tessera data extra vallum omnes sunt concisi Mundenses duces. Seneca lib. 1. de ira cap. xvi. Damnatu extra vallum deductus est, & jam cervicem porrigebat &c. Unde colligitur ut olim supplicia pleraque apud Romanos extra urbem, ubi & carnicum domicilium, (ut testatur M. Tullius orat. pro Rabirio. Carnificem, inquit, non modo foro, sed etiam cælo hoc ac spiritu censoria leges, atque urbis domicilio carere voluerunt) ita militares animadversiones extra val-

lum fieri solitas, de quo Lipsius Commentar. ad Cor. Tacitum lib. 1. & 11. Annal. & Pet. Faber lib. 11. semest. cap. viii. Mox sequitur, imbre grandineque consecuta: quod Maro crebro admodum conjungit, commista grandine nimbium. Brant.

2. Virgiliarum signo confecto] In hoc loco frustra desudarunt intt. Ex MSStis 11 Regiis & Victorin. emendo virgiliarum signo confecto, quod quidem buccina quater singulis noctibus dabatur; in tot enim vigiliis tempus nocturnum fuit divisum. Vide Vegetium lib. 111. cap. viii. & Frontinum Strateg. lib. 1. cap. v. Atte-

- 2 gno confecto, circiter vigilia secunda noctis, nimbus cum faxea grandine subito est exortus ingens. Ad hoc autem incommodum accesserat, quod Cæsar non, more superiorum imperatorum, in hibernis exercitum continebat, sed <sup>1</sup> in tertio quartoque die procedendo, propiusque hostem accedendo, castra communiebat;   
 3 opereque faciendo, milites se circumspiciendi non habebant facultatem. Præterea ita ex Sicilia exercitum transportaverat, ut præter ipsum militem & arma, neque vas, neque mancipium, neque ullam rem, quæ usu militi esse consuevit, in naves imponi pateretur:   
 4 <sup>2</sup> in Africam autem non modo sibi quidquam non acquisierant aut paraverant; sed etiam propter annonæ   
 5 caritatem, ante parata consumpserant. Quibus rebus attenuati, oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant: reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, <sup>3</sup> atque

Attestatur & Livius lib. VII. de Decio sic scribens: *Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet; Ubi secunda vigilia buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se venirent.* Hic Hirtius auget horrorem rei, cum intempesta nocte evenisse scribat, & signo quidem confecto vigiliarum: quando enim commitebantur vigiliæ, qui tres jam horas vigilaverant, tentoria sua repetebant, & qui tres proximas horas vigilaturi erant, ad stationis locum tendebant, unde aliqua in castris discursatio, quæ horrorem casus subiti augere poterat. Virgiliarum porro commemoratio, tota aliena est, quod nec statim post earum ortum nec occasum omnino incidisse comperitur. *Godwinus.*

1. *In tertio quartoque die procedendo] Pet. Ciacconius legendum conjecit tertio aut quarto quoque die procedendo; sed nimia est hac mutatio: lubens tamen reponerem in tertio quartove die procedendo, quemadmodum legitur in edit. Rom. Ven. Bezae. Davies.*

2. *In Africam autem non modo sibi quidquam] MS. Norvic. in Africa, ac ita sane ex Cod. Thuanæo rescriptit Joan. Godwinus; emendatione tamen nihil est opus, nam constat hanc præpositionem, etiam cum quietem notet, accusativo junctam reperiri. Curtius lib. III. cap. v, 10. Quippe Darius quinto die in Ciliciam fore nunciabatur. Sic Cæsar lib. I. de Bell. Civ. cap. xxv. in potestatem habere dixit. Vide G. J. Vossium de Construct. cap. LXV. Idem.*

3. *Atque arundinibus scopisque contextis] Sic edidit Jos. Scaliger, at in vet. cufis legebatur arundinibus coriisque contextis, vel contextis. Vitium subesse putat J. Lipsius lib. v. Mil. Rom. Dial. v. quomodo enim, inquit, arundinibus coriisque contextis, si negat pelles habuisse? Corii itaque vocem falsam putat, pro qua storeisque reponit. Idem tamen in vetustiore libro arundinum copiis legi testatur (quomodo & in Veneto nostro) ex quo haud male arundinum copulis facit. Brant,*

que arundinibus scopisque contextis, permanebant. I- 6  
 taque, subito imbre grandineque confecuta, grava-  
 ti pondere, tenebris, aquaque omnes subruti disje-  
 ctique, nocte intempesta, ignibus extinctis, rebuf-  
 que ad victum pertinentibus omnibus corruptis, per  
 castra passim vagabantur, scutisque capita contege-  
 bant. Eadem nocte v legionis <sup>1</sup> pilorum cacumina sua  
 sponte arserunt.

XLVIII. Rex interim Juba de equestri proelio Sci- 1  
 pionis certior factus, evocatusque ab eodem litteris,  
 praefecto Sabura cum parte exercitus contra Sitium re-  
 licto, ut, quum ipse aliquid auctoritatis haberet, ex-  
 ercitus Scipionis à terrore Cæsaris liberaretur, cum  
 III legionibus, equitibusque frenatis DCCC, Numidis  
 sine frenis, <sup>2</sup> peditibusque ejus armaturæ grandi nu-  
 mero, elephantisque xxx, egressus è regno ad Scipio-  
 nem est profectus. Postquam ad eum pervenit, castris 2  
 regiis seorsum positis, cum eis copiis, quas commemo-  
 ravi, haud ita longe ab Scipione confedit: (Erat in 3  
 castris Cæsaris superiori tempore magnus terror, & ex-  
 spectatione copiarum regiarum, exercitus ejus <sup>3</sup> magis  
 suspensiore animo ante adventum Jubæ commoveba-  
 tur: postquam vero castra castris contulit, despectis 4  
 ejus

1. *Pilorum cacumina sua sponte arse-  
 runt*] Hoc non raro accidit. *Livius*  
 lib. xxii. cap. 1. *Prodigia ex pluri-  
 bus simul locis nunciata: in Sicilia mi-  
 litibus spicula — arfisse.* *Plinius Hist.*  
*Nat.* lib. ii. cap. xxxvii. *Vidi no-  
 cturnis militum vigiliis, inherere pilis*  
*pro vallo fulgorem.* Hæc & hujusmo-  
 di alia miraculorum loco credule  
 posuit antiquitas Physices imperita;  
 nihil enim aliud sunt, quam ex-  
 halationes sulfureæ calore aëris ac-  
 censæ, variaque figura, pro flanti-  
 bus ventis aut materiæ copia, præ-  
 ditæ. Vide *Joan. Clerici Phyl.* lib.  
 iii. cap. iv. §. 6. seqq. *Davies.*

2. *Peditibusque ejus armaturæ*] Hanc

fane lectionem exhibent omnes e-  
 diti; quod tamen non obstat, quo-  
 minus ex *MSto Norvic.* omnino re-  
 scripserim *peditibusque levis armatu-  
 ræ.* Idem.

3. *Magis suspensiore animo*] Non-  
 nulli *MSti* cum editt. *Rom. Ven-  
 Beroald.* exhibent *magis suspensione a-  
 nimi*; unus autem è *MStis Regiis*  
 & *Norvic.* omiſſa prima voce, le-  
 gunt *suspensiore animo.* Perperam;  
 sæpe enim particulæ comparationis  
 nominibus comparativis adduntur.  
 Noster hujusce libri cap. lrv. *Ma-  
 gis in seditione &c. quam pudoris mo-  
 destiaque fueritis studiosiores.* *Cle-  
 mens Rom. Epist. ad Corinth. §.*

ejus copiis, omnem terrorem deponit. Ita, quam antea absens habuerat auctoritatem, eam omnem præsens dimiserat) <sup>1</sup> quo facto facile fuit intellectu Scipioni additum animum fiduciamque regis adventu: nam postero die universas suas regisque copias cum elephantis LX perductas in aciem, quam speciosissime potuit, instruxit; ac paullo longius progressus à suis munitio- nibus, haud ita diu commoratus se recepit in castra.

**1** XLIX. Cæsar, postquam animadvertit, Scipioni auxilia fere, quæ expectasset, omnia convenisse, neque moram pugnandi ullam fore, per jugum summum cum copiis progredi cœpit, & brachia protinus ducere, & castella munire, propiusque Scipionem capiendo loca excelsa occupare contendit. Adversarii magnitudine copiarum confisi proximum collem occupaverunt, atque ita longius <sup>2</sup> sibi progrediendi eripuerunt facultatem. Ejusdem collis occupandi gratia Labienus consilium ceperat; &, quo propiore loco fuerat, eo celerius occurrerat.

**1** L. Erat convallis fatis magna latitudine, altitudine prærupta, crebris locis speluncæ in modum subrutis: <sup>3</sup> quæ erant transgredienda Cæsari ante, quam ad eum col-

XLVIII. Τοσῆτα μᾶλλον ταπεινοφρο-  
νίην ὀφείλει, ἢ σὺ δοκεῖ ΜΑΛΛΟΝ  
ΜΕΙΖΩΝ εἶναι. Porphyrius de Ab-  
stin. lib. I. §. XLV. Ἡ ἀποχὴ μάλ-  
λον οἰκονομίᾳ Vide & G. F. Vossium  
de Construct. cap. XVI. Davies.

1. Quo facto facile fuit intellectu] MS. Norvic. & edit. Beroald. addita vocula, repræsentant quo facto cuius facile &c. Eoque alludunt editt. Rom. Ven. nam in iis Librarii vitio legitur, Quo facto cujus facile fuit intellectu. Causam sane non video, cur ea vox rejici debeat. Idem.

2. Sibi progrediendi eripuerunt facultatem] Ait Joan. Glandorpius legendum haud dubie Cæsari vel illi; sed

nescius erat bonus ille vir pronomen reciprocum pro demonstrativo poni posse. Carmen de Phœnice Lactantio adscriptum vs. 60.

Ac se reddiderint tempora longa gravem.

Dicitur Cretensis lib. III. cap. II. Suggestente sibi Polixena apparatus sacri ejus. Vide etiam quæ notavimus ad lib. VIII. B. G. cap. I. Idem.

3. Quæ erant transgredienda] Sic in MSto Regio legit Joan. Goduinus, ac ita ob σύνταξιν reponendum censui. In vulgg. erat transgredienda. Editt. Rom. Ven. Beroald. ex Glossemate repræsentant transeunda: Steph. autem quæ erant transeunda, ut hæ voces ad convallē referantur. Idem.

collem , quem capere volebat , perveniretur : ultra-  
 que eam convallem olivetum vetus crebris arboribus  
 condensum. Hic quum Labienus animadvertisset, Cæ- 2  
 sarem , si vellet eum locum occupare , prius necesse  
 esse convallem olivetumque transgredi , eorum loco-  
 rum peritus in insidiis cum parte equitatus, levique ar-  
 matura confedit : 1 & præterea post montem collesque, 3  
 equites in occulto collocaverat ; ut quum ipse ex im-  
 proviso legionarios adortus esset, ex colle se equitatus  
 ostenderet , & re duplici perturbatus Cæsar , ejusque  
 exercitus, neque retro regrediundi , neque ultra pro-  
 cedendi oblata facultate , circumventus concideretur.  
 Cæsar , equitatu ante præmissio , inscius insidiarum 4  
 quum ad eum locum venisset , abusi , sive obliti præ-  
 ceptorum Labieni , sive veriti , ne in fossa ab equitibus  
 opprimerentur , rari , ac singuli de rupe prodire , &  
 summa petere collis : quos Cæsaris equites consecuti 5  
 partim interfecerunt , partim vivorum sunt potiti : de- 6  
 inde protinus collem petere contenderunt , atque eum ,  
 decusso Labieni præsidio , celeriter occupaverunt. La-  
 bienus cum parte equitum vix fuga sibi peperit salutem.

LI. Hac re per equites gesta , Cæsar legionibus o- 1  
 pera distribuit , atque in eo colle , quo erat potitus ,  
 castra munivit. Deinde ab suis maximis castris per me- 2  
 dium campum , è regione oppidi Uzitæ , 2 quod inter  
 sua

1. Et præterea post montem collesque equites in occulto collocaverat] Hunc locum multo auctiorem exhibent MSti Ursin. & Norvic. in iis enim legitur Et præterea post montem collesque subito se Cæsari ostenderat , & equites in occulto collocaverat. Editt. vero Rom. Ven. Beroald. Ut præterea post montem collemque subito se Cæsari ostenderet , equites in occulto collocaverat ; unde legendum arbitror ut præterea post montem collesque subito se Cæsari ostenderent , equites &c. vel & præterea post montem collesque , qui su-

buto se Cæsari ostenderent , equites &c. Ni vel hoc vel illo modo legatur , conicere nequeo , unde factum ut in tot Codd. hæc verba irreperiant. Davies.

2. Quod inter sua castra & Scipionis in planitia positum erat] Duabus oculis omissis , in editt. Rom. Ven. Beroald. perperam legitur quod inter sua castra & planitiem positum erat : MS. etiam Norvic. habet in planitiem ; in cæteris receptam lectionem tuetur , quæ sana est & sincera. Idem.



fua castra, & Scipionis, in planitia positum erat, tenebaturque à Scipione, duo brachia instituit duci, & ita erigere, ut ad angulum dextrum, sinistrumque e-  
**3** jus oppidi convenirent. <sup>1</sup> Id hac ratione opus instruebat, ut, quum propius oppidum copias admovisset, oppugnareque cœpisset, tecta latera suis munitionibus haberet, ne ab equitatus multitudine circumventus ab  
**4** oppugnatione deterreretur; præterea, quo facilius colloquia fieri possent, & si qui perfugere vellent, id quod antea sæpe accidebat magno cum eorum periculo, tum facile & sine periculo fieret: voluit etiam experiri, quum propius hostem accessisset, haberetne in animo dimicare.  
**5** Accedebat etiam ad reliquas causas, quod is locus depressus erat, puteique ibi nonnulli fieri poterant: a-  
**6** quatione enim longa & angusta utebatur. Dum hæc opera, quæ ante dixi, fiebant à legionibus, interim pars acie ante opus instructa sub hoste stabat. Equites barbari levisque armaturæ, præliis minutis cominus dimicabant.

**1** LII. Cæsar ab eo opere quum jam sub vesperum copias in castra reduceret; magno incurfu, cum omni equitatu levique armatura, Juba, Scipio, Labienus, <sup>2</sup> in  
**2** legionarios impetum fecerunt. Equites Cæsariani vi universæ subitæque hostium multitudinis pulsi parumper  
**3** cesserunt. Quæ res <sup>3</sup> aliter adversariis cecidit: namque

Cæ-

<sup>1</sup>. *Id hac ratione opus instruebat*] Editt. Rom. Ven. Beroald. Hoc hac ratione opus instruebat; aliæ is hac ratione &c. lego id hac ratione opus instruebat. Ciaccon.

<sup>2</sup>. *In legionarios impetum fecerunt*] Non in legionarios, sed in equites impetum fecerunt, ut ex sequentibus fit manifestum; unde *Ful. Celsus* pag. 223. edit. Londin. *Juba & Scipio simul & Labienus summa vi equitatum ejus invaderent*; unde referribendum in equites vel equitatum. Mendum ex compendiaria scriptu-

ra ortum videtur, cum enim primo scriberetur in eq, oscitans Librarius in leg. facile mutavit, unde nata lectio recepta. *Davies*.

<sup>3</sup>. *Aliter adversariis cecidit*] *Joan. Glandorpius* hiulcam orationem censuit, quapropter supplevit aliter atque existimarunt adversariis cecidit; *Joan. vero Godwinus*, ut vara vibiam sequitur, aliter quam putabant adversariis cecidit. Sed nihil deest; prima vox id denotat, quod infelicitè & contra sententiam accidit: observat enim *Eustathius τὰ μὲν κα-*

Cæsar ex medio itinere copiis reductis, equitibus suis auxilium tulit: equites autem adventu legionum animo addito, conversis equis in Numidas cupide insequentes dispersosque impetum fecerunt, atque eos convulneratos usque in castra regia repulerunt, multosque ex iis interfecerunt: quod ni in noctem prælium esset conjectum, pulvisque vento flatus omnium prospectu officisset, <sup>1</sup> Juba cum Labieno capti in potestatem Cæsar's venissent; equitatusque cum levi armatura funditus ad internecionem deletus esset. Interim incredibiliter ex legionibus IV & VI Scipionis milites diffugere, partim in castra Cæsar's, partim in quas quisque poterat regiones pervenire: <sup>2</sup> itemque equites Curiani, diffisi Scipioni ejusque copiis, complures se eodem conferebant.

LIII. Dum hæc circum Uzitam ab utrisque ducibus administrantur, legiones duæ, IX & X, ex Sicilia navibus onerariis profectæ, quum jam non longe à portu Ruspinae abessent, conspicatæ naves Cæsarianas, quæ in statione apud Thapsum stabant, veriti, ne in adversariorum, ut insidiandi gratia ibi commorantium, classẽm inciderent, imprudentes vela in altum dederunt; ac diu multumque jactati, tandem multis post diebus siti inopiaque confecti ad Cæsarem perverunt.

LIV.

τὰ γράμματα ἢ ἐν ἑκείνῳ συμβαίνει, "ΑΛΛΩΣ ἀποβιβαστικῶν λέξεσσι. Quin & alter pro non bono ponitur, ut in auguriis altera cum appellatur avis, qua nique prospera non est, quæ Festi sunt verba. Davies.

1. Juba cum Labieno capti] Syllepsis est. Sic apud Apuleium Florid. III. Musa cum Minerva ——— judices astitere. Dictys Cretensis lib. II. cap. VI. Ex consilii sententia Achilles cum Ajace ad Telephum perveniunt. Et cap. XX. Ulysses cum Diomede profecti ad Priamum. Sic & passim idem scri-

ptor, ut & interdum præstantissimus quisque. Vide Fr. Sanctium Min. lib. IV. cap. X & Jac. Perizonii addit. pag. 823. Idem.

3. Itemque equites Curiani diffisi Scipioni] Just. Lipsius lib. II. elector. cap. XXII. emendat Curioniani. Eos enim intelligit, qui ante sub Curione in Africa meruerant, & a Scipione occupati erant. Ipse hic auctor supra meminit, & ostendit eos è gente fuisse Gallorum. Nonnulli, inquit, qui ex Curionis prælio capti conservatique, parem gratiam in sibi partienda præstare voluerant. Brant,

- 1 LIV. Quibus legionibus expositis, memor in Italia  
 pristinae licentiae militaris ac rapinarum certorum homi-  
 num, parvulam modo caussulam nactus Cæsar, quod  
 C. Avienus Tribunus milit. x legionis navem com-  
 2 meatu, familia sua, atque jumentis occupavisset, neque  
 militem unum ab Sicilia sustulisset; postero die de sug-  
 gestu, convocatis omnium legionum tribunis centu-  
 3 rionibusque: *Maxime vellem*, inquit, *homines sua pe-*  
*tulantia, nimiaeque libertatis, aliquando finem fecissent,*  
*meaque lenitatis, modestiae, patientiaeque rationem habuis-*  
 4 *sent: sed quoniam ipsi sibi neque modum neque terminum*  
*constituunt,* <sup>1</sup> *quo ceteri dissimiliter se gerant; egomet ipse*  
*documentum more militari constituam. C. Aviene,* <sup>2</sup> *quod*  
*in Italia milites populi Rom. contra rempubl. instigasti; ra-*  
*pinasque per municipia fecisti; quodque mihi rei que publ.*  
*inutilis fuisti; & pro militibus tuam familiam jumenta que*  
*in naves imposuisti: tuaque opera militibus tempore necessa-*  
 5 *rio respubl. caret: ob eas res,* <sup>3</sup> *ignominia causa, ab exer-*  
*citu meo te removeo: hodieque ex Africa abesse,* & *quan-*  
*tum potest, proficisci jubeo. Itemque te, A. Fonteii, quod*  
 tribu-

1. *Quo ceteri dissimiliter se gerant*] Voco penultimam in bonæ fidei libris desiderari testatur, & abesse posse monstrat J. Fr. Gronovius Observ. lib. iv. cap. xiv. pag. 227. Davies.

2. *Quod in Italia &c.*] Seditio- nem intelligit, quæ ipso Alexandriæ & in Ponto agente exarsit: quod scelus etsi tunc, cum in Italia rediit, visus est ignovisse, postea tamen per occasionem in auctores animadvertit, atque etiam totas legiones dissolvit. Sed & quoscunque se absente prædari solitos accepit, quo ceteri temperantius agerent, ab exercitu semovit. Glan- dorp.

3. *Ignominia causa te ab exercitu meo removeo*] Exemplum missionis ignominiosæ, quam Appianus & Dio

diversis verbis concepiunt. Ille enim lib. ii. de Bell. Civ. militibus missionem postulantibus Cæsarem nihil cunctatum respondisse ait: ἀφίμῃ τ' ἑρατείας. Hic vero lib. xii. pag. 170. ita eum loquentem facit: παύσαθε μὲν δὴ διὰ ταῦτα τ' ἑρατείας, ᾧ, τί ἂν ὀνομάσαιμι; εἰ μὲντοι ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ βέλτερε καὶ φαιτέ, ἀλλ' ὡς τῶ κοινῷ, καὶ ἐμοὶ συμφέρετε, quo verbo eos cum ignominia missos fecit, ut narrat Suetonius in Jul. cap. lxi. Plura vide de missione ignominiosa, & aliis missionum generibus apud Pet. Fabrum lib. i. sem. cap. xvii. J. Lipsium lib. v. de mil. Dial. xix. formulas denique Varias apud Brissonium lib. iv. de form. Adi & Jurisconsultos in l. ii. D. de his qui not. infamia. Brant,

tribunus milit. seditiosus, malusque civis fuisti, ab exercitu dimitto. <sup>1</sup> T. Saliene, M. Tiro, C. Clusinas, quum ordines in meo exercitu beneficio, non virtute consecuti ita vos gesseritis, ut neque bello fortes, neque pace boni aut utiles fueritis, & magis in seditione <sup>2</sup> concitandi milites adversus vestrum imperatorem, quam pudoris, medestiaeque fueritis studiosiores; indignos vos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis; missosque facio, & quantum potest, abesse ex Africa jubeo. Itaque transdidit eos centurionibus; & **6** singulis non amplius singulis additis servis, in navi imponendos separatim curavit.

LV. Getuli interim perfugæ, quos cum litteris mandatisque à Cæsare missos supra docuimus, ad suos cives perveniunt: quorum auctoritate facile adducti, Cæsarisque nomine persuasi, à rege Juba desciscunt, celeriterque cuncti arma capiunt; contraque regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis, Juba **2** dissentus <sup>3</sup> triplici bello, necessitate coactus, de suis copiis, quas contra Cæsarem adduxerat, vi cohortes in fines regni sui mittit, quæ essent præsidio contra Getulos.

LVI. Cæsar brachiis perfectis, <sup>4</sup> promotisque eo usque **1** que, ut telum ex oppido adjici non posset, castra munit: balistis scorpionibusque crebris ante frontem castrorum, contraque oppidum collocatis, defensores **2** muri deterrere non intermittit: eoque v legiones ex **3** fu-

1. T. Saliene] In nonnullis libris T. Alliene, in aliis Tusci Saliene: sed Aldo Manutio adsentior, qui reponebat T. Saliene, de quo supra hoc ipso libro; quamquam incertum sit an ibi in hostium potestatem venerit. Ciaccon.

2. Concitandi milites adversus vestrum imperatorem] In codd. est concitandisque militibus adversariorum nostrorum imperatoris. Legendum existimo concitandisque militibus adversus ve-

strum Imperatorem. Ciaccon.

3. Triplici bello] Uno adversus P. Sittium; altero adversus Cæsarem; tertio contra Getulos, qui ab ipso defecerant. Rhellican.

4. Promotisque eo usque, ut telum] MS. Norvic. promotisque usque eo, quod telum, unde rescripserim promotisque eo usque quo telum, quemadmodum exhibent editt. Steph. & Vascof. Davics.

3 superioribus castris deducit. Qua facultate oblata, illustriores notissimique, conspectum amicorum propinquorumque efflagitabant, atque inter se colloquebantur. Quæ res quid utilitatis haberet, Cæsarem non fellebat : namque Getuli ex equitatu regio nobiliores, equitumque præfecti, quorum patres cum Mario ante meruerant, ejusque beneficio agris finibusque donati, post Sullæ victoriam sub Hiempsalis regis erant potestate dati, occasione capta, nocte jam luminibus accensis, cum equis calonibusque suis circiter  $\infty$  per fugiunt in Cæsaris castra, quæ erant in campo proxime Uzitæ locata.

1 LVII. Quod postquam Scipio, quique cum eo erant, cognoverunt, quum commoti ex tali incommodo essent, fere per id tempus M. Aquinium cum C. 2 Saserna colloquentem viderunt. Scipio mittit ad Aquinium, nil attinere eum cum adversariis colloqui. 1 Quum nihilo minus ejus sermonem nuncius ad se referret, restaretque, ut reliqua, quæ vellet, perageret; viator postea ab Juba ad eum est missus, qui diceret, audiente Saserna, *Vetat te rex colloqui.* Quo nuncio perterritus discessit; & dicto audiens fuit regi. Ufu venisse hoc civi Romano miror, & ei, qui à populo Rom. honores accepisset, incolumi patria, fortunisque omnibus, Jubæ barbaro potius obedientem fuisse, quam aut Scipionis obtemperasse nuncio, aut, cæsis

1. *Quum nihilo minus ejus sermonem nuncius ad se referret, restaretque, ut reliqua* ] Editt. Rom. Ven. Bersald. repræsentant *cum autem nihilominus ejus sermonem nuncius ad se referret diceretque ut reliqua*: MS. Norvic. *quum nihilominus ejus sermonem nuncius ad se referret, sed restare ut reliqua.* Ex quo codice mihi rescribendum videtur *quum nihilominus ejus sermonem nuncius ad Scipionem referret, se restare, ut reliqua* &c. Mendum in Hirtio procreavit compendiarie scri-

ptura, nam in Cod. scriptum putarim *ad SC referret*, quod imperitus Librarius in SE facile mutavit, cum Scipionis nomen esset exarandum. Hæc sane conjectura Ciacconiana est præferenda, qui, multis vocibus omissis, reponit *quum nihilominus ipse restaret, ut reliqua.* Hallucinatus etiam est Joann. Glandorpius, qui emendat *cum ejus sermonem nuncius ad Sasernam referret*, quasi Aquinius & Saserna per internuncios fuerant collocuti. *Davies.*

sis ejusdem partis civibus, incolumem reverti malle. Atque etiam superbius Jubæ factum, non in M. Aquinium hominem novum, parvumque Senatorem, sed in Scipionem, hominem illa familia, dignitate, honoribusque præstantem: nam quum Scipio sagulo purpureo ante regis adventum uti solitus esset, dicitur Jubæ cum eo egisse, non oportere illum eodem uti vestitu, atque ipse uteretur. Itaque factum est, <sup>1</sup> ut Scipio ad album sese vestitum transferret, & Jubæ homini superbissimo inertissimoque obtemperaret.

LVIII. Postero die universas omnium copias de castris omnibus deducunt; & <sup>2</sup> supercilium quoddam excelsum nacti non longe à Cæsaris castris aciem constituunt, atque ibi consistunt. Cæsar item producit copias, celeriterque iis instructis, ante suas munitiones, quæ erant in campo, constitit; sine dubio existimans, ultro adversarios, quum tam magnis copiis auxiliisque regis essent præditi, promptiusque profiluissent, ante se concursuros, propiusque se accessuros. Equo circumvectus, legionesque cohortatus, signo dato, accessum hostium aucupabatur: ipse enim à suis munitionibus longius non sine ratione non procedebat; quod in oppido Uzitæ, quod Scipio tenebat, hostium erant cohortes armatæ. Eidem autem oppido ad dextrum latus ejus cornu erat oppositum: verebaturque, ne, si præ-

1. *Ut Scipio ad album sese vestitum transferret*] In editt. Rom. Ven. Beroald. perperam legitur *ad alium se vestitum*. In proelium exeuntibus album, aut purpureum paludamentum dari solere scribit Val. Maximus lib. 1. cap. vi. De puniceo quidem colore testimonia sunt compluria, non item de albo: itaque novum quidem, quod de eo Valerius, verum tamen hic locus ostendit. Brant.

2. *Supercilium quoddam excelsum nacti non longe à Cæsaris castris*] Super-

cilium locum eminentiorem, seu summitatem denotat. Sic apud Virgilium Georg. lib. 1, 108.

*Ecce supercilio clivosi tramitis undam*

*Elicit.*

Ubi Servius, altitudine, inquit, summitate terrarum. Hoc cum fugeret eos, qui curarunt editt. Rom. Ven. Beroald. hic locus in iis Codd. sic legitur *super alium quendam excelsum natura locum non longe à Cæsaris castris*, corruptaque hæc lectio Joan. Rhellianum fefellit. Davies.

prætergressus esset, ex oppido eruptione facta, ab latere cum adorti conciderent. Præterea hæc quoque eum causâ tardavit, quod erat locus quidam perimpeditus ante aciem Scipionis, <sup>1</sup> quem suis impedimento ad ultro occurrendum fore existimabat.

1 LIX. Non arbitror esse prætermittendum, quemadmodum exercitus utriusque fuerunt in aciem instructi.  
 2 Scipio hoc modo aciem direxit. Collocabat in fronte suas & Jubæ legiones; postea autem Numidas in subsidiaria acie ita extenuatos, & in longitudinem directos, ut procul simplex esse acies media à legionariis militibus videretur; in cornibus autem duplex esse existimabatur. Elefantos dextro, sinistroque cornu collocaverat, æqualibus inter eos intervallis interjectis: post autem elefantos, armaturas leves, Numidasque  
 3 substituerat auxiliares. Equitatum frenatum univrsum in suo dextro cornu disposuerat; sinistrum enim cornu oppido Uzita claudebatur, neque erat spatium  
 4 equitatus explicandi: propterea Numidas, levisque armaturæ infinitam multitudinem ad dextram partem suæ aciei opposuerat, fere interjecto non minus  $\infty$  passuum spatio, & ad collis radices magis appulerat, longiusque ab adversariorum suisque copiis promoverat:  
 5 id hoc consilio, ut, quum acies II inter se concurrissent initio certaminis, paullo longius ejus equitatus circumvectus ex improvise clauderet multitudine sua exercitum Cæsaris atque perturbatum jaculis configeret. Hæc fuit ratio Scipionis ea die præliandi.

1 LX. Cæsaris autem acies hoc modo fuit collocata, ut ab sinistro ejus cornu ordiar, & ad dextrum perveniam. Habuit in sinistro cornu legionem IX, VII: in dextro cornu XXX, XXIX: XIII, XIV, XXIIX, XXVI,  
 in

1. *Quem suis impedimento* } Sic editt. Rom. Ven. Beroald. at in MSto Norvic. legitur *quem suis ipse adjumento*: sed multum præstat lectio rece-

pta, ut ipsa res ostendit: nam necesse est, ut locus impeditus concursum impediatur. *Davies.*

in media acie: <sup>1</sup> ipsum autem dextrum cornu, secundam aciem fere, in earum legionum parte cohortium collocaverat. Præterea ex tironum legionibus paucas adjecerat. Tertiam autem aciem in finitrum suum cornu contulerat, & usque ad aciei suæ mediam legionem porrexerat, & ita collocaverat, uti finitrum suum cornu triplex esset. <sup>2</sup> Id eo consilio fecerat, quod suum dextrum latus munitionibus adjuvabat; finitrum autem ut equitatus hostium multitudini resistere posset, laborabat; eodemque suum omnem contulerat equitatum: &, quod ei parum confidebat, præsidio his equitibus legionem v præmiserat; levemque armaturam inter equites interposuerat. Sagittarios varie passimque, <sup>3</sup> locis certis, maximeque in cornibus collocaverat.

LXI. Sic utrorumque exercitus instructi non plus passuum ccc interjecto spatio, quod forte ante id tempus acciderat numquam, quin dimicaretur, à mane, usque ad horam x diei, perstiterunt. Jamque Cæsar dum exercitum reducere intra munitiones suas cœpisset;

1. *Ipsum autem dextrum cornu, secundam aciem fere &c.* Locus ab interpretibus vexatus. MS. *Norvic.* habet *ipsum autem dextrum cornu, secundam autem aciem fere*: Editt. *Rom. Ven.* *secunda acie fere*. *Joan. Glandorpio* legendum videtur *ipsum autem dextrum cornu & secundam aciem fere in earum legionum & cohortium parte collocaverat*. Aliam nostri sanandi viam institit *Fulv. Ursinus*, cui placet circa *ipsum autem dextrum cornu*. At, nisi fallor, nec his nec aliis emendationibus caret *Hirtius*, integram enim arbitror vulgatam lectionem, & *ipsum dextrum cornu* idem valet ac ad *ipsum dextrum cornu* quod attinet. Vide quæ notavimus ad lib. i. de Bell. Gall. c. xxxix. *Davies*.

2. *Id eo consilio fecerat, quod dex-*

*trum suum latus munitionibus adjuvabat* Ex MS. *Norvic.* omnino rescribendum *munitionibus adjuvabatur*. *Fulv.* autem *Ursinus* ex suo Codice rescribit *uti dextrum suum latus munitionibus adjuvaretur*. Idem.

3. *Locis certis* MS. *Norvic.* *locis ceteris*, perperam sanè: ea tamen varietas fuit notanda, ut memores sint Critici, has voces crebro inter se confundi. Sic supra cap. lrv. ubi in editt. *memor* — *rapinarum* certorum *hominum*, in MS. *Norvic.* est *ceterorum*. Vice versa, apud *Chalcidum* pag. 5. edit. *Meursianæ* legitur à certa *functione operis cessantibus*, cum reponi debeat à *cetera functione*, ut ostendit *Plato*, qui Tom. III. pag. 18. edit. *Steph.* τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀγοντας ἁλλῶ δὲ dixit. Idem.



fet; subito universus equitatus ulterior <sup>1</sup> Numidarum  
 Getulorumque sine frenis ad dextram partem se move-  
 re, propiusque Cæsaris castra, quæ erant in colle, se  
 conferre cœpit: frenatus autem Labieni eques in loco  
 3 permanere, legionesque distingere; quum subito pars e-  
 quitatus Cæsaris cum levi armatura contra Getulos in-  
 iussu ac temere longius progressi, paludemque trans-  
 gressi multitudinem hostium sustinere pauci non po-  
 4 tuerunt: levique armatura deserti, ac pulsati, convul-  
 neratique, uno equite amisso, multis equis sauciis, le-  
 5 vis armaturæ xxvi occisis, ad suos refugerunt. Quo  
 secundo equestri proelio facto, Scipio lætus in castra  
 6 nocte copias reduxit. <sup>2</sup> Quod proprium gaudium bel-  
 lantibus fortuna tribuere non decrevit; namque poste-  
 ro die Cæsar <sup>3</sup> cum parte equitatus sui Leptim, fru-  
 menti gratia, misit. In itinere prædatores equites Nu-  
 midas Getulosque ex improvise adorti circiter centum  
 par-

<sup>1</sup>. Numidarum Getulorumque sine  
 frenis ] De Numidis certum est e-  
 quis infedisse etiam in militia, &  
 pugnasse sine frenis. *Claudius de*  
*his:*

— sonipes ignarus habena,

*Virga regit.*

*Silius lib. I, 115. Numida gens inscia  
 frani,*

*Quæis inter geminas, per ludum mobi-  
 lis, aures*

*Quadrupedem fleclit, non cedens vir-  
 ga lupatis.*

*Herodianus lib. VII. cap. XXIII. Oĩ*  
*ἢ Νομιδῶδες ἀκοντισαὶ τὰ εὐσχοὶ καὶ ἰπ-  
 πῆς ἀεισοὶ, ὡς χαλινῶν ἀνευ βάλδου μά-  
 ρη ἢ δ' ἄλλοι τῶν ἰππῶν κυβερνῶν. De his*  
 & *Livius lib. XXXV. Nihil primo aspe-  
 ctu contemptius, equi hominesque paul-  
 luli & graciles: discinctus & inermis*  
*eques, præterquam quod jacula secum*  
*portat: equi sine frenis, deformis ipse*  
*cursor, rigida cervice & extento capite*  
*currentium. Brant.*

<sup>2</sup>. Quod proprium gaudium ] Pri-

mam voculam, utpote delendam,  
 uncinis cinxit *Jos. Scaliger*; sed non  
 opus est, ut viro summo aures præ-  
 beamus, ea enim particula vim ad-  
 versativam interdum obtinet, ut ob-  
 servavit *Ald. Manutius* ad lib. II.  
 B. C. cap. XVI. *Proprium autem gau-  
 dium est perpetuum, sive diutur-  
 num. Nonius Marcellus pag. 390. Pro-  
 prium diuturnum — Proprium signifi-  
 cat rursus perpetuum. Noster hujusce*  
*libri cap. XXXII. Victoriæ propriam*  
*se eis brevi daturum pollicetur. Corn.*  
*Nepos Thraſybo. cap. IV. Parva mu-  
 nera, diutina; locupletia, non propria*  
*esse consueverunt. Vide & Servium ad*  
*Virgilii Æn. III, 85. & Æn. VI, 871.*  
*Davies.*

<sup>3</sup>. Cum parte equitatus ] Syntaxis  
 postulat, ut legamus cum partem e-  
 quitatus, quemadmodum exhibet  
 MS. Regius, testante *Joan. Godu-  
 no*. Mutata igitur distinctione, re-  
 scribendum quum partem equitatus sui  
 — misit, in itinere, &c. *Idem.*

partim occiderunt, partim vivorum potiti sunt. Cæsar 7  
interim quotidie legiones in campum deducere, atque  
opus facere; vallumque & fossam per medium cam-  
pum ducere, adversariorumque excursionibus 1 iter  
officere non intermittit. Scipio item munitiones contra 8  
facere, & ne jugo à Cæsare excluderetur, appropere-  
re. Ita duces utrique & in operibus occupati erant, &  
nihilominus equestribus præliis inter se quotidie di-  
micabant.

LXII. Interim Varus classem, quam antea Uticæ 1  
hiemis gratia subduxerat, cognito legionis VII & IX  
ex Sicilia adventu, celeriter deducit; 2 ibique Getulis  
remigibus epibatisque complet; insidiandique gratia  
progressus, Adrumetum cum LV navibus pervenit.  
Cujus adventus inscius Cæsar L. Cispium cum classe 2  
XXXVII navium 3 ad Thapsum versus in stationem,  
præsidii gratia commeatus sui, mittit: itemque Q. A-  
quilam cum XIII navibus longis Adrumetum eadem  
de causa præmittit. Cispium, quo erat missus, celeri-  
ter pervenit. Aquila tempestate jactatus promontorium 3  
superare non potuit, atque angulum quendam tutum  
à tempestate nactus 4 cum classe se longius à prospe-  
ctu

1. *Iter officere*] *Officere* antiquorum more cum accusativo junxit; nam *Plautus* *Trucul.* *Jam*, inquit, *ego te hic affatim officiam.* Non igitur erat, cur *Joan. Rhellicanus* interim officere reponeret. *Glandorp.*

2. *Ibique Getulis remigibus epibatisque complet, insidiandique gratia progressus*] MS. *Norvic.* *illamque &c. complet, insidiandique gratia ab Utica progressus*; quæ quidem lectio cum *Hirtii* simplicitate melius videtur convenire. Eam sane animo proniore recipio, quod editt. *Rom. Ven. Beroald.* duas illas voces exhibeant, quas ex *MSto Norvic.* adserui. *Davies.*

3. *Ad Thapsum versus*] Hæc lectio est à *MSto Norvic.* ac editt. *Rom. Ven.*

*Beroald.* cum in vulgg. omiſſa præpositione, scribatur *Thapsum versus.* Idem.

4. *Cum classe se longius à prospectu removit: reliqua classis in salo ad Leptim*] De hoc loco sic scribit *Ph. Rubenius Elect.* lib. II. cap. IV. Prior narratio expungitur damnaturque à sequenti. Si Aquila cum classe angulum nactus est, quomodo adjicit *reliqua classis in salo ad Leptim*? Sed auctor culpa vacat, & editio prisca verissime scribit & ordinat: *Aquila tempestate jactatus, cum classe propius promontorium superare non potuit: atque angulum quendam tutum à tempestate nactus, se longius à prospectu removit.* Cur hæc mutata? nam Aquila solus angulum illum cum na-

4 ctu removit. Reliqua classis in falo ad Leptim, egressis remigibus, passimque in littore vagantibus, partim in oppido victus sui mercandi gratia progressis, vacua  
5 à defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis, occasionem nactus, vigilia secunda Adrumeto<sup>1</sup> ex Cothone egressus, primo mane Leptim universa classe vectus, naves onerarias, quæ longius à portu in falo stabant, incendit, & penteres duas, vacuas à defensoribus nullo repugnante cepit.

1 LXIII. Cæsar interim celeriter per nuncios in castris, quum opera circuiret, certior factus, quæ aberant à portu millia passuum VI, equo admisso, omissis  
2 omnibus rebus, celeriter pervenit Leptim: <sup>2</sup> ibique moratus, omnes ut se naves consequerentur, primum ipse navigiolum parvum conscendit; in cursu Aquilam multitudinem navigiorum perterritum, atque trepidantem nactus, hostium classem sequi cœpit. Interim  
3 Varus celeritate Cæsaris audaciaque motus, cum universa classe, conversis navibus, Adrumetum versus fugere contendit: quem Cæsar in millibus passuum IV  
4 consecutus, recuperata quinqueremi cum omnibus suis epibatis, atque etiam hostium custodibus CXXX in ea nave captis, triremem hostium proximam, quæ in repugnando

vi sua cepit; reliqua classis ad Leptim appulit. Hactenus vir eruditus, cujus fidem aliquatenus firmant editt. Rom. Ven. Beroald. in iis enim legitur: *Aquila tempestate jactatus, cum classe propius promontorium superare non potuit, atque angulum quendam tutum a tempestate nactus, cum classe se longius a prospectu removit.* Davies.

1. Ex Cothone egressus ] Ex portu arte facto; nam Cothona sunt portus in mari, non naturales, sed arte & manus facti. Est autem & masculini & neutri generis: nam & cothon hujus cothonis facit, & cothonum hujus cothoni. Verba sunt Servii ad Æn. I,

431. Idem.

2. *Ibique moratus, omnes ut se naves consequerentur, primum ipse navigiolum parvum conscendit* ] Fulv. Ursini Codex *ibique moratur, omnes ut se naves consequerentur, postea ipse &c.* Sic & MSS. duo Thuanai, quam lectionem probat Joan. Godwinus. MS. autem Norvic. *ibique hortatur &c. post eo tempore parvulum navigiolum conscendit, ut legendum crediderim ibique hortatur, omnes ut se naves consequerentur; postea ipse parvulum navigiolum conscendit.* Editt. tamen Rom. Ven. Beroald. vulgatam lectionem retinent, quæ nihil habet absoni. Davies,

gnando erat commorata, onustam remigum epibatatumque cepit: reliquæ naves hostium promontorium 5  
superarunt, atque Adrumetum in Cothonem se universæ contulerunt. Cæsar eodem vento promontorium 6  
superare non potuit, atque in falo in anchoris ea nocte commoratus, prima luce Adrumetum accedit; ibique navibus onerariis, quæ erant extra Cothonem, incensis, omnibusque reliquis aliis aut subductis, aut in Cothonem compulsis, paullisper commoratus, si forte vellent classè dimicare, rursus se recepit in castra.

LXIV. In ea nave captus est P. Vestrius eques Romanus, & P. Ligarius Afranianus; quem Cæsar in Hispania cum reliquis dimiserat, & postea se ad Pompejum contulerat; inde ex proelio effugerat, in Africamque ad Varum venerat; quem ob perjurium perfidiamque Cæsar iussit necari: P. Vestrio autem, quod 2  
ejus frater Romæ pecuniam imperatam numeraverat, & quod ipse suam causam Cæsari probaverat, se Nafidii classè captum, quum ad necem duceretur, beneficio Vari esse servatum, postea facultatem sibi nullam datam transeundi, ignovit.

LXV. Est in Africa consuetudo incolarum, ut in agris, & omnibus fere villis sub terra specus, condendi frumenti gratia, clam habeant, atque id propter bella maxime, hostiumque subitum adventum præparent. Qua de re Cæsar certior per indicem factus, tertia 2  
vigilia legiones II cum equitatu mittit à castris suis millia passuum X; atque inde magno numero frumenti onustos 2 recipit in castra. Quibus rebus cognitis, Labienus progressus à suis castris millia passuum VII, per 3  
ju-

1. Et P. Ligarius Afranianus] In vett. editt. perperam legitur P. Ligarius Afranius. Ligarium ideo Afranianum vocat, quod in Hispaniis sub Afranio, & Petrejo meruerat. Rhellican.

2. Recipit in castra] Sic ex MSto Norvic. reposui: in aliis erat recepit in castra, quæ lectio minus convenit cum verbis præsentis temporis, quibuscum conjungitur. Davies.

jugum & collem, per quem Cæsar pridie iter fecerat; ibi castra duarum legionum facit; atque ibi ipse quotidie existimans Cæsarem eadem sæpe frumentandi gratia commeaturum, cum magno equitatu levique armatura insidiaturus locis idoneis confedit.

- 1 LXVI. Cæsar interim de insidiis Labieni ex perfugis certior factus, paucos dies ibi commoratus, dum hostes quotidiano instituto, sæpe idem faciendo in negligentiam adducerentur, subito mane imperat porta Decumana legiones se 11x veteranas cum parte equitatus sequi: atque, equitibus præmissis, neque opinantes insidiatores subito in convallibus latentes levi armatura concidit circiter D; reliquos in fugam turpissimam
- 3 coniecit. Interim Labienus cum universo equitatu fugientibus suis suppetias occurrit. Cujus vim multitudinis quum equites pauci Cæsariani jam sustinere non possent, Cæsar instructas legiones hostium copiis ostendit. Quo facto perterrita Labieno, ac retardato, suos equites recepit incolumes. 1 Postero die Juba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit.

- 1 LXVII. Cæsar interim, 2 quoniam frumenti inopia premebatur, copias omnes in castra conducit; atque præsidio Lepti, Ruspinae, Acillæ relicto, Cispio, Aquilæque classe transdita, ut alter Adrumetum, alter Thapsum mari obsiderent, ipse castris incensis, 1v noctis vigilia, acie instructa, impedimentis in sinistra parte collocatis, ex eo loco proficiscitur, & pervenit ad oppidum Agar, quod à Getulis sæpe antea oppugnatum, summaque vi per ipsos oppidanos erat defensum.

1. Postero die Juba &c.] Joan. Rhetlicanus valde insulse hanc Jubæ militarem animadversionem, seu potius crudelitatem, ad prælium apud Ruspina factum refert, cum id temporis Jubam adhuc in regno

suo fuisse, constat. Glandorp.

2. Quoniam frumenti inopia] MS. Norvic. qui frumenti inopia premebatur, & ea sane lectio æque placet ac vulgata. Davies.

sum. Ibi in campo castris unis positis, ipse frumentatum 2  
circum villas cum parte exercitus profectus, magno in-  
vento hordei, olei, vini, fici numero, pauco tritici,  
atque recreato exercitu, redit in castra. Scipio interim, 3  
cognito Cæsaris discessu, cum universis copiis per ju-  
gum Cæsarem subsequi cœpit; atque ab ejus castris  
millia passuum VI longe, trinis castris dispartitis co-  
piis, confedit.

LXVIII. Oppidum erat Zeta, quod aberat à Scipi- 1  
one millia passuum X, ad ejus regionem & partem ca-  
strorum collocatum, à Cæsare autem diversum ac re-  
motum, quod erat ab eo longe millia passuum XI IX.  
Huc Scipio legiones II frumentandi gratia misit. Quod 2  
postquam Cæsar ex perfuga cognovit, castris ex cam-  
po in collem, ac tutiora loca collocatis, atque ibi præ-  
sidio relicto, ipse IV vigilia egressus, præter hostium  
castra proficiscitur cum copiis, & oppido potitur. Le- 3  
giones Scipionis comperit longius in agris frumentari:  
& , quum eo contendere conaretur, animadvertit co-  
pias hostium iis legionibus occurrere suppetias; quæ  
res ejus impetum retardavit. Itaque, capto C. Mutio 4  
Regino equite Rom. Scipionis familiarissimo, qui ei  
oppido præerat, & P. Atrio equite Rom. de conven-  
tu Uticensi, & camelis XXI I regis adductis, præsi-  
dio ibi cum Oppio legato relicto, ipse se recipere cœ-  
pit ad castra.

LXIX. Quum jam non longe à castris Scipionis ab- 1  
esset, quæ eum necesse erat prætergredi; Labienus A-  
franiusque cum omni equitatu levique armatura ex in-  
fidiis adorti, agmini ejus extremo se offerunt, atque  
ex collibus primis I existunt. Quod postquam Cæsar 2  
animadvertit, equitibus suis hostium VI oppositis, sar-  
cinas

I. *Existunt* ] *Existere* proprie e-  
mergere, apparere & exoriri est.  
Cicero pro M. Cœlio: *Existat* igitur  
pro hac familia aliquis, & potissimum

*Cacus* ille &c. qui si *existit*, sic lo-  
quetur. Et de divinatione: *Anguis*  
ab ara *existit*. Glandorp.

- cinas legionarios in acervum jubet comportare, atque  
 3 celeriter signa hostibus inferre. Quod postquam cœ-  
 ptum est fieri; primo impetu legionum equitatus & le-  
 4 vis armatura hostium nullo negotio loco pulsa & de-  
 jecta est de colle. Quum jam Cæsar existimasset hostes  
 pulsos deterritosque finem laceffendi facturos, & iter  
 cœptum pergere cœpisset; iterum celeriter ex proximi-  
 5 mis collibus erumpunt, atque eadem ratione, qua ante  
 dixi, in Cæsar's legionarios impetum faciunt <sup>1</sup> Numi-  
 dæ, levisque armaturæ, mirabili velocitate præditi,  
 qui inter equites pugnabant, & una pariterque cum  
 5 equitibus accurrere & refugere consueverant. Quum  
 hoc sæpius facerent, & <sup>2</sup> Julianos proficiscentes inse-  
 querentur, & refugerent instantes, propius non acce-  
 derent, & singulari genere pugnae uterentur; eosque  
 jaculis convulnerare satis esse existimarent; Cæsar intel-  
 lexit nihil aliud illos conari, nisi ut se cogerent ca-  
 strata in eo loco ponere, ubi omnino aquæ nihil esset;  
 ut exercitus ejus jejunos, qui à quarta vigilia usque ad  
 horam x die nihil gustasset, ac jumenta siti perirent.
- <sup>1</sup> LXX. Quum jam ad Solis occasum esset, & non  
 totos c passus in horam i v esset progressus, equitatu  
 suo, propter equorum interitum, extremo agmine re-  
 moto, legiones invicem ad extremum agmen evocabat.
- <sup>2</sup> Ita vim hostium, placide leniterque procedens, per le-  
 gionarium militem commodius sustinebat. Interim e-  
 quitum Numidarum copiae dextra sinistraque per col-  
 les

1. *Numida, levisque armatura*] Editt. Rom. Ven. Beroald. perperam, omiſſa particula, repræſentant *Numida levis armatura*. MS. Norvic. exhibet *Numida levisque armatura*, ac ita reponendum, niſi forte, pro veteri ſcribendi ratione, *levis* nominativi pluralis cenſeatur. *Davies.*

2. *Julianos proficiscentes inſequerentur, & refugerent instantes, propius non accederent*] Editt. Rom. Ven. Beroald.

exhibent *Julianos proficiscentes inſequerentur & refugerent*: ſtantes propius non accederent; ſic & MS. Norvic. niſi quod in eo omittatur particula copulans, unde mutata diſtinctione legendum crediderim *Julianos proficiscentes inſequerentur & refugerent ſtantes, propius non accederent*; nam cap. LXX. teſtatur noſter, ſi tres aut quatuor veterani ſe convertiſſent, multos Numidas terga vertiſſe. *Davies.*

les præcurrere, coronæque in modum cingere multitudi-  
 tudine sua Cæsar's copias, pars agmen extremum in-  
 fequi: Cæsar's autem non amplius tres aut quatuor mi- 3  
 lites veterani, si se convertissent, & pila viribus con-  
 torta in Numidas infestos coniecissent, amplius 11 mil-  
 lium numero ad unum terga vertebant; ac rursus ad a-  
 ciem passim, conversis equis, se colligebant, atque in  
 spatio consequebantur, & jacula in legionarios conji-  
 ciebant. Ita Cæsar, modo procedendo, modo resisten- 4  
 do, tardius itinere confecto, noctis hora prima omnes  
 suos ad unum <sup>1</sup> in castris incolumes, faucibus x factis,  
 reduxit. Labienus, circiter ccc amissis, multis vulne- 5  
 ratis, ac defessis instando omnibus, ad suos se recepit.  
 Scipio interim legiones productas cum elephantis, quos 6  
 ante castra in acie, terroris gratia, in conspectu Cæsa-  
 ris collocaverat, reducit in castra.

LXXI. Cæsar contra ejusmodi hostium genera co- 1  
 pias suas, non ut Imperator exercitum veteranum, vi-  
 ctoremque maximis rebus gestis, <sup>2</sup> sed ut lanista tirones  
 gladiatores condocere: quo pede se reciperent ab ho- 2  
 ste, & quemadmodum obversi adversariis, & in quan-  
 tulo spatio resisterent, modo procurrerent, modo re-  
 cederent; comminarenturque impetum, ac prope quo  
 loco, <sup>3</sup> & quemadmodum tela mitterent, præcipit:  
 mirifice enim hostium levis armatura anxium exerci- 3  
 tum nostrum atque sollicitum habebat: quia & equi-  
 tes

1. In castris incolumes — reduxit] Non necesse est ut cum Pet. Ciaccio legamus in castra, nam hæc præpositio, etiam cum motum denotet, ablativo jungitur, ut inter alios ostendit G. J. Vossius de Construct. cap. LXV. Davies.

2. Sed ut lanista tirones gladiatores condocere] Ait tirones gladiatores, quia in ludo genera duo, Tirones sive novitii, & Veterani. Hi nobiliores, & usu longo edocti. Ad illos cura & institutio præcipue pertine-

bat. Vide Just. Lipsium lib. I. Saturn. cap. xv. ubi fufe de lanistis. Brant.

3. Et quemadmodum tela mitterent, præcipit] Editt. Rom. Ven. præcepit, in MS. autem Norvic. est præciperent, unde proculdubio legendum præcipere, supra enim dixit ut lanista tirones gladiatores condocere, cum quo hic locus componi non potest, nisi subjiciatur modus infinitivus, Davies.



tes deterrebat proelium inire, propter equorum interitum; quod eos jaculis interficiebat; & legionarium militem defatigabat propter velocitatem; gravis enim armaturæ miles simul atque <sup>1</sup> ab his insectatus constiterat, in eosque impetum fecerat, illi veloci cursu facile periculum vitabant.

**LXXII.** Quibus ex rebus Cæsar vehementer commovebatur: quia, quodcumque proelium, quoties erat commissum, equitatu suo, sine legionario milite, hostium equitatu, levique armaturæ eorum nullo modo par esse poterat. Sollicitabatur autem his rebus, quod nondum hostium legiones cognoverat, & quoniam modo sustinere se posset ab eorum equitatu, levique armatura, quæ erat mirifica, si legiones quoque accessissent. Accedebat etiam hæc causa, quod elephantorum magnitudo multitudoque militum animos detinebat in terrore; cui uni rei tamen invenerat remedium: namque elephantos <sup>2</sup> ex Italia transportari iusserat, quo & miles noster speciemque & virtutem bestię cognosceret, & cui parti corporis ejus telum facile adjici posset; ornatuque ac loricatus elephante quum esset, quæ pars ejus corporis nuda sine tegmine relinqueretur, ut eo tela conjicerentur: præterea, ut jumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem, <sup>3</sup> consue-

1. *Ab his insectatus*] Hoc participium, quod vulgo *deponens* censetur, hic loci *passive* accipitur, quin & aliis id genus multis idem contigit, quemadmodum ostendit G. J. Vossius de Anal. lib. III. cap. VI. Hinc factum, ut hujusce verbi *activam* terminationem adhibuerit Plautus Captiv. Act. III. Sc. IV, 61. Davies.

2. *Ex Italia transportari*] Ita edidit Jos. Scaliger, & sic emendarunt Pet. Ciacconius & Just. Lipsius Elect. lib. II. cap. XXII. cum in libris MSS. & antiquitus excusis legatur *in Italiam transportari*, quam lectio-

nem tueri frustra aggressus est Joann. Goduinus, nam Cæsarem *σεπτιώτρας τῆς ΕΚ ΤΗΣ ΙΤΑΛΙΑΣ ἢ ΕΛΕΦΑΝΤΑΣ μεταπέμψασθαι* testatur Dion. I. XLIII. pag. 215. Vitiosa tamen illa lectione deceptus videtur Jul. Celsus; hic enim pag. 225. ed. Londin. sic loquitur: *Huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in castra, & aliquos in Italiam mittendo* &c. Idem.

3. *Consuetudine captarum non reformidarent*] Reponit Pet. Ciacconius *consuetudine earum*, vel *consuetudine captarum non reformidarent*; & sane à po-

fuetudine captarum non reformidarent. <sup>1</sup> Quibus ex 6  
rebus largiter erat consecutus: nam & milites bestias  
manibus pertractabant, earumque tarditatem cogno-  
scebant: equitesque in eos <sup>2</sup> pila præpilata conjiciebant;  
atque <sup>3</sup> in consuetudinem equos patientia bestiarum  
adduxerat.

LXXIII. Ob has causas, quas supra commemora- 1  
vi, sollicitabatur Cæsar, tardiorque & consideratior  
erat factus, & ex pristina bellandi consuetudine celeri-  
tateque excesserat: nec mirum; copias enim habebat 2  
in Gallia bellare consuetas locis campestribus, & con-  
tra Gallos homines apertos minimeque insidiosos; qui  
per virtutem, non per dolum, dimicare consueverunt:  
tum autem erat ei laborandum, ut consuefaceret mili- 3  
tes hostium dolos, infidias, artificia cognoscere, &  
quid sequi, quid vitare conveniret. Itaque quo hæc 4  
celerius conciperent, dabat operam, ut legiones non  
in

posteriori conjectura non abhorre-  
rem, nisi MS. *Norv.* lectionem ex-  
hiberet, quæ sententiæ ad amussim  
quadrat; in illo enim est consuetudi-  
ne capta non reformidarent, ac ita re-  
scribendum. *Davies.*

1. *Quibus ex rebus largiter erat con-  
secutus*] Primas tres voculas contra  
fidem Codicum delendas censuit  
*Jos. Scaliger*, qua emendatione re-  
cepta, aliter distinguenda est ora-  
tio, quam in sua editione fecit vir  
maximus. *Pet. Ciacconio* placet *quas  
res largiter erat consecutus*; sed hæc  
nimia est mutatio. Vide an felicius  
conjecerim *quibus hæc rebus &c.* ne  
scilicet equi virive bestias timerent.  
*Idem.*

2. *Pila præpilata*] *Joan. Glandorpus*  
aliique, censuerunt *pila præpilata* hic  
esse tela ferreis cuspidibus instru-  
cta; sed *Just. Lipsio* adsentiendum,  
qui *Poliore.* lib. iv. Dial. iv. no-  
tavit *pila præpilata* sine ferro esse,  
nec aliud quam pilæ instar, obtu-

so acuminæ, rotunda. Certe, quod  
non observavit vir doctissimus, ele-  
phanti, cum vulnerantur, non ita  
lenes se præstare sunt soliti, ut eo-  
rum patientia equos in consuetudinem ad-  
duceret. Vide *Florum* lib. i. c. xviii.  
12, & hujusce libri cap. lxxxiv.  
*Idem.*

3. *In consuetudinem equos patientia  
bestiarum adduxerat*] *Editr. Rom. Ven.  
Beroald.* exhibent *in consuetudinem e-  
quos ipsarum bestiarum adduxerant*,  
quam quidem lectionem à Criticis  
vulgatæ sensum non capientibus  
profectam arbitror. *Pet. Ciacconius* re-  
ponit *consuetudine equos patientia bestia-  
rum adduxerat* vel *equos consuetudine in  
patientiam &c.* *Just. Lipsius* *Pol.* lib.  
iv. Dial. iv. legit *in consuetudinem  
equos patientiæ bestiarum adduxerant.*  
Mihi quidem sana videtur lectio re-  
cepta, dummodo vox *patientia* no-  
minandi casu posita intelligatur. *Idem.*

in uno loco contineret, sed per causam frumentandi, huc atque illuc raptaret: ideo quod hostium copias ab se, suoque vestigio non discessuras existimabat. Atque post diem III productas accuratius suas copias, sicut instruxerat, <sup>1</sup> propter hostium castra prætergressus, æquo loco invitat ad dimicandum. Postquam eos abhorrere videt, reducit sub vesperum legiones in castra.

**1** LXXIV. Legati interim ex oppido Vacca, quod finitimum fuit Zetæ, cujus Cæsarem potitum esse demonstravimus, veniunt. Petunt & obsecrant, *ut sibi præsidium mittat: se res complures, quæ utiles bello sint, administraturos.* Per id tempus, <sup>2</sup> Deorum voluntate studioque erga Cæsarem, transfuga suos cives facit certiores: *subam regem celeriter cum copiis suis, antequam Cæsaris præsidium eo perveniret, ad oppidum adcurrisse, atque, adveniente multitudine circumdata, eo potitum; omnibus ejus oppidi incolis ad unum interfectis, dedisse oppidum diripiendum delendumque militibus.*

**1** LXXV. Cæsar interim, lustrato exercitu a. d. XII Kal. Apr. postero die productis universis copiis, <sup>3</sup> progressus

1. Propter hostium castra prætergressus] Cur prima vox in editt. Rom. Ven. Beroald. non compareat, in causa fuit editorum inscitia, qui præpositionis illius significatum non intelligebant. Propter hostium castra idem valet ac prope hostium castra. Sic Plantus Amphit. Act. IV. Sc. 1, 8. Quem propter corpus suum stupri compleverit. Et Curcul. Act. IV. Sc. 1, 15. In medio propter Canalem. Adiectam quæ notavimus ad hujusce libri cap. xxxvii. Davies.

2. Deorum voluntate studioque erga Cæsarem] Sic reposui ex MS. Norvic. & ed. Steph. eandemque lectionem in suo Codice inventam probavit Fulv. Ursinus; & jure quidem me-

rito, quippe quæ cum auctoris sententia pulchre conveniat, nam Dii immortales, inquit ille Bell. Alex. cap. lxxv. quum omnibus casibus belli intersunt, tum præcipue eis, quibus nihil ratione potuit administrari. In vulgg. erat de eorum voluntate studioque erga Cæsarem, unde factum, ut verba illa pro Glossemate habuerit Just. Lipsius Elect. lib. II. cap. xxii. Idem.

3. Progressus à suis castris] Hanc lectionem MS. Norvic. & edit. Rob. Stephani A. D. 1544. debemus. In aliis tam præcis, quam nuperis excusis legebatur processus à castris, quæ nova est locutio & Latinis auribus inaudita. Idem.

gressus à suis castris millia passuum v, à Scipionis circiter 11 millium interjecto spatio, in acie constitit. Postquam satis diuque adversarios à se ad dimicandum 2 invitatos superfedere pugnae animadvertit, reducit copias. Postero die castra movet, atque iter ad oppidum Sarsuram, ubi 1 Scipio Numidarum habuerat praesidium, frumentumque comportaverat, ire contendit. Quod 4 ubi Labienus animadvertit, cum equitatu levique armatura agmen ejus extremum carpere coepit: atque ita lixarum mercatorumque, qui plostris merces portabant, interceptis sarcinis, addito animo, propius audaciusque accedit ad legiones, quod existimabat milites sub onere ac sub sarcinis defatigatos pugnare non posse. Quae res Caesarem non fefellerat: namque expeditos ex singulis legionibus tricenos milites esse jussit; itaque eos in equitatum Labieni immisos turmis suorum suppetias mittit. Tum Labienus, conversis equis, signorum conspectu perterritus, turpissime contendit fugere; multis ejus occisis, compluribus vulneratis. Milites legionarii ad sua se recipiunt signa, atque iter inceptum ire coeperunt: Labienus per jugum summum collis dextrorsus procul 2 milites subsequi non desistit.

LXXVI. Postquam Caesar ad oppidum Sarsuram 1 venit, inspectantibus adversariis, interfecto praesidio Scipionis, quum suis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio Scipionis evocato, qui ibi praerat, atque à multitudine circumvento interfectoque, oppido potitur; atque ibi frumento exercitui 2 dato, postero die ad oppidum Tisdram pervenit, in quo

1. *Scipio Numidarum habuerat praesidium* | MS. *Norwic.* repraesentat *Scipio Numidarum habebat praesidium*, quae sane lectio non paullo est melior, cum enim Caesar ad oppidum Sarsuram venit, ibi praesidium Scipionis repertum interfecit. Vide c.

LXXVI. *Davies.*

2. *Milites subsequi non desistit*] MS. *Norwic.* editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *subsequi non desistit*, omissa prima voce, quae nullo sententiae detrimento abesse potest. *Idem.*

quo Confidius per id tempus fuerat cum grandi præ-  
 3 fidio, cohorteque sua gladiatorum. Cæsar, oppidi na-  
 tura perspecta, <sup>1</sup> atque inopia ab oppugnatione ejus  
 deterritus, protinus profectus circiter millia passuum  
 1 v <sup>2</sup> ad aquam facit castra; atque inde 1 v die egres-  
 sus, redit rursus ad ea castra, quæ ad Agar habue-  
 rat. Idem facit Scipio, atque in antiqua castra copias  
 reducit.

- 1 LXXVII. Thabenenses interim, qui sub ditione &  
 potestate Jubæ esse consueverant, in extrema ejus regni  
 regione maritima locati, interfecto regio præsidio, le-  
 gatos ad Cæsarem mittunt; <sup>3</sup> rem à se gestam docent:  
 petunt orantque, ut suis fortunis, de populo Rom.  
 2 quod bene meriti essent, auxilium ferret. Cæsar, eo-  
 rum consilio probato, <sup>4</sup> M. Crispum Tribunum cum  
 cohorte, & sagittariis, tormentisque compluribus præ-  
 3 sidio Thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus  
 omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut, com-  
 meatu dato, cum signis non potuerant ante transire  
 in Africam, ad millia 1 v, equites CD, funditores sa-  
 4 gittariique ∞ uno com meatu Cæsari occurrerunt. Ita-  
 que tum his copiis, & omnibus legionibus eductis,  
 sicut erat instructus, 11 x millibus passuum à suis ca-  
 stris, ab Scipionis vero 1 v millibus longe constitit in  
 campo.

LXXVIII.

1. *Atque inopia ab oppugnatione ejus deterritus*] *Just. Lipsius* Elect. lib. II. cap. XXI. rescribit *aquæ inopia*; sed si, ut videtur, *Hirtius* rerum oppido expugnando necessariorum inopiam intelligat, haud opus est, ut ejus conjecturam recipiamus. *Davies.*

2. *Ad aquam facit castra*] Sic edidimus ex fide MS. *Norvic.* & edit. *Steph.* Vulgg. *perperam fecit castra.* Idem.

3. *Rem à se gestam docent*] Hæc conjectura *Just. Lipsii* Elect. lib. II. cap. XXI. quem in sua edit. secutus est *Jes. Scaliger.* Omnes Codd.

*rem male gestam* exhibent. Inepte prorsus; cum pro *Cæsaris* & *Hirtii* sententia optime se gesserint *Thabenenses.* *Idem.*

4. *M. Crispum*] *Quidam* legunt *M. Crispium.* Sed hujus *M. Crispi* multa mentio fit à *Dione* libro quadragésimo septimo, & à *Cicerone* *Philipp.* XI. cum scribit, *Q. Marcio Crispo Procos. L. Statio Murcio Procos.* Legendum tamen existimo apud *Ciceronem*, *M. Crispo Procos.* ex ipso *Dione*, nam de eodem apud utrumque agi non dubium est. *Graccon.*

LXXVIII. Erat oppidum infra castra Scipionis nomine Tegea, ubi praesidium equestre <sup>1</sup> circiter CD habere consueverat. Eo equitatu dextra sinistraque directo ab oppidi lateribus, ipse, legionibus ex castris eductis, atque in jugo inferiore instructis, non longius fere  $\infty$  passus ab suis munitionibus progressus, in acie constitit. Postquam diutius in uno loco Scipio commorabatur; & tempus diei in otio consumebatur; Cæsar equitum turmas suorum jubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem; levemque armaturam, sagittarios funditoresque eodem submittit. Quod ubi coeptum est fieri; & equis concitatis Juliani impetum fecissent; Pacidius suos equites exporrigere coepit in longitudinem, ut haberent facultatem turmas Julianas circumfundere, & nihilo minus fortissime acerrimeque pugnare. Quod ubi Cæsar animadvertit, CCC, quos ex legionibus habere expeditos consueverat, ex proxima legione, quæ ei proelio in acie constiterat, jubet equitatu succurrere. Labienus interim suis equitibus auxilia equestria submittere, sauciisque ac defatigatis integros, recentioribusque viribus equites subministrare. Postquam equites Juliani CD vim hostium ad IV millia numero sustinere non poterant, & à levi armatura Numidarum vulnerabantur, <sup>2</sup> minutatimque cedebant; Cæsar alteram alam mittit, qui fatigentibus celeriter occurrerent. Quo facto

<sup>1</sup>. Circiter CD habere consueverat] MS. Norvic. omissis notis numerabilibus, exhibet circiter nullo habere consueverat, unde legendum arbitror circiter CD numero &c. Sic infra hoc ipso capite: Vim hostium ad IV millia numero sustinere non poterant. Ac lib. II. de Bell. Gall. cap. IV. Oppida habere numero XII. Ita & alibi passim. Davies.

<sup>2</sup>. Minutatimque cedebant] Sensim, paullatim. Sic supra cap. XXXI. Intra munitiones minutatim modestaque

sine tumultu aut terrore se recipere. Hic tamen vocis usus in causa fuit, cur non optimum Latinitatis auctorem nostrum vocarit J. M. Brutus. Perperam sane. Varro R. R. lib. I. cap. XX. Tum ita subigendum, ut minutatim assuesciant. Et lib. II. cap. VII. Quotidie adjiciendo minutatim. Vide & Senecam in Consol. ad Helv. cap. VIII. In editt. Rom Ven. Beroald. legitur minutatimque cedebantur, Joann. Rhellicano frustra applaudente. Idem.

cto sui sublato universi, in hostes impressione facta, in fugam adversarios dederunt, multis occisis, compluribus vulneratis: insecuti per 111 millia passuum, usque in colles hostibus adactis, se ad suos recipiunt.

9 Cæsar in horam x commoratus, sicut erat instructus, 10 se ad sua castra recepit, omnibus incolumibus: in quo prælio Pacidius graviter pilo per cassidem caput ictus, compluresque duces, ac fortissimus quisque interfecti, vulneratique sunt.

1 LXXIX. Postquam nulla conditione cogere adversarios poterat, ut in æquum locum descenderent, legionumque periculum facerent; neque ipse propius hostem castra ponere propter aquæ penuriam se posse animadverteret, adversarios 1 non eorum virtute confidere, sed aquarum inopia fretos, despiciere se intellexit: pridie Non. Apr. tertia vigilia egressus, ab Agar xvi millia passuum nocte progressus, ad Thapsum, ubi Vergilius cum grandi præsidio præerat, castra ponit, oppidumque eo die circummunire cœpit, locaque idonea opportunaque complura præsidiis occupare; ne hostes intrare ad se, ac loca interiora capere possent. Scipio interim, cognitis Cæsaris consiliis, ad necessitatem adductus dimicandi, ne per summum dedecus fidissimos suis rebus Thapsitanos & 2 Vergilium amitteret; confestim Cæsarem per superiora loca consecutus, millia passuum 11x à Thapso binis castris contendit.

1 LXXX. Erat stagnum salinarum, inter quod, & mare, angustia quædam non amplius mille & quingentos

1. Non eorum virtute confidere ] Quemadmodum pronomen reciprocum pro demonstrativo subinde ponitur, ut ostendit Joan. Vossius de Latin. falso suspect. cap. v. ita, vice versa, ἀποδεικτικῶν in reciproci locum hic succedit. Sic & apud Hyginum Fab. LXXX. Tunc deprecatus Pol-

lux, ut liceret EI munus suum cum fratre communicare. Plura congeffit G. J. Vossius de Construct. cap. lvi. Davies.

2. Vergilium amitteret ] Sic legitur in editt. Rom. Ven. Beroald. & , ut opinor, rectius, quam in MS. Norvic. Virgilium desereret. Idem.

gentos passus intererant; quas Scipio intrare, & Thapsitanis auxilium ferre conabatur: quod futurum Cæsarem non fefellerat; namque pridie in eo loco castello munito, ibique trino præsidio relicto, ipse cum reliquis copiis <sup>1</sup> lunatis castris Thapsum operibus circummunivit. Scipio interim exclusus ab incepto itinere, supra stagnum postero die & nocte confecta, cælo albente, non longe à castris præsidioque, quod supra commemoravimus,  $\infty$  c passibus, ad mare versus confedit, & castra munire cœpit. Quod postquam Cæsari nunciatum est, <sup>2</sup> milite ab opere deducto, castris præsidio Asprenate proconsule cum legionibus  $\text{II}$  relicto, ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit; classisque parte ad Thapsum relicta, reliquas naves jubet post hostium tergum quam maxime ad littus appellere, signumque suum observare; quo signo dato, subito clamore facto, ex improvise hostibus averfis incuterent terrorem; ut perturbati, ac perterriti respicere post terga cogerentur.

LXXXI. Quo postquam Cæsar pervenit, & animadvertit <sup>3</sup> aciem pro vallo Scipionis, elephantosque dextro sinistroque cornu collocatos, & nihilo minus partem militum castra non ignaviter munire; ipse acie triplici collocata, legione x secundaque dextro cornu;  $\text{IIX}$  &  $\text{IX}$  sinistro, oppositis v legionibus in quarta acie,

1. Lunatis castris] In lunæ formam positus, quemadmodum & lunati vocantur calcei. Sic & Virgilius Æneid. 1, 494. peltas lunatas vocat; quod (ut Servius exponit) in modum Luna media essent formata. Rhellican.

2. Milite ab opere deducto] Hæc lectio est à MS. Norvic. & edit. Beroald. eandemque ex Codd. Gallic. asseruit Joan. Goduinus. Vulgg. milites ab opere deductos, quo modo si legas, non constat σύνταξις. Davies.

3. Aciem pro vallo Scipionis, ele-

phantosque dextro sinistroque cornu collocatos] Nonnihil hic turbant MSti & antiquitus excusi. In nonnullis est aciem pro vallo Scipionis, castris elephantisque — collocatis, unde reperit Joan. Glandorpius, aciem pro vallo Scipionis instructam, elephantis dextro sinistroque cornu collocatis. MS. Norvic. exhibet pro vallo Scipionis, contra elephantos — collocatos; sic & editt. Rom. Ven. Beroald. nisi quod illæ collocatam. Sed his omnibus multum præstat recepta lectio. Idem.



- cie , ante ipsa cornua quinque cohortibus contra bestias collocatis , sagittariis , funditoribus in utrisque cornibus dispositis , levique armatura inter equites interjecta , ipse pedibus circum milites concursans , virtutesque veteranorum , præliaque superiora commemorans ,
- 2 blandèque appellans , animos eorum excitabat. Tirones autem , qui nunquam in acie dimicassent , hortabatur , *ut veteranorum virtutem emularentur , eorumque famam , nomen locumque , victoria parta , cuperent possidere.*
  - 1 LXXXII. Itaque in circumeundo exercitum , animadvertit hostes circa vallum trepidare , atque ultro citroque pavidos concurrere , & modo se intra portas recipere , modo inconstanter immoderateque prodire :
  - 2 quumque idem à pluribus animadverti cœptum esset ; subito legati evocatique obsecrare Cæsarem , *ne dubitaret signum dare : victoriam sibi propriam à diis immortalibus portendi.* Dubitante Cæsare , atque eorum studio cupiditateque resistente , sibi que eruptione pugnari non placere clamitante , & etiam atque etiam aciem sustentante , subito dextro cornu , <sup>1</sup> injussu Cæsaris , tubicen ,
  - 4 à militibus coactus , canere cœpit. Quo facto ab universis cohortibus signa in hostem cœpere inferri , quum centuriones pectore adverso resisterent , vique continerent milites , ne injussu imperatoris concurrerent , nec quidquam proficerent.
  - 1 LXXXIII. Quod postquam Cæsar intellexit , incitatis militum animis resisti nullo modo posse , <sup>2</sup> signo *Felicitatis* dato , equo admissio in hostem contra principes ire contendit. A dextro interim cornu funditores sagittariique concita tela in elephantos frequentes injiciunt.

1. Injussu Cæsaris , tubicen &c. ] Idem confirmat Florus , qui lib. IV. cap. II , 66. quod nunquam alias accidisset , ante imperium Ducis sua sponte signa cecinisse scribit. Glandorp.

2. Signo Felicitatis dato ] De signis militaribus , quæ Græci συνθήματα ή σύμβολα , Romani tesseras vocant , legatur Fl. Vegetius lib. III. cap. V. Idem.

ciunt. Quo factò bestię stridore fundarum lapidumque 3  
 deterritæ sese convertere, & suos post se frequentes  
 stipatosque proterere, & in portas valli semifactas ruere  
 contendunt. Item Mauri equites, qui in eodem cornu 4  
 cum elephantis erant, præsidio deserti principes fugi-  
 unt. Ita celeriter bestiis circuitis, legiones vallo ho-  
 stium sunt potitæ: & paucis acriter repugnantibus in-  
 terfectis, reliqui concitati in castra, unde pridie erant  
 egressi, confugiunt.

LXXXIV. Non videtur esse prætermittendum de 1  
 virtute militis veterani v legionis: nam quum in fini-  
 stro cornu elephante vulnere ictus & dolore concita-  
 tus in lixam inermem impetum fecisset, eumque sub  
 pede subditum, deinde genu innixus pondere suo,  
 1 proboscide erecta vibrantique, stridore maximo pre-  
 meret atque enecaret; miles hic non potuit pati, quin  
 se armatum bestię offerret: quem postquam elephan- 2  
 tus ad se telo infesto venire animadvertit, relicto ca-  
 davere militem proboscide circumdat, atque in subli-  
 me extollit armatum. Qui in ejusmodi periculo quum 3  
 constanter agendum sibi videret, gladio proboscidem,  
 quo erat circumdatus, cædere, quantum viribus po-  
 terat, non destitit: quo dolore adductus elephante,  
 milite abjecto, maximo cum stridore cursuque conver-  
 sus ad reliquas bestias se recepit.

LXXXV. Interim Thapso qui erant præsidio, ex 1  
 oppido eruptionem porta maritima faciunt; & , sive  
 ut suis subsidio occurrerent; sive ut, oppido deser-  
 to, fuga salutem sibi pararent, egrediuntur, atque  
 ita per mare 2 umbilici sine ingressi, terram petebant:  
 1 qui

1. *Proboscide erecta vibrantique* ]  
 MS. *Norvic.* habet *promuscide erecta*  
*vibratimque*; sic & postea, ubi ma-  
 nus elephanti in vulgg. vocatur *pro-*  
*boscis*, is Codex *promuscidem* constan-  
 ter repræsentat. Ita etiam apud *Pli-*  
*nium Hist. Nat. lib. VIII. cap. VII.*

nonnulli libri *proboscidem* exhibent;  
 dum in aliis manu exaratis Codd.  
*promuscis* legatur. *Davies.*

2. *Umbilici sine ingressi* ] Sic *Sallu-*  
*stius Hist. lib. III. Fine inguinum.* Vi-  
 de quæ in eum scripsi, *Færnus* le-  
 git *tenus*, *Ciaccon.*

2<sup>1</sup> qui à servitiis puerisque, qui in castris erant, lapidibus pilisque prohibiti terram attingere, rursus se in oppidum receperunt. Interim Scipionis copiis prostratis, passimque toto campo fugientibus, confestim Cæsaris legiones consequi, spatiumque se non dare colligendi: qui postquam ad ea castra, quæ petebant, perfugerunt, ut relictis castris rursus sese defenderent; ducem aliquem requirunt, quem respicerent, cujus auctoritate imperioque rem gererent: qui postquam adverterunt neminem ibi esse præsidio, protinus armis abjectis in regia castra fugere contendunt. Quo postquam pervenerunt, 2<sup>2</sup> eaque ab Julianis teneri vident, desperata salute in quodam colle consistunt; atque 3<sup>3</sup> armis demissis, salutationem more militari faciunt. Quibus miseris ea res parvo præsidio fuit: namque milites veterani ira & dolore incensi, non modo, ut parcerent hosti, non poterant adduci, sed etiam ex suo exercitu illustres urbanos, 4<sup>4</sup> quos auctores appellabant, complures aut vulnerarunt, aut interfecerunt: in quo numero fuit Tullius Rufus quæstorius: qui pilo transjectus consulto à milite interiit. Item Pompejus Rufus brachium

1. *Qui à servitiis puerisque*] Sic restitui ex MS. *Norvic.* & edit. *Rom. Ven. Beroald.* cum in nuperius impressis ex *Glossenate* legatur *qui à servis puerisque.* Noster hujusce libri cap. LXXXVIII. Hortatur, ut servitia manmitterent. *Sallustius* Bell. Cat. cap. xxiv. Credebat posse servitia urbana sollicitare. *Florus* lib. III. cap. XXI, II. Servitia (pro nefas!) & ergastula armantur. Vide & *Livium* lib. I. cap. xl. *Davies.*

2. *Eaque ab Julianis teneri vident, desperata*] In MS. *Norvic.* & antiquitus excusis est ea quoque ab *Julianis teneri vident. Desperata* &c. Quæ quidem lectio, ut & interpunctio, ob Codicum consensum est recipienda. *Idem.*

3. *Armis demissis*] *Jean. Godwinus*

testatur MSS. Gallic. habere *armis dimissis*, quod & in Cod. *Norvic.* ac præficus edit. reperitur. Sed vulgaram scripturam tuetur *Jul. Celsus*, qui pag. 228. miseros hocce salutationem militarem armorum motu fecisse notat. *Idem.*

4. *Quos auctores appellabant*] *J. Lipsius* lib. II. Elect. cap. xxii. reponit *fautores.* Milites scilicet turbidi & feroces, quosdam etiam è suis interfecere, quos favere (solutum in civilibus bellis) & pronos esse dicebant in hostem. Iis *fautorum* nomen inditum, per lasciviam militarem. Nominatim usurpavit *Hirtius* de B. Hisp. cap. xx. *Ut diligentia adhibita perquirerent, qui essent suarum partium, itemque adversariorum victoria fautores.* *Brant,*

chium gladio percussus, nisi celeriter ad Cæsarem ad-  
 cucurrisset, interfectus esset. Quo facto complures e- 8  
 quites Rom. senatoresque perterriti ex prælio se re-  
 ceperunt; ne à militibus, qui ex tanta victoria <sup>1</sup> li-  
 centiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, im- 9  
 punitate propter maximas res gestas, ipsi quoque in-  
 terficerentur. Itaque ii omnes Scipionis milites, <sup>2</sup> quum  
 fidem Cæsaris implorarent, inspectante ipso Cæsare,  
 & à militibus deprecante eis uti parcerent, ad unum  
 sunt interfecti.

LXXXVI. Cæsar trinis castris potitus, <sup>3</sup> occisif- 1  
 que hostium x millibus, fugatisque compluribus, se  
 recepit, L militibus amissis, paucis faucis, in castra:  
 ac statim ex itinere ante oppidum Thapsum constitit, 2  
 elephantosque LXIV ornatos armatosque cum turribus  
 ornamentisque capit, captos ante oppidum instructos  
 constituit: id hoc consilio, si posset Vergilius, quique  
 cum eo obsidebantur, rei male gestæ suorum indicio  
 à pertinacia deduci. Deinde ipse Vergilium appellavit, 3  
 invitavitque ad deditonem, suamque lenitatem & cle-  
 mentiam commemoravit: quem postquam animadver-  
 tit

1. *Licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, impunitate propter maximas res gestas*] Locus est corruptus, quem Joan. Glandorpheus ita supplet *licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, & spem impunitatis* &c. Joan. vero Goduinus Codd. Gallic. secutus, reponit *immoderate peccandi impunitatis*, ex qua emendatione qui sensum commodum exculperit, nã is mihi quidem magnus erit Apollo. Editt. Steph. & Lausannensis A. D. 1575. repræsentant *immoderate peccandi impunitatis*, unde, vocula suppleta, scribendum *immoderate peccandi, impunitatis spe propter maximas res gestas*, quemadmodum MS. Norvic. disertim exhibet. Davies.

2. *Quum fidem Cæsaris implorarent*] Implorare, ut Servius exponit in Vir-

gili lib. x. Æn. vs. 19. est *auxilium cum miseratione deprecere. Qua ratione bene dicimus imploro te ut misero feras auxilium. Noster supra lib. viii. de B. G. cap. XLVII. Repente suorum omnium invocat fidem. Cæsar lib. v. cap. VII. Suorumque fidem implorare cæpit. Brant.*

3. *Occisifque hostium x. millibus*] Plutarchus in hac pugna quinque hostium myriadas, id est, LM. interemta scribit. Cæterum hanc victoriam vi Idus Aprilis consecutus est, de qua Ovidius Fast. iv.

*Hæc ait illa dies Libycis qua Cæsar in oris*

*Perfida magnanimi contudit arma Juba.*

Glandorp.

4 tit responsum sibi non dare, ab oppido recessit. Postero die, divina re facta, concione advocata, in conspectu oppidanorum milites collaudat: totumque exercitum veteranum donavit; præmia fortissimo cuique, ac bene merenti pro suggestu tribuit: ac statim inde digressus, C. Rebello proconsule cum III ad Thapsum legionibus, & Cn. Domitio cum II Tisdræ, ubi Confidius præerat, ad obsidendum relictis, M. Messalla<sup>1</sup> Uticam ante præmissis, cum equitatu ipse eodem iter facere contendit.

1 LXXXVII. Equites interim Scipionis, qui ex prælio fugerant, quum Uticam versus iter facerent, perveniunt<sup>2</sup> ad oppidum Paradam. Ubi, quum ab incolis non reciperentur, ideo quod fama de victoria Cæsaris præcucurrisset; vi oppido potiti, in medio foro lignis coacervatis, omnibusque rebus eorum congestis, ignem subjiciunt, atque ejus oppidi incolas cujusque generis, ætatisque, vivos, constrictosque in flammam conjiciunt, atque ita acerbissimo afficiunt supplicio: 2 deinde protinus Uticam perveniunt. Superiore tempore<sup>3</sup> M. Cato, quod Uticensibus propter beneficium<sup>4</sup> legis Juliæ parum in suis partibus præsidii esse existi-

ma-

1. *Uticam ante præmissis, cum equitatu*] Vitiosa est interpunctio, quam tamen omnes editt. præter Beroaldinam retinent, ex qua rescribo *Uticam ante præmissis cum equitatu, ipse &c.* Hanc conjecturam firmat *Ful. Celsus*, qui pag. 229. sic ait: *M. Messallam cum equitatu Uticam præmittit: ipse cum exercitu subsequitur. Davies.*

2. *Ad oppidum Paradam*] Ex MS. *Norvic.* & edit. *Rom.* legendum *ad oppidum Parade.* Sic cap. xci. *In oppido Zama lignis congestis*; ita enim ex iisdem Codd. rescribendum, non *Zama*, quod in aliis exhibetur. Eam locutionem probam esse Librarii non rati, perperam mutarunt. Vide not. ad hujusce libri cap. xxxvi.

Hoc autem oppidum *Strabo Geogr. lib. xvii. pag. 831. Παργὴ* vocavit, *Ful. Celsus* pag. 230. *Paradam*; lege *Paradam.* Idem.

3. *M. Cato, quod Uticensibus*] *Faërus* reponit: *M. Cato, quod in Uticensibus, propter beneficium legi Juliæ, parum suis partibus præsidii esse existimabat.* Ciaccon.

4. *Legis Juliæ*] *Ful. Cæsar* multas leges tulit, at *Hirtius* de ea hic loquitur, qua cautum erat, ut liberis populis libertas non auferretur. De qua consule *M. Ciceronem* in xxxviii. oratione, quam in L. Pisonem habuit. Quum ergo & Uticenses suam libertatem Cæsaris beneficio retinissent, ad illius par-

tes

maverat, plebem inermem oppido ejecerat, & ante portam Bellicam castris, fossaque parvula dumtaxat munierat, ibique custodiis circumdatis, habitare coegerat; senatum autem oppidi custodia tenebat. Eorum castra ii equites adorti expugnare coeperunt, ideo quod eos partibus Cæsaris favisse sciebant, ut, eis interfectis, eorum pernicie dolorem suum ulciscerentur. Uticenses, animo addito ex Cæsaris victoria, lapidibus fustibusque equites repulerunt. Itaque, postquam castra non potuerant potiri, Uticam se in oppidum coniecerunt; atque ibi multos Uticenses interfecerunt; domosque eorum expugnaverunt ac diripuerunt. Quibus quum Cato persuadere nulla ratione quiret, ut secum oppidum defenderent, & cæde rapinisque desisterent, & quid sibi vellent, sciret, sedandæ eorum importunitatis gratia, singulis HS C devisit. Idem Sulla Faustus fecit, ac de sua pecunia largitus est: unaque cum iis ab Utica proficiscitur, atque in regnum ire contendit.

LXXXVIII. Complures interim ex fuga Uticam perveniunt: quos omnes Cato convocatos una cum CCC, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerant, cohortatur, ut servitia manumitterent, oppi-

tes eo facilius declinabant. *Rhelic.*

1. *Castra non potuerunt potiri*] In MS. *Norvic.* & aliis nonnullis est *castris*; edit. autem *Rom. Ven. Berroald.* habent *castra non potuerant capere*; sed omnis hæc varietas ex eo est orta, quod Librarii & editores nonnulli huic verbo accusativum casum adjungi posse nescierunt. Scrip- tor de Bell. Hispan. cap. XIII. *Oppidum potiri posse se sperarent*, ubi ob eandem causam nonnulli Codd. exhibent *oppido potiri*. Cicero *Tusc. Quæst. lib. I. cap. xxxvii. Gentem aliquam urbem nostram potituram.* Vide etiam quæ notavimus ad hujusce li-

bri cap. xxxvi. & G. J. Vossium de *Construct. cap. xxii. Davies.*

2. *Atque in regnum ire contendit*] Edit. *Florent. A. D. 1508.* à Ph. *Berroaldo* curata, probante *Joan. Rhellicano*, repræsentat atque in regnum *Jubæ tendit*: sed hæc pura puta est editoris *Ἰνδία*, qui nescius erat *regnum* pro regno *Jubæ* κατ' ἐξοχὴν hic poni. Sic infra cap. xcii. *Ipse (Cæsar) postero die Utica egressus ire contendit in regnum.* Et cap. xciii. *Confidius — in regnum fugere contendit.* In edit. *Rom. & Ven.* hæc sequentesque sex voces Librarium aut editorum incuriâ omittuntur. *Idem.*

- 2 pidumque defenderent. Quorum quum partem assentire, partem animum mentemque perterritam, atque  
 1 in fuga destinatam habere intellexisset, amplius de ea re agere destitit, navesque iis attribuit, ut, in quas  
 3 quisque partes vellet, proficisceretur. Ipse omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Cæsari, qui tum ei pro quæstore fuerat, commendatis, & sine suspicione, vultu atque sermone, quo superiore tempore usus fuerat, quum dormitum isset, ferrum intro  
 4 clam in cubiculum tulit, atque ita se transjecit: 2 qui dum anima nondum exspirata concidisset; & impetu facto in cubiculum ex suspicione, medicus familiarisque continere atque vulnus obligare cœpissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divellit, atque animo  
 5 præsentem se interemit. Quem Uticenses quamquam oderant partium gratia, tamen, propter ejus singularem integritatem, & quod dissimillimus reliquorum ducum fuerat, quodque Uticam mirificis operibus munierat, turreseque auxerat, sepultura afficiunt. Quo interfecto, L. Cæsar, ut aliquid sibi ex ea re auxilii pararet, convocato populo, concione habita, cohortatur omnes, ut portæ aperirentur: se in Cæsaris clementia magnam spem habere. Itaque portis patefactis, Utica egressus, Cæsari Imperatori obviam proficiscitur. Messalla, ut erat imperatum, Uticam pervenit, omnibusque portis custodias ponit.
- 1 LXXXIX. Cæsar interim à Thapso progressus, Uscetam pervenit, ubi Scipio magnum frumenti numerum,

1. *In fuga destinatam*] MS. *Norvic.* cum editis *Rom. Ven. Beroald. in fugam destinatam*; hac autem lectione nihil est opus, cum ista præpositio, motum denotans, casum ablativum aliquando post se recipiat. Noster cum alibi hoc in libro, tum cap. LXX. *In castris — incolumes reduxit.* *Cyprianus de Idol.* Van. cap. IV, 4. *Inrepentes etiam in corpori-*

*bus occulte mentem terrent.* Vide & not. ad lib. VIII. B. G. cap. VIII. *Davies.*

2. *Qui dum anima nondum exspirata concidisset*] Quidam legunt, *cum anima.* Sed supra cap. LXI. eodem modo hac particula est usus; cum dixit: *Famque Cæsar dum exercitum reducere intra munitiones cœpisset.* *Ciaccon.*

merum, armorum, telorum, ceterarumque rerum cum parvo præsidio habuerat. Id adveniens potitur, deinde Adrumetum pervenit. Quo quum sine mora introisset, armis, frumento pecuniaque considerata, <sup>1</sup> Q. Ligario, C. Confidio filio, qui tum ibi fuerat, vitam concessit. Deinde eodem die Adrumeto egressus, Livineio Regulo ibi cum legione relicto, Uticam ire contendit: cui in itinere fit obvius L. Cæsar, <sup>2</sup> subitoque se ad genua projecit: vitamque sibi, nec amplius quidquam, deprecatur. Cui Cæsar facile, & pro sua natura & instituto concessit: item Cæcinæ, C. Ateio, P. Atrio, & L. Cellæ patri & filio, M. Eppio, M. Aquinio, Catonis filio, Damasippique liberis ex sua consuetudine, tribuit; circiterque noctem luminibus accensis Uticam pervenit, atque extra oppidum ea nocte mansit.

XC. Postero die mane oppidum introiit; concioneque advocata, Uticenses incolas cohortatus, gratias pro eorum studio erga se agit; cives autem Romanos negotiatores, & eos, qui inter CCC pecunias contulerant Varo & Scipioni, multis verbis accusatos, & de eorum sceleribus longiori habita oratione, ad extremum, ut sine metu prodirent, edicit: *se eis dumtaxat vitam concessurum, bona quidem eorum se venditurum, ita tamen, ut qui eorum bona sua redemisset, se bonorum venditionem inducturum, & pecuniam multa nomine relaturum, ut incolumitatem retinere possent.* Quibus metu exsanguibus, de vitæque ex suo promerito desperantibus, subito oblata salute, libentes cupidique conditionem acceperunt: petieruntque à Cæsare, ut universis

1. Q. Ligario, C. Confidio filio, qui tum ibi fuerat] In aliis Q. Ligario, C. Confidii filio, qui tum &c. sed ex MS. Norvic. reponendum Q. Ligario, C. Confidio filio, qui tum ibi fuerant, Cæsar enim utrisque Adrumetum agentibus vitam concessit. Da-

vies.

2. Subitoque se ad genua projecit] In MS. Norvic. pro vetere scribendi ratione legitur proicit; rescribe proicit, ob verba presentis temporis, quibuscum ea vox connectitur. Idem.



- 5 versis CCC uno nomine pecuniam imperaret. Itaque  
 1 bis millies HS his imposito, ut per triennium sex pen-  
 sionibus populo Rom. solverent, nullo eorum recu-  
 sante, ac 2 se eodem die demum natos prædicantes,  
 læti gratias agunt Cæsari.
- 1 XCI. Rex interim Juba, ut ex proelio fugerat, u-  
 na cum Petrejo interdium in villis latitando, tandem,  
 nocturnis itineribus confectis, in regnum pervenit;  
 2 atque ad oppidum Zamam, ubi ipse domicilium, con-  
 juges, liberosque habebat, quo ex cuncto regno om-  
 nem pecuniam, carissimasque res comportaverat,  
 quodque in toto bello operibus maximis munierat, acce-  
 3 dit. Quem antea oppidani, rumore exoptato de Cæsari-  
 ris victoria audito, ob has causas oppido prohibuerunt,  
 quod bello contra populum Rom. suscepto, 3 in op-  
 pido Zamæ lignis congestis, maximam in medio foro  
 pyram construxerat; ut, si forte bello foret superatus,  
 omnibus rebus eo coacervatis, dehinc civibus cunctis  
 interfectis, eodemque projectis, igne subjecto, tum  
 demum se ipse insuper interficeret, atque una cum li-  
 beris, conjugibus, civibus, 4 cunctaque gaza regia  
 4 cremaretur. Postquam Juba ante portas diu, multum-  
 que

1. *Bis millies HS his imposito*] Primam voculam omittunt cum alii Codd. tum editt. Rom. Ven. unde Joan. Frid. Gronovius de Pec. vet. lib. II. cap. III. legit *millies HS his* (vel *bis*) *imposito, quod per triennium, &c.* Davies.

2. *Se eodem die demum natos*] Hanc locutionem cum non intelligeres Jul. Celsus, ineptum inde sensum confecit, quem videre est pag. 233. Sed memor esse debuit bonus iste vir, natales à veteribus dictos omnes illos dies, qui insignem aliquam lætitiā aut vitæ mutationem attulerunt. Hinc Cicero reditum suum, in oratione eam ob causam habita, natalem vocat, & ad Attic. lib. VI. *πῆλιν γενέσθαι. Spartianus in vit. Ha-*

driani: natalem adoptionis celebrari jussit, ad quem locum videndus Is. Casaubonus. Sed & natalem pro die, quo imperium iniit Maxentius, absolute posuit auctor Paneg. VIII. c. XVI, 2. Davies.

3. *In oppido Zamæ*] Sic rescripti ex MS. Norvic. & edit. Rom. A. D. 1472. In vulgg. erat *in oppido Zama*, quæ magis est proletaria loquendi ratio. Vide not. ad hujusce libri cap. xxxvi. Idem.

4. *Cunctaque gaza regia*] *Gaza vox* est Persarum, quæ pecuniam & omne quod possidemus, denotat. Servius ad Virgilii *Æn.* I, 123. *Gaza Persicus sermo est, & significat divitias.* Ac ad *Æn.* II, 763. *Gaza census Persarum lingua, & est numerus* *sin-*

que primo minis pro imperio egisset cum Zamensibus; deinde quum se parum proficere intellexisset, precibus quoque orasset, uti se ad suos Deos penates admitterent; ubi eos in sententia perstare animadvertit, nec minis, nec precibus suis moveri, quo magis se reciperent: tertio petit ab eis, ut sibi conjuges liberosque redderent, ut secum eos asportaret. Postquam sibi nihil omnino oppidanos responsi reddere animadvertit, nulla re ab iis impetrata, ab Zama discedit, atque ad villam suam cum M. Petrejo paucisque equitibus se confert.

XCII. Zamenses interim legatos de iis rebus ad Cæsarem Uticam mittunt, petuntque ab eo, uti ante, quam rex manum colligeret, seseque oppugnaret, sibi auxilium mitteret: se tamen paratos esse, sibi, quoad vita suppeteret, oppidum, seque ei reservare. Legatos collaudatos Cæsar domum jubet antecedere, ac suum adventum prænunciare. Ipse postero die Utica egressus cum equitatu ire in regnum contendit. Interim in itinere ex regniis copiis duces complures ad Cæsarem veniunt, orantque ut sibi ignoscat: quibus supplicibus venia data, Zamam perveniunt. Rumore interim perlato de ejus lenitate clementiaque, propemodum omnes regni equites Zamam perveniunt ad Cæsarem; ab eoque sunt metu periculoque liberati.

XCIII. Dum hæc utrobique geruntur, Confidius, qui Tisdræ cum familia sua, gladiatoria manu, Getulisque præerat, cognita cæde suorum, Domitiique & legionum adventu perterritus, desperata salute, oppidum deserit, seque clam cum paucis barbaris pecunia

*singularis tantum*: qua in re fallitur vir eruditissimus, nam Lucretius lib. 11. pag. 155. edit. Wechel. sic ait:

*Qua propter quoniam nil nostro in corpore gazæ proficiunt.* —

Et Horatius lib. 1. Od. xxix.

*Icci, beatissimum Arabum invides Gazis.* —

Ex hac voce Gaza, urbs Palæstinæ, nomen sumsit, si fides Pomp. Melæ lib. 1. cap. xi. Davies.

nia onustus subducit, atque in regnum fugere contendit; quem Getuli sui comites in itinere, prædæ cupidi, concidunt; seque in quascumque potuere partes conferunt. C. interim Vergilius, postquam terræ marique clausus se nihil proficere intellexit, suosque interfectos, aut fugatos, M. Catonem<sup>1</sup> Uticæ sibi ipsum manus intulisse, regem vagum à suis desertum ab omnibus aspernari; Saburam, ejusque copias ab Satio esse deletas; Uticæ Cæsarem sine mora receptum; de tanto exercitu reliquias esse nullas, qui sibi, suisque liberis prodesse: à Caninio proconsule, qui eum obsidebat, fide accepta, seque & sua omnia, & oppidum proconsuli transdit.

**I** XCIV. Rex interim Juba ab omnibus civitatibus exclusus, desperata salute, <sup>2</sup> quum jam conatus esset cum Petrejo, ut per virtutem interfecti esse viderentur, ferro inter se depugnant: atque <sup>3</sup> firmior imbecil-

1. *Utica sibi ipsum manus intulisse*] Ex MS. *Ursin.* legendum crediderim *Utica sibi ipsum manus attulisse*, qui cum paullo rarior loquendi modus, Librarii, ut fit, in notiores formulam mutarunt. Scriptor Bell. Hisp. cap. XLIII. *Populi R. magistratibus sacrosanctis manus — attulistis. Corn. Nepos Timol. cap. I, 4. Ipse non modo manus non attulit. Cicero Offic. lib. I. cap. VII. Is quasi manus afferre videtur socio. Sic enim locutus est Seneca de Brev. vitæ cap. VI. Davies.*

2. *Quum jam conatus esset*] Hasce voces delendas censuit *Jos. Scaliger*; temere nimis, cum eas retineant MSS. ulcus tamen est in verbis, cui sanando operam navarunt plurimi. *M. A. Muretus* ad *Seneca de Prov. cap. II.* legit *quum omnia conatus esset*; *Joan. Glandorpins*, qui eum non nominatum passim descripsit, *Joan. Goduinus* reponunt *quum jam convivatus esset*, & hæc sane conjectura firmari potest ex

*Flori* lib. IV. cap. II, 69. qui testatur, Jubam & Petreium paullo ante pugnam magnifice epulatos esse. Illam tamen emendationem repudio, quia nimium abit à lectionis receptæ vestigiis, & unice amplector *Ph. Rubenii* hariolationem; is enim lib. I. Elect. cap. X. minima mutatione rescribit *quum jam conatus esset*. Certe, cum *L. Ampelius* lib. Memor. cap. XXXVIII. aiatur, *Jubam* post magnificam cœnam interficiendum se dedisse, proculdubio veram lectionem restituit vir eruditus, à quo tamen miror locum hunc *Ampelii* fuisse præteritum. *Idem.*

3. *Firmior imbecilliorum, Juba Petreium facile ferro consumpsit*] *Ph. Rubenius* Elect. lib. I. cap. X. reponit *Jubam Petreius*; Epitome enim *Liviana* lib. CXIV. & *Florus* lib. IV. c. II, 69. tradunt Petreium Jubæ, dein sibi manus intulisse. Sed de horum morte tanta est scriptorum discrepantia, ut in *Hirtio* nihil ausim mutare. *Seneca de Provid. cap. II. Jam*

cilliolem, Juba Petrejum facile ferro consumpsit: deinde ipse sibi quum conaretur gladio transjicere pectus, nec posset, precibus à seruo suo impetravit, ut se interficeret; idque obtinuit.

XC V. P. interim Silius, pulso exercitu Saburæ præfecti Jubæ, ipsoque interfecto, quum iter cum paucis per Mauritaniam ad Cæsarem faceret, forte incidit in Faustum Afraniumque, qui eam manum habebant, qua Uticam diripuerant, iterque in Hispaniam tendebant, & erant numero circiter 8000. Itaque celeriter nocturno tempore insidiis dispositis, eos prima luce adortus, præter paucos equites, qui ex primo agmine fugerant, reliquos aut interficit, aut in deditioem accipit; Afranium & Faustum vivos capit cum conjugè & liberis. Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, Faustus & Afranius interficiuntur. Pompejæ cum Fausti liberis Cæsar incolumitatem, suaque omnia concessit.

XC VI. Scipio interim cum Damasippo, & Torquato, & Platorio Rustiano navibus longis diu multumque jactati, quum Hispaniam peterent, ad Hipponem regium deferuntur, ubi classis P. Sili per id tempus erat: à qua pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur; ibique Scipio cum iis, quos paulo ante nominavi, interiit.

## XC VII.

*Petreius & Juba concurrerunt, jacentque alter alterius manu cæsi. Et ab hujus quidem partibus stant Appianus lib. II. B. C. pag. 490. ac Dion lib. XLIII. pag. 217. At Sertius Rufus Breviar. cap. IV. sic loquitur: Mauros Juba rex tenebat, qui in causa belli civilis ab Julio Cæsare victus, mortem sibi propria manu conscivit. Accedit, quod omnes tam MSS. quam editi vulgatam lectionem tueantur, quam etiam in suo Codice invenit Jul. Celsus, quem vide pag. 236. Davies.*

1. *Platorio Rustiano*] Videtur legendum *Platorio Cestiano*. Ita enim est in argenteis denariis. Nisi *Rustiano* retineamus, ut est in vet. Cod. ut sit *Rustius* aliquis in *Platoriam* familiam adoptatus, & ex formula *Rustianus* dictus. Paulo infra legendum: *Ibi Crispo Sallustio Proconsule relicto &c.* nam verba *Populi Romani*, quæ ante vocem penultimam in nonnullis Codd. leguntur, sunt adjecta. *F. Ursin.*

2. *Ibique Scipio cum iis, quos paulo ante nominavi, interiit*] Scipio, *assecutus*

- 1 XCVII. Cæsar interim, Zamæ auctione regia facta, bonisque eorum venditis, qui cives Romani contra populum Rom. arma tulerant, præmiisque Zamenfibus, qui de rege excludendo consilium ceperant, tributis, vectigalibusque regiis abrogatis, ex regnoque provincia facta, atque ibi Crispo Salustio proconsule cum imperio relicto, ipse Zama egressus Uticam se re-
- 2 cepit. Ibi bonis venditis eorum, qui sub Juba Petrejoque ordines duxerant, item Thapsitanis HS XX millia, conventui eorum HS XXX millia, Adrumetanis HS XXX, conventui eorum HS L millia, multæ nomine, imponit. Civitates, bonaque eorum ab omni injuria
- 3 rapinisque defendit. Leptitanos, quorum superioribus annis Juba bona diripuerat, & ad senatum questi per legatos, atque arbitris à senatu datis, sua receperant, tricies centenis millibus pondo olei in annos singulos multat, ideo quod initio per dissensionem principum societatem cum Juba inierant, eumque armis, militi-
- 4 bus, pecunia juverant. Tisdritanos, propter humilitatem civitatis, certo numero frumenti multat.
- 1 XCVIII. His rebus gestis, Idibus Jun. Uticæ classem conscendit, & post diem III<sup>1</sup> Carales in Sardiniam pervenit. Ibi Sulcitanos, quod Nasidium ejusque classem receperant, copiisque juverant, HS C millibus multat; & pro decumis octavas pendere jubet: bonaque
- 2 paucorum vendit; & ante diem III Kal. Quint. naves conscendit; & à Caralibus secundum terram profectus, duodetrigesimo die, eo quod tempestatibus in portubus cohibebatur, ad urbem Romam venit.

*secutis eum hostibus, gladium per viscera exegit, ut testatur Florus lib. IV. cap. II, 68. Vide & Appianum lib. II. B. C. p. 491. & Dionem lib. XLIII. p. 217. Davies.*

1. Carales in Sardiniam pervenit ]

*MS. Norvic. à Caralis in Sardiniam, unde reponendum ad Carales, vel pro veteri scribendi more, ad Caralis. Carales urbs est Sardinia primaria, quam urbem utbium vocat Florus lib. II. cap. VI. Davies.*

FINIS LIBRI DE BELLO AFRICANO.

A. HIR-





A. HIRTIIPANSÆ  
 COMMENTARIORUM  
 DE  
 BELLO HISPANIENSI  
 LIBER UNUS.

SUMMARIUM LIBRI DE BELLO  
 HISPANIENSI.

*Praludia magni ad Mundam prælii fusim & exacte narra-  
 ta: transfugia, cades, facinoræque multa utrimque exer-  
 cita: oppida occupata, spoliata. XXVII. Totum ad ex-  
 tremum bellum, in Hispania à Cn. & S. Pompejis mo-  
 tum, isto prælio, XXXIX. Cneique morte & Sexti fu-  
 ga, terminatum.*

I. 2 **P** Harnace superato, Africa recepta; qui ex  
 iis præliis cum adolescente Cn. Pompejo  
 profugissent, quum & ulterioris Hispaniæ  
 poti-

1. *A. Hirtii Pansa*] Nullus fere  
 liber plures ab ævi dentibus cica-  
 trices accepit; ex tamen æquiore  
 animo sunt ferendæ, quod hic scri-  
 ptor à superiorum commentariorum  
 elegantia multum recedat; ut enim  
 in iis summus elucet sermonis ni-  
 tor & nescio quæ συνθήκας concin-  
 nitas: ita in hoc opusculo non so-  
 lum crebra sunt ἀνανταπόδοτα ac ἀ-  
 σύντακτα, sed & totum orationis  
 filum hominem ostendit scribendi  
 prorsus imperitum; unde factum,  
 ut hunc libellum non *Hirtio*, sed  
*Balbo* aut *Oppio* post alios adscripse-  
 rit *G. J. Vossius* de Hist. Lat. cap.  
 XIII. Nonnulli vero censuerunt fie-  
 ri non potuisse, ut homo Romanus

ram male scriberet, quapropter A-  
 fri vel Syri militis esse factum ar-  
 bitratur *Joan. Godwinus*. Immerito  
 quidem: nam licet horrida & in-  
 condita sit dictio, adeo tamen pu-  
 ra est ac à barbarie aliena, ut hoc  
 scripto nihil Latinius concipi posse  
 pronunciarit, iudex sane idoneus,  
*Jos. Scaliger* Proleg. in *Manilium* p.  
 3. *Davies*.

2. *Pharnace superato*] Hæc est ἀνα-  
 κεφαλαίως bellorum, quæ post Ale-  
 xandrinum gessit Cæsar, ut frustra  
 sint *Joan. Glandorpius* & *Joan. Go-  
 dwinus*, qui reponunt *Scipione supera-  
 to*; falluntur etiam interpretes, qui  
 hunc libellum ἀνέφαλον censent. *Z-  
 dem*.



potitus esset, dum Cæsar muneribus dandis in Italia detinetur; quo facilius præfidia contra compararet Pompejus, in fidem uniuscujusque civitatis confugere  
 2 cœpit. Ita partim precibus, partim vi, bene magna  
 3 comparata manu, provinciam vastare cœpit. Quibus in rebus nonnullæ civitates sua sponte auxilia mitte-  
 4 bant: item nonnullæ portas cludebant; ex quibus si qua oppida vi ceperat, quum aliquis ex ea civitate optime de Cn. Pompejo meritis civis esset, propter pecuniæ magnitudinem <sup>1</sup> aliqua ei inferebatur causâ, ut, eo de medio sublato, ex ejus pecunia <sup>2</sup> latronum  
 5 largitio fieret. <sup>3</sup> Ita paucis commodis hoste hortato,

<sup>1</sup> ma-

1. *Aliqua ei inferebatur causâ*] Alicujus criminis iusimulabatur. Sic inferre crimina dixit scriptor ad Herennium lib. iv. pag. 36. ed. Lambin. ac inferre controversiam Cicero de Invent. lib. ii. pag. 72. Vide & interpretes ad Phadri lib. i. Fab, i, 4. Davies.

2. *Latronum largitio fieret*] Latrones, teste Festo, eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπό τῆς λατρείας. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod à latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur. Varro lib. vi. de lingua lat. pag. 74. Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea à stipatione, stipatores appellarunt, & qui conducebantur mercede. Servius ad illud Virgilii lib. xii. Æneid. vs. 7.

— fixumque latronis

Impavidus frangit telum.

Modo venatoris, inquit, & est Græcum; nam λατρεύειν dicunt obsequi & servire mercede, unde latrones vocantur conducti milites. Moris autem erat ut hos Imperator circum se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Varro tamen dicit hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut latrones dicti sint quasi laterones, quia circum latera Regum sunt, quos nunc satellites vocant,

una tamen est significatio licet diversa etymologia. Plautus in Pyrgopolinice ostendit, quid sint latrones, dicens, Rex me Seleucus misit ad conducendos latrones. Hæc Servius. Plautus Milite Glor. Act. i. Sc. i, 74.

Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo,

Ut sibi latrones cogere & conscriberem.

Rursum Act. iv. Sc. i, 3.

Nam ego hodie ad Seleucum Regem misi Parasitum meum.

Ut latrones, quos conduxī, hinc ad Seleucum duceret,

Qui ejus regnum tutarentur, mihi dum fieret otium. Brant.

3. *Paucis commodis hoste hortato*] Ob hanc locutionem nostro βαρβαρισμὸν impingit Joan. Rhellicanus, & de vitio tam certus est Joan. Brantius, ut affirmet nē Priscianum quidem hanc mendam posse defendere. Bona verba, quæso. Apuleius Metam. lib. ix. pag. 203. Canes transeuntium viatorum passim morsibus alumnatos laxari, atque in eorum exitium inhortatos, immitti præcipit. Passivam etiam, non minus quam activam, significationem huic verbo competere testatur A. Gellius N. A. lib. xv. cap. xiii. Vide & Ger. Joan. Vossium de Anal. lib. iii. cap. vi. Davies.

**I.** majores augebantur copiae : ideoque crebris nunciis in Italiam missis, civitates contrariae Pompejo auxilia sibi deprecabantur.

**II.** C. Cæsar dictator **III**, designatus **IV**, multis itineribus ante confectis, quum celeri festinatione ad bellum conficiendum **2** in Hispaniam venisset, legati Cordubenses, qui à Cn. Pompejo discesserant, Cæsari obviam veniunt : à quibus nunciabatur, *nocturno tempore oppidum Cordubam capi posse, quod nec opinantibus adversariis ejus provincia potitus esset, 3 simulque quod tabellarii à Cn. Pompejo dispositi omnibus locis essent, qui certiore Cn. Pompejum de Cæsaris adventu facerent.* Multa **3** præterea verisimilia proponebant. Quibus rebus adductus, quos legatos ante exercitui præfecerat, Q. Pedium, & Q. Fabium Maximum, de suo adventu facit certiores, ut, quem sibi equitatum ex provincia fecissent, præsidio mitterent : ad quos celerius, quam ipsi **4** opinati sunt, appropinquavit, **4** atque, ut ipse voluit, equitatum sibi præsidio habuit.

**III.** Erat idem temporis Sex. Pompejus frater, qui **I** cum præsidio Cordubam tenebat, quod ejus provinciae caput esse existimabatur : ipse autem Cn. Pompejus adolescens Ullam oppidum oppugnabat, & fere jam aliquot mensibus ibi detinebatur. Quo ex oppido, **2** cognito

**1.** *Majores augebantur copiae]* Joan. Glandorpianus reponit magis agebantur copiae, vel majores reddebantur; sed certissime legendum majores cogebantur copiae, quæ phrasis est Latinissima; nisi forsan, quod suspicor, idiomatis sit hujusce scriptoris Pleonasmus. *Davies.*

**2.** *In Hispaniam venisset]* Sic reposui ex MS. *Norvic.* & edit. *Steph.* In aliis in Hispaniam convenisset, quod non nisi de duobus pluribusve dicitur. *Idem.*

**3.** *Simulque quod tabellarii à Cn. Pompejo dispositi]* Locus est mutulus. Ex MS. *Norvic.* omnino legendum

*simulque tabellarii capti essent, qui à Cn. Pompejo dispositi omnibus locis erant, ut certiore &c.* nam miram fuit ratio, cur Corduba capi posset, quod tabellarii essent dispositi, qui de Cæsaris adventu Pompejum facerent certiore, cum hoc non adjumento, sed certissimo fuerit impedimento. *Idem.*

**4.** *Atque ut ipse voluit]* Ex Codd. *Ciaccon.* & *Norvic.* ac edit. *Rom. Ven. Beroald.* rescribendum puto neque ut ipse voluit; quia celerius ad legatos, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit Imperator. *Davies.*

gnito Cæsaris adventu , legati , <sup>1</sup> clam præsidia Cn. Pompeji , Cæsarem quum adissent , petere cœperunt ,  
 3 ut sibi primo quoque tempore subsidium mitteret. Cæsar eam civitatem omni tempore optime de populo R. meritam esse sciens , XI cohortes secunda vigilia jubet  
 4 proficisci , parique equites numero ; quibus præfecit <sup>2</sup> hominem ejus provinciæ notum , & non parum scientem , <sup>3</sup> L. Julium Paciecum : qui quum ad Cn. Pompeji præsidia venisset ; incidit idem temporis , ut tempestate adversa vehementique vento affligeretur. Qua vi tempestatis ita obscurabatur , ut vix proximum cognoscere possit. Cujus incommodum summam utilitatem ipsis præbebat. Ita quum ad locum venerunt , jubet <sup>4</sup> binos equites incedere , & recta per adversariorum præsidia ad oppidum contendere : mediisque ex præsidiis quum quæreretur , *quiescent* ; unus ex nostris respondit , <sup>5</sup> *ut sileat verbum facere : nam id temporis conari*

1. *Clam præsidia*] MS. *Norvic. clam præsidio*; edit. *Rom. Ven. Beroald. clam præter præsidia*; sed hæc varietates ex eo sunt ortæ , quod Librarii & editores vulgatam lectionem se non rectè habuisse perperam censuerunt. *Plautus* Prol. Amph. v. 107. *Is amare occupit Alcumenam clam virum.* Idem *Mænæch. Act. I. Sc. II, 43.* *Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus &c.* Ac iterum *Mil. Glor. Act. I. Sc. I, 34.* *Clam matrem suam.* *Teren-tius* *Hec. Act. III. Sc. III, 36.* *Clam partus eveniat patrem atque adeo omnes.* Sic etiam locutus est *Valerius Maximus* lib. VII. cap. III, 7. *Davies.*

2. *Hominem ejus provinciæ notum*] *Gnarum* seu *peritum.* *Plautus* *Pseudol. Act. IV. Sc. II, 39.* *Novi, notis prædicat*, id est, scientibus. *Nomius Marcellus* pag. 153. ed. *Plantin.* *Ignota*, id est, *inscia.* *Nævius* *Lycurgo*: *Ignotæ iteris sumus*, tute scis. *Dithys* *Cretensis* lib. VI. cap. VII. *Notusque adeo ejus domus*, ubi etiam prima vox activè ponitur, ut in-

ptiat *Joan. Godwinus*, qui nostrum barbarissimi insimulat. *Idem.*

3. *L. Junium Paciecum*] Nominatur à *Cicerone* lib. VI. *Fam.* Sed & in *Valerio Maximo* lib. V. cap. IV. de duobus fratribus *Paciæcis* in Hispania natis mentio est. Fortasse *Cæsar* de *Bello Gallico* lib. V. cap. XXVII. *Q. Junii ex Hispania* mentionem faciens, aliquem ex hac familia intellexit. Legendum autem puto omnibus his in locis *Paciæcus*, quæ sane familia hodieque in Hispania nobilissima est. *Ald. Manut.*

4. *Binos equites incedere*] Non refertur ad numerum eorum, qui mitterebantur, cui enim usui duo equites possent inservire? aut quomodo prætexi poterat eos conari ad murum accedere, ut oppidum caperent? Denotat solummodo, duos equites in singulis lineis seu ordinibus incessisse. *Davies.*

5. *Ut sileat verbum facere*] Hic est auctoris idiotismus, quem cum non caperent Librarii, in MS. *Norvic.* le-

nari ad murum accedere, ut oppidum capiant; & partim tempestate impediti vigiles non poterant diligentiam præstare, partim illo responso deterrebantur. Quum 8 ad portam appropinquassent, signo dato, ab oppidanis sunt <sup>1</sup> recepti; & pedites, equitesque clamore factò, dispositis ibi partim, qui remansere, eruptionem in adversariorum castra fecerunt. Sic illud quum inscientibus accidisset, existimabat magna pars hominum, qui in iis castris fuissent, se prope captos esse.

IV. Hoc missò ad Ullam præsidio, Cæsar, ut Pompejum ab ea oppugnatione deduceret, ad Cordubam contendit: ex quo itinere loricated viros fortes cum equitatu præmisit; qui simul in conspectum oppidi se dederunt, <sup>2</sup> in equis recipiuntur. Hoc à Cordubensibus nequaquam poterat animadverti. Appropinquantibus, ex oppido <sup>3</sup> bene magna multitudo ad equitatum concidendum quum exisset; loricati, ut supra scripsimus, ex equis descenderunt, & magnum proelium fecerunt,

legitur ut sibi liceat verbum facere, quo fere modo locutus est Hirtius Bell. Afric. cap. xxxv. Sed sensus hic adversatur. Davies.

1. Recepti; & pedites equitesque — eruptionem &c.] Locus maxime depravatus. MS. Norvic. recepti: & qui ibi remanserunt, clamore factò, eruptionem &c. MS. Reg. quem sequitur Joan. Goduinus, exhibet recepti pedites. Equites clamore factò dispositi partim ibi remanserunt, & eruptionem &c. Editt. Rom. Ven. Beroald. recepti pedites equitesque nocte: sed dispositis partibus oppidani & pedites & equites clamore factò eruptionem &c. Sic & fere vetus Codex F. Ursini. Proxime ad editt. vet. commodo sensu legi possit recepti pedites equitesque nocte: & dispositis partibus &c. Sed in re tam dubia nihil præter potest affirmari. Idem.

2. In equis recipiuntur] Mendum est, quod ex verbis seqq. emendare licet; cum enim infra legamus

loricati, ut supra scripsimus, ex equis descenderunt, hic legendum ex equis recipiuntur. Goduin.

3. Bene magna multitudo] Sic hoc libro: Bene magnum tempus consumpserunt. Item: adversarii bene multis vulneribus affecti, & sæpius. Usurpatum & M. Tullio, Horatio, aliisque tam oratoribus quam poetis. Imperator quoque Justinianus in §. Pœnales. Instit. de action. Pœnales, inquit, actiones bene multas ex sua jurisdictione introduxit. Cujus contrarium male non absimilem sæpe significationem sortitur. Terentius Adelph. Illud rus nulla alia causa tam male odi. Horatius lib. I. sat. III.

— & male laxus

In pede calcens hæret. —

Rursum:

— malo parvus

Si cui filius est. —

Brantius.

cerunt, sic ut ex infinita hominum multitudine pauci  
 4 in oppidum se reciperent. Hoc timore adductus Sex.  
 Pompejus litteras fratri misit, ut celeriter sibi subsidio  
 veniret, ne prius Cæsar Cordubam caperet, quam ipse  
 5 illo venisset. Ita Cn. Pompejus, Ulla prope capta, lit-  
 teris fratris excitus, cum copiis ad Cordubam iter fa-  
 cere cœpit.

1 V. Cæsar, quum ad flumen Bætum venisset, neque  
 propter altitudinem fluminis transire possët, lapidibus  
 corbes plenos dimisit: ita, insuper ponte facto, copias  
 2 ad castra tripartito transduxit. 1 Tenebant adversus op-  
 pidum è regione pontis trabes, ut supra scripsimus,  
 3 bipartito. Huc quum Pompejus cum suis copiis venis-  
 set, ex adverso pari ratione castra ponit. Cæsar, ut  
 eum ab oppido comœatuque excluderet, 2 brachium  
 4 ad pontem ducere cœpit. 3 Pari idem conditione Pom-  
 pejus. Hic inter duces duos fit contentio, uter prius  
 pontem occuparet: ex qua contentione quotidiana mi-  
 nuta prælia fiebant, ut modo hi, modo illi superiores  
 5 discederent. Quæ res quum ad majorem contentionem  
 venisset, ab utrisque 4 cominus pugna iniqua; dum  
 cupidius locum student tenere, propter pontem coan-

gu-

1. Tenebant adversus oppidum è re-  
 gione pontis trabes, ut supra scripsimus,  
 bipartito] Nihil supra de trabibus di-  
 xit noster, ideoque locus vel mu-  
 tilus est, vel corruptus. Forte ten-  
 debant, ut habet ed. Steph. adversus  
 oppidum è regione pontis, transisse ut  
 supra scripsimus, tripartito: sic enim  
 Cod. Thuan. ultimam vocem exhi-  
 bet. Hæc sane verba à MSS. Reg.  
 & Norvic. profus exulant, ac de-  
 lenda censet Joan. Godwinus. Sed  
 hanc conjecturam evertit id quod  
 sequitur: Pompeius ex adverso pari ra-  
 tione castra ponit, unde patet de mo-  
 do, quo castra erant posita, hic lo-  
 ci actum fuisse; ac proinde nostræ  
 emendationi non infirmum subest  
 adminiculum. DAVIES.

2. Brachium ad pontem ducere cœpit]  
 Vallum interdum variare nomen, &  
 Brachium appellari docet Lipsius lib.  
 11. Poliorc. Dialog. 11. Qualia plu-  
 ra colligit observationum libris  
 familiaris noster, vir doctissimus  
 Andr. Schottus. Brant.

3. Pari idem conditione Pompeius]  
 Omnino legendum pari item condi-  
 tione Pompeius. F. Ursinus.

4. Cominus pugna iniqua] Critici  
 variis modis hunc locum tentarunt.  
 Joan. Glandorpheus legit commissa pu-  
 gna iniqua: Pet. Ciacconius reponit  
 cominus pugna inita: sed certissimam  
 emendandi rationem docuit MS.  
 Norvic. qui habet cominus pugna sic-  
 bat, in qua dum &c. Optime. Da-  
 vies.

gustabantur ; & fluminis ripis appropinquantes coangustati præcipitabantur. Hic alteri alteris non solum 6 mortem morti exaggerabant , sed tumulos tumulis æquabant. Ita diebus compluribus cupiebat Cæsar , si qua conditione posset , adversarios in æquum locum deducere , & primo quoque tempore de bello decernere.

VI. Quum animadverteret adversarios minime vel- 1 le ; <sup>1</sup> quos ideo à via retraxerat , ut in æquum deduceret ; copiis flumen transductis , noctu jubet ignes fieri magnos. Ita firmissimum ejus præsidium Ateguam 2 proficiscitur. Id quum Pompejus ex perfugis rescisset , <sup>2</sup> ea die per viarum angustias carra complura , multaque balistas retraxit , & ad Cordubam se recepit. Cæ- 3 sar munitioibus Ateguam oppugnare , & brachia circumducere cœpit : cujus rei Pompejo quum nuncius esset allatus , eo die proficiscitur. Cujus in adventum , 4 præsidii causâ Cæsar complura castella occupavit partim suo equitatu , partim ut <sup>3</sup> pedestris copia in statione , & in excubitu castris præsidio esse possent. Hic in 5 adventu Pompeji incidit , ut matutino tempore nebula esset crassissima : itaque in illa obscuracione cum aliquot cohortibus , & equitum turmis circumcludunt Cæsar's equites , & concidunt , sic , ut vix in ea cæde pauci effugerent.

VII. Insequenti nocte castra sua incendit Pompejus , 1 &

1. Quos ideo à via retraxerat , ut in æquum deduceret] Reclamantibus omnibus , quos viderim , libris , lego : quos ideo ab Uliâ retraxerat. Nam Cn. Pompeius Uliam oppugnabat , à cujus oppugnatione fratris litteris revocatus erat , ut sibi subsidium ferret , idque eo consilio Cæsar fecerat , ut eum in æquum locum deduceret , ubi pari conditione bellum geri posset ; nam Uliam in edito monte sitam fuisse refert *Hirtius de Bello Alexand.* Ciacc.

2. Ea die per viarum angustias] Editt. Rom. Ven. corrupte representant , ea die nactus facultatem & angustias ; male etiam Beroald. ea die nactus facultatem per viarum angustias. MS. Norvic. exhibet per viarum difficultatem & angustias , quæ sana ac sincera est lectio. Davies.

3. Pedestris copia — possent] Sic recte MS. Norvic.. Vide not. ad lib. I. B. C. , cap. XIV. & lib. II. cap. VI. In editt. pedestres copia. Idem,

& trans flumen Salsum per convalles castra inter duo oppida Ateguam & Ucubim in monte constituit. Cæsar in munitionibus, ceterisque, quæ ad oppidum oppugnandum opus fuerunt, aggerem, vineasque agere instituit. Hæc loca sunt montuosa, & natura edita ad rem militarem, quæ planitia dividuntur Salso flumine; proxime tamen Ateguam, ut ad flumen sint circiter passuum duo millia. Ex ea regione oppidi in montibus castra habuit posita Pompejus in conspectu utrorumque oppidorum, neque suis ausus est subsidio venire. Aquilas habuit, & signa XIII legionum: sed, ex quibus aliquid firmamenti se existimabat habere, duæ fuerunt vernaculæ, quæ à Trebonio transfugerant, & una facta ex coloniis, quæ fuerunt in his regionibus; quarta fuit Afraniana ex Africa, quam secum adduxerat; reliquæ ex fugitivis auxiliares consistebant: nam de levi armatura, & equitatu, longe & virtute & numero nostri erant superiores.

I VIII. Accedebat huc, ut longius bellum duceret Pompejus; quod loca sunt edita, & ad castrorum munitiones non parum idonea: nam fere totius ulterioris Hispaniæ regio propter terræ fecunditatem, inopem difficilemque habet oppugnationem, & non minus copiosam aquationem. Hic etiam propter barbarorum crebras excursiones omnia loca, quæ sunt ab oppidis remota, turribusque, & munitionibus retinentur, <sup>1</sup> sicut in Africa, rudere, non tegulis, teguntur: simulque in his habent speculas, &, propter altitudinem, longe lateque prospiciunt. Item oppidorum magna pars ejus provinciæ montibus fere munita, & natura excellentibus locis est constituta, ut simul aditus adscensusque habeat difficiles. Ita ab oppugnationibus natura loci distinentur, ut civitates Hispaniæ non facile ab hostibus

<sup>1</sup>. Sicut in Africa, rudere] Legendum ex editt. Rem. Ven. Beroald. Et | sicut in Africa rudere &c. Adi lib. de Bell. Alex, cap. 1. Daviss.

stibus capiantur. <sup>1</sup> Quod in hoc contigit bello : nam **6**  
 ubi inter Ateguam, & Ucubim, quæ oppida supra sunt  
 scripta, Pompejus habuit castra constituta, in conspe-  
 ctu duorum oppidorum, ab suis castris circiter millia  
 passuum IV grumus est excellens natura, qui appella-  
 tur Castra Posthumiana : ibi præsidii causa castellum  
 Cæsar habuit constitutum.

IX. Pompejus, qui eodem jugo tegebatur loci na- **5**  
 tura; & quod remotum erat à castris Cæsaris, animad-  
 vertebat loci difficultatem, &, quod flumine Salso in-  
 tercludebatur, non esse commissurum Cæsarem, ut  
 in tanta loci difficultate <sup>2</sup> ad subsidium submittendum  
 se mitteret. Ita fretus opinione, tertia vigilia profe- **2**  
 ctus castellum oppugnare <sup>3</sup> cœpit, ut laborantibus suc-  
 curreret. Nostri, quum appropinquassent, clamore re- **3**  
 pentino, telorumque multitudine jactus facere cœpe-  
 runt, uti magnam partem hominum vulneribus affice-  
 rent. Quo peracto, quum ex castello repugnare cœpif- **4**  
 sent, & majoribus castris Cæsari nuncius esset allatus,  
 cum III legionibus est profectus : & quum ad eos ap- **5**  
 propinquasset, fuga perterriti multi sunt interfecti,  
 complures capti : <sup>4</sup> in quibus multi præterea armis ex-  
 uti

1. *Quod in hoc contigit bello*] MS. *Norvic. idque in hoc contigit bello* : sed legendum cum edit. *Rom. Beroald. id quod in hoc contigit bello* ; sic enim loqui amat noster. Vide quæ notavimus ad lib. III. B. C. cap. XLIV. *Davies.*

2. *Ad subsidium submittendum se mitteret*] Sic quidem edit. *Beroald.* ac ita etiamnum loquuntur *Galli. Rom. & Ven.* exhibent *ad subsidium committendum se mitteret.* In MS. *Norvic.* legitur *ad subsidium veniret*, quæ sæpe phrasim est magis usitata, hoc tamen non impedit, quo minus hic ab emendatore profectam arbitrer. *Idem.*

3. *Cœpit, ut laborantibus succurreret*] Manifesto absurda est hæc le-

ctio, nec enim Pompeius laborantibus Cæsarianis succurrendum putavit. Omnino, mutata distinctione, rescribendum *oppugnare cœpit. Ut laborantibus succurreret, nostri quum appropinquassent &c.* quemadmodum ante me coniecit *Joan. Glandorpius.* Ineptit *Joan. Godwinus*, cui post ultimam vocem *Cæsar* videtur intelligendus. *Idem.*

4. *In quibus*] Edit. *Beroald.* duabus vocibus additis, repræsentat *in quibus duo millia* ; at, præterquam quod alii omnes Codd. adversantur, major est numerus quam ut huc conveniat : proinde cum MS. *Norvic.* priorem etiam verborum bigam delendam arbitror, quippe quæ omnino vacant. *Idem.*



uti fugerunt; quorum scuta sunt relata LXXX.

**X.** Insequenti luce Arguetius ex Italia cum equitatu venit: is signa Saguntinorum retulit v, quæ ab oppidanis cepit. Suo loco præteritus est, quod equites ex Italia cum Asprenate ad Cæsarem venissent. Ea nocte Pompejus castra incendit, & ad Cordubam versus iter facere cœpit. Rex nomine Indo, qui cum equitatu suas copias adduxerat, dum cupidius agmen adversariorum insequitur, à vernaculis legionariis exceptus est, & interfectus.

**XI.** Postero die equites nostri longius ad Cordubam versus persecuti sunt eos, qui commeatus ad castra Pompeji ex oppido portabant, ex iis capti L cum jumentis ad nostra adducti sunt castra. Eodem die Q. Marcius tribunus mil. qui fuisset Pompeji, ad nos transfugit: & noctis tertia vigilia in oppido acerrime pugnatum est; ignemque multum miserunt; <sup>1</sup> sic ut & omne genus, quibus ignis per jactus solitus est mitti. Hoc præterito tempore, C. Fundanius eques Rom. ex castris adversariorum ad nos transfugit.

**XII.** Postero die ex legione vernacula milites sunt capti ab equitibus nostris duo, qui dixerunt se servos esse: quum venirent, cogniti sunt à militibus, qui antea cum Fabio & Pedio fuerant, & à Trebonio transfugerant. Eis ad ignoscendum nulla est data facultas, & à militibus nostris interfecti sunt. <sup>2</sup> Eodem tempore capti tabellarii, qui à Corduba ad Pompejum missi erant,

<sup>1</sup>. Sic ut & omne genus, quibus ignis per jactus solitus est mitti] Addita vocula, ex MS. Norvic. rescribendum solitus est mitti, exerceretur, alioquin hiulca est oratio. De instrumentis quibus ignis jaci solitus est, adiri poterit Just. Lipsius Poliorc. lib. v. Dial. II, & v. Davies.

<sup>2</sup>. Eodem tempore capti tabellarii] MS. Norvic. & editt. Rom. Ven. Berwald. exhibent idem temporis, quod

à nuperis mutari non debuit. Noster supra cap. III. Erat idem temporis Sext. Pompeius frater. Ac iterum: Incidit idem temporis. Nec aliter cap. xx. Idemque temporis centuriones loricati, ita enim ex MS. Norvic. & editt. Rom. Ven. Berwald. reposui, cum in vulgg. eodemque tempore legeretur. Vide & cap. XIII. Idem.

erant, perperamque ad castra nostra pervenerant, præ-  
 cis manibus missi sunt facti. Pari consuetudine, vigi- 4  
 lia secunda, ex oppido ignem multum, telorumque  
 multitudinem jactando, bene magnum tempus con-  
 sumperunt, compluresque vulneribus affecerunt. Præ- 5  
 terito noctis tempore, eruptionem in legionem sextam  
 fecerunt, quum in opere nostri distenti essent, acri-  
 terque pugnare cœperunt: quorum vis repressa à no-  
 stris, etsi oppidani superiore loco defendebantur. <sup>1</sup> L 6  
 quum eruptionem facere cœpissent, <sup>2</sup> tamen virtute  
 militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur,  
 tamen repulsi adversarii bene multis vulneribus affecti  
 in oppidum se contulerunt.

XIII. Postero die Pompejus ex castris suis <sup>3</sup> bra- 1  
 chium cœpit ad flumen Salsum facere: & quum nostri  
 equites pauci in statione fuissent à pluribus reperti, de  
 statione sunt dejecti, & occisi tres. Eo die A. Valgius 2  
 senatoris filius, cujus frater in castris Pompeji fuisset,  
 omnibus suis rebus relictis, equum conscendit, & fu-  
 git. Speculator de legione secunda Pompejana captus à  
 militibus, & interfectus est. Idem temporis <sup>4</sup> glans mis- 3  
 sa  
 fa

1. L quum &c.] Legendum ex MS. *Norvic.* *hi quum* &c. nam facilis est in his rebus confusio. Sic Bell. *Afric.* cap. *LXXXVII.* ubi in vulgg. est *eorum castra* ii equites *adorti*; MS. *Norvic.* & vett. editi repræsentant *L equites.* *Davies.*

2. Tamen virtute militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur, tamen repulsi adversarii] MSS. & editi omnes tamen virtute militum nostrorum, qui etsi &c. sed pronomen induximus, quippe quod manifesto abundet, & ea certe minor est mutatio, quam *Scaligerana*, pro qua, tribus vocibus deletis, legendum esset tamen virtute militum nostrorum, etsi inferiore loco premebantur, repulsi, bene multis &c. Illud tamen, quod locum posteriorem obtinet, signi-

ficat tandem, qua de re diximus ad lib. VIII. B. G. cap. XIX. *Davies.*

3. Brachium cœpit ad flumen Salsum facere] MS. *Norvic.* pro voce ultima repræsentat *ducere*, ac ita loqui amat noster. Sic supra cap. V. *Brachium ad pontem ducere cœpit.* Infra cap. XXIII. *Brachium ad flumen Salsum ducere cœpit*; nec aliter passim scriptores optimi *Idem.*

4. Glans missa est inscripta] Nota *glandium* genus, quibus inscribi solet, & sic ad hostem mitti. Infra paullo: *Indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar, quæ in oppido ad defendendum compararentur.* Tangit *Lipsius* lib. IV. *Poliore.* *Dialog.* II. Sic *Philippus Macedonum Rex*, ad *Methonam* à se obfessam amisso oculo, sagittæ nomen

fa est inscripta ; quo die ad oppidum capiendum accederent , sese scutum esse positurum. Qua spe nonnulli , dum sine periculo murum ascendere , & oppidum potiri posse se sperarent , postero die ad murum opus facere cœperunt , & bene magna prioris muri pars dejecta est.

5 Quo facto ab oppidanis , ac si suarum partium essent , conservati , missos facere loricatedos , quique præfidiâ causâ præpositi oppido à Pompejo essent , orabant. Quibus respondit Cæsar , se conditiones dare , non accipere , consuevisse. Qui quum in oppidum reversi essent , relato responso , clamore sublato , omni genere telorum

7 emisso , pugnare pro muro toto cœperunt : propter quod fere magna pars hominum , qui in castris nostris essent , non dubitarunt , quin eruptionem eo die essent

8 facturi. Ita , corona circumdata , pugnatum est aliquamdiu vehementissime , simulque balista missa à nostris turrem deiecit : qua adversariorum , qui in ea turre fuerant , v dejecti sunt , & puer , qui balistam solitus erat observare.

1 XIV. Eo præterito tempore , Pompejus trans flumen Salsum castellum constituit : neque à nostris prohibitus , <sup>1</sup> falsaque illa opinione gloriatus est , quod prope in nostris partibus locum tenuisset. Item insequenti die eadem consuetudine dum longius profequitur , quo loco equites nostri stationem habuerant , aliquot turmæ cum levi armatura , impetu facto , loco sunt dejectæ , & propter paucitatem nostrorum equitum , <sup>2</sup> simulque levi armatura inter turmas adversariorum protritæ.

Hoc

men Asteris , qui miserat , inscriptum repperit , ut annotavit copiose ex antiquis scriptoribus doctissimus Andreas Schottus in vitis comparatis Aristotelis ac Demosthenis ad Olymp. cvi. an. iv. Brant.

1. Falsaque illa opinione] Ex MS. Norv. reponendum falsa illa opinio-  
ne , nam delenda est particula co-

pulans , quippe quæ sensum turbat. Davies.

2. Simulque levi armatura] Joann. Glandorpio legendum videtur simulque levis armatura. Editt. Rom. Ven. Beroald. exhibent simulque cum levi armatura ; rectius MS. Norvic. simul cum levi armatura , ac ita rescribendum. Davies.

Hoc in conspectu utrorumque castrorum gerebatur : 3  
 & majore Pompejani exultabant gloria , longius quod  
 nostris cedentibus prosequi cœpissent. Qui quum ali- 4  
 quo loco à nostris recepti essent , ut consuescent , ex si-  
 mili virtute clamore facto , averfati sunt prælium facere.

XV. Fere apud exercitus hæc est equestris prælii 1  
 consuetudo ; quum eques ad dimicandum , dimisso e-  
 quo , cum pedite progreditur , nequaquam par habe-  
 tur. Id quod in hoc accidit certamine. Quum pedites 2  
 ex levi armatura lecti ad pugnam , equitibus nostris nec  
 opinantibus venissent ; idque in prælio animadversum  
 esset ; complures equites descenderunt. Ita exiguo tem- 3  
 pore eques pedestre ; pedes equestre prælium facere  
 cœpit , usque eo , ut cædem proxime a vallo fecerint ;  
 in quo prælio adversariorum ceciderunt cxxiiii. com- 4  
 pluresque armis exuti , multi vulneribus affecti in ca-  
 stra sunt redacti : nostri ceciderunt iii. faucii xii pe- 5  
 dites & equites v. Ejus diei insequenti tempore pristi-  
 na consuetudine pro muro pugnari cœptum est. Quum 6  
 bene magnam multitudinem telorum , ignemque no-  
 stris defendentibus injecissent , nefandum crudelissi-  
 mumque facinus sunt aggressi , in conspectuque nostro  
 hospites , qui in oppido erant , jugulare , & de muro  
 præcipites mittere cœperunt , sicut apud barbaros :  
 quod post hominum memoriam numquam est factum.

XVI. Hujus diei extremo tempore à Pompejanis 1  
 clam ad nostros tabellarius est missus , ut ea nocte tur-  
 res aggeremque incenderent , & iii vigilia eruptionem 2  
 facerent. Ita igne telorumque multitudine jacta ,  
 quum bene magnam partem muri consumpsissent , por-  
 tam , quæ è regione & in conspectu Pompeji castro-  
 rum fuerat , aperuerunt , copiæque totæ eruptionem  
 fecerunt , secumque extulerunt <sup>1</sup> calcatas ad fossas com-  
 plen-

1. *Calcatas ad fossas complendas*] gi possit *culcitas* , cujus diminuti-  
 MS. *Thuan.* & edit *Rom.* *culcatas* : vum *culcitula* , licet in aliis sit *cul-*  
 MS. *Norv.* *cultatas* , unde forsitan le- ticula. notante *Festo* , *fusticulus* qui-  
 Bbb 2 dant

plendas, & harpagones ad casas, quæ stramentitiæ ab nostris hibernorum causâ ædificatæ erant, diruendas, & incendendas; præterea argentum, & vestimenta, ut, dum nostri in præda detinerentur, illi cæde facta ad præsidia Pompeji se reciperent: nam, quod existimabat eos posse conatum efficere, nocte tota ultraibat flumen Salsum in acie. Quod factum licet nec opinantibus nostris esset gestum; tamen virtute freti, repulso, multisque vulneribus affectos oppido represserunt, prædaque & armis eorum sunt potiti, vivosque aliquos ceperunt, qui postero sunt interfecti die. Eodemque tempore transfuga nunciavit ex oppido, Junium, qui in cuniculo fuisset, <sup>1</sup> jugulatione oppidanorum facta, clamasse, *facinus se nefandum, & scelus fecisse: nam eos nihil meruisse, quare tali pœna afficerentur, qui eos ad aras & focos suos recepissent, eosque hospitium scelere contaminasse*: multa præterea dixisse: qua oratione deterritos amplius jugulationem non fecisse.

<sup>1</sup> XVII. Ita postero die Tullius legatus cum <sup>2</sup> Catone Lusitano venit, & apud Cæsarem verba fecit: *Utinam quidem Dii immortales fecissent, ut tuus potius miles, quam Cn. Pompeji, factus essem; & hanc virtutis constantiam in tua victoria, non in illius calamitate præstarem*: <sup>3</sup> *cujus funestæ laudes quippe ad hanc fortunam reciderunt, ut cives Rom. indigentes præsidii, & propter patriæ*

*dam ligneus in sacris dicebatur. Ad oram nonnullorum Codicum legitur crates, quæ vox, hujus explicandæ gratiâ, margini est adscripta. Davies.*

<sup>1</sup>. *Jugulatione oppidanorum facta*] Hanc locutionem plus vice simplici adhibuit noster, eam tamen Joann. Brantius barbarissimi insimulat. Sed perperam; eodem enim modo occisionem facere dixerunt scriptor ad Herennium lib. IV. p. 38. A. & Cicero de Invent. lib. II. p. 66. ed. Lambin. Davies.

<sup>2</sup>. *Catone Lusitano*] Forte legendum, cum C. Antonio Lusitano. Illius enim paullo post, ut comitis Tullii, meminit. Gland.

<sup>3</sup>. *Cujus funestæ laudes* — *exspectantes*] Hæc Librariorum vitio videntur corrupta, aut mutila, ut sine meliorum Codd. ope sanari non possint. Ejusmodi tamen libros sperare non licet, cum hic locus Julii Celsi tempore æque fuerit vitiat. Vide vit. Cæs. pag. 241. Davies.

eria luctuosam perniciem dedamur hostium numero : qui neque in illius prospera acie primam fortunam , neque in adversa secundam obtinuimus victoriam : qui legionum tot impetus sustentantes , nocturnis diurnisque operibus gladiatorum æctus , telorumque missus exspectantes , victi , & deserti à Pompejo , tua virtute superati , salutem à tua clementia deprecamur petimusque , ut , qualem te gentibus præstitisti , similem in civium deditioe præstes. <sup>1</sup> Et qualem , ait , gentibus me præstiti , similem in civium deditioe præstabo.

XVIII. Remissis legatis , <sup>2</sup> quum ad portam venisset Ti. Tullius , quum eum introeuntem C. Antonius infecutus non esset , reversus est ad portam , & hominem apprehendit. Quod Tiberius quum fieri animadvertit , <sup>3</sup> simulque pugionem eduxisset , manum ejus incidit. Ita refugerunt ad Cæsarem. Eodemque tempore signifer de legione prima transfugit ; & nunciavit , quo die equestre proelium factum esset , <sup>4</sup> suo signo perisse homines xxxv. neque licere castris Cn. Pompeji nunciari , neque dici perisse quemquam. Servus , cujus dominus in Cæsaris castris fuisset , uxoremque & filium in oppido reliquerat , dominum jugulavit , & ita clam à Cæsaris præsiidiis in Pompeji castra discessit , & indicium glande scriptum misit , per quod cer-

1. Et qualem , ait , gentibus me præstiti , similem in civium deditioe præstabo] Hoc responsum , quod à vulgg. aberat , ex MS. Thuan. addidi. MS. Norvic. locum sic exhibet : ut clementiam , quam victis gentibus præbuiti , calamitosi civibus tuis non deneges. Cui Cæsar , se non acerbiorum in civis fugatis ; non male , si pro voce ultima futurum reponamus. Davies.

2. Quum ad portam — apprehendit] In MS. Norvic. legitur quum ad portam venissent Ti. Tullius , quum introeuntem C. Antonium secutus non esset , revertit ad portam. Optime , si interpungas quum ad portam venissent , Ti. Tullius quum introeuntem &c. nam

ex seqq. liquet Ti. Tullium ab Antonio apprehensum fuisse. Idem.

3. Simulque pugionem eduxisset] Repone statim ex MS. Norvic. sinu pugionem eduxit , & manum ejus incidit. Idem.

4. Suo signo] Unicuique manipulo suum erat signum. Varro L. L. lib. iv. Manipulus , minima exercitus manus (erant in singulis legionibus manipuli xxx. Vide A. Gellium N. A. lib. xvi. cap. iv.) qua unum sequitur signum. Quidam tamen singulis centuriis singula dant signa. Ad Juss. Lipsi Mil. Rom. lib. ii. Dial. viii. Idem.

certior fieret Cæsar, quæ in oppido ad defendendum  
 5 compararentur. Ita, litteris acceptis, quum in oppi-  
 dum reversi essent, qui mittere glandem scriptam so-  
 lebant, insequenti tempore duo Lusitani fratres trans-  
 fugæ nunciarunt quam Pompejus concionem habuisset:  
*quoniam oppido subsidio non posset venire, noctu ex adver-*  
*sariorum conspectu se deducerent ad mare versum: unum*  
 respondisse, ut <sup>1</sup> potius ad dimicandum descenderent, quam  
 signum fugæ ostenderent: tum, qui ita locutus esset, ju-  
 6 gulatum. Eodem tempore tabellarii ejus deprehensi,  
 qui ad oppidum veniebant, quorum litteras Cæsar op-  
 pidanis objecit, & qui vitam sibi peteret, jussit tur-  
 7 rem ligneam oppidanorum incendere: id si fecisset, ei  
 se promisit omnia concessurum: quod difficile erat fa-  
 8 ctu, ut eam turrem sine periculo quis incenderet. <sup>2</sup> Ita  
 \*\* facturus de ligno quum propius accessisset, ab op-  
 pidanis est occisus. Eadem nocte transfuga nunciavit,  
 Pompejum, & Labienum, de jugulatione oppidano-  
 rum indignatos esse.

<sup>1</sup> XIX. Vigilia secunda propter multitudinem telo-  
 rum turris lignea, quæ nostra fuisset, <sup>3</sup> ab imo vitium  
 2 fecit, usque ad tabulatum secundum & tertium. Eo-  
 dem tempore pro muro pugnatum acerrime, & turrim  
 nostram, ut superiorem, incenderunt: idcirco quod  
 3 ventum oppidani secundum habuerunt. Insequenti lu-  
 ce materfamilias de muro se dejecit, & ad nos transi-  
 lit, dixitque <sup>4</sup> se cum familia constitutum habuisse,  
 ut

<sup>1</sup>. Potius — jugulatum] MS. Norv. exhibet potius ad dimicandum descenderet, quam signum fugæ ostenderet; cum, qui ita locutus esset, jugulatum. Ad vocem ultimam quod attinet, melius, ut opinor & rectius Davies.

<sup>2</sup>. Ita \*\* facturus de ligno] Lacuna antiqua. MSS. duo Thuan. (ut & MS. Norv.) habent ita fune cruce de ligno, unde lego ita fune cruce deligato: ne enim in urbem fugeret,

longo fune Cæsariani crus vinxerant. Goduin.

<sup>3</sup>. Ab imo vitium fecit] Ædificium vitium facere dicunt Jurisconsulti cum ruinam minatur. l. xxviii. §. ult. & l. xxx. D. locati. Brant.

<sup>4</sup>. Se cum familia] Ita hæc refert Jul. Celsus vit. Cæs. p. 241. Matrona è muro desiliens dixit se cum ancilla sua statuisse transfugere; legit igitur in nostro se cum famula &c. licet

ut una transfugerent ad Cæsarem; illam oppressam & jugulatam. Hoc præterea tempore tabellæ de muro 4  
sunt dejectæ, in quibus scriptum est inventum: <sup>1</sup> L.  
*Minutius Cæsari: Si mihi vitam tribuis, quoniam à Cn.*  
*Pompejo sum desertus, qualem me illi præstiti, tali virtute*  
*& constantia futurum me in te esse præstabo.* Eodem tem- 5  
pore oppidanorum legati, qui antea exierant, Cæsarem adierunt, si sibi vitam concederet, sese insequenti die oppidum esse dedituros. Quibus respondit, se 6  
*Cæsarem esse, fidemque præstiturum.* Ita ante diem XI  
Kalend. Martii oppido potitus Imperator est appellatus.

XX. Et Pompejus, ex perfugis quum deditonem 1  
oppidi factam esse scisset, castra movit Ucubim versus: <sup>2</sup> sed circum ea loca castella disposuit, & munitionibus se continere cœpit. Cæsar movit, & propius castra castris contulit. Eodem tempore mane loricatorum 2  
unus ex legione vernacula ad nos transfugit, & nunciavit, Pompejum oppidanos Ucubenses convocasse, iisque imperavisse, ut, diligentia adhibita, perquirent, qui essent suarum partium, itemque adversariorum victoriæ fautores. <sup>3</sup> Hoc præterito tempore, in 3  
oppido, quod fuit captum, servus est prehensus in cuniculo, quem supra demonstravimus, dominum jugulasse: is vivus est combustus. Idemque temporis centuriones loricati 11X ad Cæsarem transfugerunt ex legione 4

cet enim familia de pluribus servis dicatur, unicus eo nomine non designatur. Vide Tit. de verb. signif. §. XL. Davies.

1. L. Minucius] Codex Fulvii Ursini, L. Munatius. Dio lib. XLIII. pag. 230. & Valerius Maximus lib. IX. cap. II. licet Flaccus ab altero cognominetur, ab altero Plancus, ut supra lib. de bell. Alexand. cap. LII. Ciaccon.

2. Sed circum ea loca] Discretiva conjunctio huc non convenit. Scribe

ex MS. Norvic. & circum ea loca, quod etiam Joan. Glandorpio ex conjectura placuit. Davies.

3. Hoc præterito tempore] Non necesse est, ut cum Joan. Glandorpio eumque secuto Joan. Goduino repinamus hoc præterea tempore; nam (præterquam quod phrasia altera nostro est usitatissima. Vide supra capp. XI, & XIV.) redit auctor ad id quod accidit, oppido in deditonem recepto. Idem.



gione vernacula, & equites nostri cum adversariorum equitibus congressi sunt, & faucii aliquot occiderunt ex levi armatura. Ea nocte speculatores prehensi servi 111, & unus ex legione vernacula. Servi sunt in crucem sublati, <sup>1</sup> militibus cervices abscissæ.

1 XXI. Postero die equites cum levi armatura ex ad-  
2 versariorum castris ad nos transfugerunt. Et eo tem-  
pore circiter XI equites ad aquatores nostros excucur-  
rerunt: nonnullos interfecerunt, item alios vivos ab-  
3 duxerunt. Ex equitibus capti sunt equites 11X. Inse-  
quenti die Pompejus securi percussit homines LXXIV,  
qui dicebantur esse fautores Cæsaris victoriæ. Reliquos  
in oppidum iussit deduci, ex quibus effugerunt CXX,  
& ad Cæsarem venerunt.

1 XXII. Hoc præterito tempore, qui in oppido Ate-  
gua <sup>2</sup> Bursavolenses capti sunt, legati profecti sunt  
cum nostris, uti rem gestam Bursavolensibus referrent,  
quid sperarent de Cn. Pompejo, quum viderent hospites  
jugulari: præterea multa scelera ab iis fieri, qui  
2 præsidii causâ ab his reciperentur. Qui quum ad op-  
pidum venissent, nostri, qui fuissent equites Rom. &  
senatores, non sunt ausi introire in oppidum, præter-  
3 quam qui ejus civitatis fuissent. Quorum responsis ul-  
tro citroque acceptis, & redditis, quum ad nostros se  
reciperent, qui extra oppidum fuissent, illi de præsi-  
dio inseguti, ex aversione legatos jugularunt. Duo re-  
liqui,

1. *Militibus cervices abscissæ*] At unus tantum captus est miles. Reponendum igitur ex editt. *Rom. Ven. Beroald. militi cervices abscissæ*, more antiquo, quo *cervices* pluraliter tantum efferebant. *Quintilianus* Instit. Orat. lib. VIII. cap. III. pag. 392. ed. Oxon. Cervicem videtur *Hortensius primus dixisse*, nam vett. pluraliter appellabant. In eandem sententiam dixit *Varro* L. L. lib. VII. p. 87. & lib. IX. p. 142. Sic etiam lo-

quuntur boni auctores. Scriptor ad *Herennium* lib. III. cap. XV. *Si erit in demonstratione sermo, paululum corpus à cervicibus demittemus.* Vide & *Terentium* Heaut. Act. II. Sc. II, 131. *Davies.*

1. *Bursavolenses*] V. C. *Bursavolenses.* Lego *Ursaonenses*, nam id oppidum inferius dicitur *Ursao*, & *Plinio* lib. III. cap. I. *Urso*; sed *Ursao* apud eum potius legerem. *Ciaccon.*

liqui, qui ex eis fugerunt, Cæsari rem gestam detulerunt, <sup>1</sup> & speculatores ad oppidum Ateguam miserunt. Qui quum certum comperissent <sup>2</sup> legatorum responsa ita esse gesta, quemadmodum illi retulissent, ab oppidanis concursu facto, eum, qui legatos jugulasset, lapidare, & ei manus intentare cœperunt: illius opera se perisse. Ita vix periculo liberatus petiit ab oppidanis, <sup>5</sup> ut ei liceret legatum ad Cæsarem proficisci: illi se satisfacturum. Potestate data, quum inde esset profectus, <sup>6</sup> præsidio comparato, quum bene magnam manum fecisset; & nocturno tempore per fallaciam in oppidum esset receptus, jugulationem magnam facit: principibus, qui sibi contrarii fuissent, interfectis, <sup>3</sup> oppidum in suam potestatem recipit. Hoc præterito tempore, servi transfugæ nunciaverunt, <sup>4</sup> oppidanorum bona vendere, ne cui extra vallum liceret exire, nisi discinctum: <sup>5</sup> iccirco quod ex quo die oppidum Ate- <sup>8</sup>  
 gua

1. *Et speculatores*] Oratio caret nominativo. Proinde non invitus legerim: *Ursaonenses vero speculatores miserunt &c.* Glandorp.

2. *Legatorum responsa ita esse gesta*] *Joan. Glandorpio* legendum videtur juxta *legatorum responsa omnia ita esse gesta*; *Jos. autem Scaliger*, eumque secutus *Joan. Goduinus* duas primas voces ex interpretatione natas arbitrantur. Potius scribendum existimarem *legatorum responsa*, quæ minima est mutatio, ex eâ tamen sensus commodus exsurgit. *Davies.*

3. *Oppidum in suam potestatem recipit*] Sic restitui ex *MS. Norvic.* & editt. *Rom. Ven. Beroald.* nam in vulgg. *recepit.* Scio equidem in verbis eadem tempora non semper esse conjuncta. *Virgilius Æn. II, 12.*

*Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit.*

Ad quem locum *Servius* ita notat: *Propter metrum, pro præsentis præteritum posuit, Silius Italicus lib. VI, 265.*

— *Torsi telum, atque ingentia velox*  
*In memet sævi serpentis prælia verto;*

ubi tempora, *κακοφωνίας* vitandæ causâ, mutavit. Quoniam igitur id perraro factum, & præcipue quidem à Poëtis, nos veteribus Codd. nixi, *χρόνων* discrepantiam hic & alibi sustulimus. *Davies.*

4. *Oppidanorum bona vendere, nè cui &c.*] *MS. Norvic.* exhibet *oppidanorum bona vendi, nè cui &c.* Legendum puto *oppidanorum bona vendi, nec cui extra vallum licere exire, nisi discincto*, seu laxis vestibus, quod ut parum virile, ita inter pœnas militares numeratum. Vide *Just. Lipsium Mil. Rom. lib. v. Dial. XVIII. pag. 389. Idem.*

5. *Iccirco quod*] Ultima vox prorsus est otiosa, quare vel delenda ex fide editionum *Rom. Ven. Beroald.* vel potius legendum *idcircoque*, ut habet ed. *Rob. Stephani A. D. 1544. Idem.*

gua esset captum, metu conterritos complures profugere in Bethuriam, neque sibi ullam spem victoriæ propositam habere; ut si quis ex nostris transfugerit, in levem armaturam conjici, eumque <sup>1</sup> non amplius XVI accipere.

- 1 XXIII. Insequenti tempore Cæsar castris castra contulit, & brachium ad flumen Salsum ducere cœpit. Hic dum in opere nostri distenti essent, complures ex superiore loco adversariorum decucurrerunt: <sup>2</sup> nec detinentibus\* nostris, multistelis injectis, complures vulneribus affecere. Hic tamen, ut ait Ennius, *nostris cessere parumper*. Itaque, præter consuetudinem, quum à nostris animadversum esset cedere, centuriones ex legione v flumen transgressi duo restituerunt aciem; acriterque eximia virtute plures quum agerent; ex superiore loco multitudine telorum alter eorum concidit. Ita, quum is compar proelium facere cœpisset, & quum undique se circumveniri <sup>3</sup> animum advertisset, <sup>6</sup> parumper ingressus pedem offendit. Hujus concidentis viri casu passim audito, quum complures adversariorum concursum facerent, equites nostri transgressi interiore loco adversarios ad vallum agere cœperunt. <sup>7</sup> Ita, dum cupidius intra præsidia illorum student cædem facere, & turmis, & levi armatura sunt interclusi: quorum nisi summa virtus fuisset, vivi capti essent; nam & munitione præsidii ita coangustabantur,
- <sup>1</sup> ut

1. *Non amplius XVI*] Non est dubium, quin in bellis civilibus plus numeratum sit militi, quam in aliis expeditionibus, aut pacis tempore, cum juxta leges, & præscripta majorum teneretur exercitus. Certe sub Tiberio, composita Repub. non nisi *decem asses* in diem solitos accipere milites, tradit gravis auctor *Cornelius Tacitus*. Apparet autem *Pompeium* per ambitionem, & quia partibus suis sic conducebat, duplum,

id est, *vicenos asses*, numerasse. Porro levi armaturæ & transfugis, quod ii pro justis militibus non haberentur, nec in legione militarent, tantum dedisse *asses sedecim*. Glandorp.

2. *Nec detinentibus\* nostris*] Legendum, *desinentibus*, ut intelligas in opere perstitisse. *Idem*.

3. *Animum advertisset*] Ita MS. *Norwic*. In vulgatis erat *animadvertisset*. Davies.

ut equites spatio intercluso vix se defendere possent. Ex his utroque genere pugnae complures sunt vulneribus affecti, in quis etiam <sup>2</sup> Clodius Aquitius: inter quos ita cominus est pugnatum, ut ex nostris, praeter **11** centuriones, sit nemo desideratus, gloria se effeferentes.

XXIV. Postero die ab Soricaria utraeque convenere copiae. Nostri brachia ducere coeperunt. Pompejus, quum animadverteret, castello se excludi Aspavia, quod ab Ucubi millia passuum v distat, haec res necessario vocabat, ut ad dimicandum descenderet: neque tamen aequo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo excelsum tumulum capiebat, usque eo, ut necessario cogeretur iniquum locum subire. Quo facto, quum utrorumque copiae tumulum excellentem petissent, prohibiti a nostris sunt, <sup>3</sup> dejectique planitie: quae res secundum nostris efficiebat proelium. Undeque autem cedentibus adversariis, nostri magna in caede

1. *Ut equites spatio intercluso vix se defendere possent*] Legendum ex MS. *Norvic.* & editt. *Ven. Beroald.* ut *eques spatio intercluso vix se defendere possent*, quod elegantius est, quam fert Librariorum captus. *Davies.*

2. *Clodius Aquitius*] *Parisienses*, *Clodius Arquitius*. Fecit haec varietas, ut de mendo cogitarem. Qua in suspitione cum essem, reperi in antiquis marmoribus, *Avitum* cognomen esse Clodiorum. Nihil igitur dubito, quin ita hoc loco emendandum sit.

Romae, in domo Caesia.

D. M.  
CLODIAE  
AVITAE  
HEREDES  
EX TESTAMENTO  
In aedibus Arberinorum.  
D. M.  
TI. CLAUDIO  
FELICI. PATRI. ET  
CLAVDIAE

PRIVATE MATRI  
TI. CLAUDIVS. AVITVS  
FILIVS. OPTIMVS  
PARENTIBVS.

Cum vero hoc cognomen non admodum frequens apud veteres sit, inde factum est, ut mendose quandoque scriptum reperiat. *Ald. Manut.*

3. *Dejectique planitie*] *Joan. Glandorpius*, & *Joan. Goduinus* reponunt *dejectique in planitiem*; sed scribendum *dejectique planitiae*, quod idem est ac *in planitiem*. *Virgilius Aen. v. 451.*

*It clamor caelo —*

Noster hujusce libri cap. xvi. *Multisque vulneribus affectos oppido represserunt*. Sic & cap. xiii. ex MS. *Norvic.* legerim *quum oppido revertissent*, ubi in vulgg. *quum in oppidum reversi essent*; nam paullo infrequentiores loquendi formulas semper mutarunt Librarii. *Davies.*

de versabantur: quibus mons, non virtus, saluti fuit: quo subsidio tunc, nisi advesperasset, à paucioribus nostris omni auxilio privati essent: nam ceciderunt ex levi armatura cccxxiv: ex legionariis cxxxix: præterquam quorum arma & spolia sunt allata. Ita pridie centurionum interitio hac adversariorum pœna est litata.

XXV. Insequenti die, pari consuetudine quum ad eundem locum ejus præsidium venisset, pristino illo suo utebantur instituto: nam præter equites nullo loco æquo se committere audebant. Quum nostri in opere essent, equitum copiæ concursus facere cœperunt; simulque vociferantibus legionariis, quum locum efflagitarent, ut consueti insequi existimare possent, se paratissimos esse ad dimicandum, nostri ex humili convalle bene longe sunt egressi, & planitia iniquiore loco constituerunt. Illi tamen procul dubio ad congregiendum in æquum locum non sunt ausi descendere, præter unum Antistium Turpionem, qui fidens viribus, ex adversariis sibi parem esse neminem cogitare cœpit; hic, ut fertur, Achillis Memnonisque congressus. Q. Pompejus Niger, eques Romanus Italicensis, ex acie nostra ad congregiendum progressus est. Quoniam ferocitas Antistii omnium mentes converterat ab opere ad spectandum, acies sunt dispositæ: nam inter bel-

*I. Cogitare cœpit*] MS. *Norvic.* agitare cœpit, quæ rarior est locutio, ac proinde recipienda. *Curtius* lib. vi. cap. iv, 9. Agitasse *Darium*, custodiam corporis sui, contra jus fasque, peregrino militi tradere. *Plinius* Pan. cap. iv. Sape ego mecum, P. C. tacitus agitavi. Vide & *Livium* l. xxi. cap. xxvi. *Davies.*

*I. Hic, ut fertur, Achillis Memnonisque congressus. Q. Pompeius Niger &c.*] MS. *Norvic.* exhibet hic, ut fertur, *Achillis Memnonisque congressus.* Contra quem *Pompeius Niger &c.*

unde, ut sensus eliciatur, transpositis sententiis, legendum *agitare cœpit; contra quem Pompeius Niger — ad congregiendum progressus.* Hic, ut fertur, *Achillis Memnonisque congressus;* quo proverbio pugnam inter fortissimos institutam denotari existimo, Memnon enim, licet tandem ab Achille trucidatus, maximarum virium summique animi fuisse perhibetur à *Quinto Smyrneo*, qui hoc prælium fuscè & eleganter describit lib. 11. *Iliad.* vs. 395. seqq. *Idem.*

bellatores principes dubia erat posita victoria, ut prope videretur finem bellandi duorum dirimere pugna. Ita avidi cupidique suarum <sup>1</sup> quisque partium, \* expertorum virorum fautorumque voluntas habebatur. Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorumque laudis insignis præfulgens opus cœlatum, quorum \* pugna esset prope profecto dirempta, nisi propter equitum \* concessum, ut supra demonstravimus, levis armatura præsidii causa non longe ab opere castrorum constitisset. Ut nostros equites in receptu, dum ad castra redeunt, adversarii cupidius sunt infecuti, universi, clamore facto, impetum dederunt. Ita metu perterriti, quum in fuga essent, multis amissis, in castra se recipiunt.

XXVI. Cæsar, ob virtutem, turmæ Cassianæ donavit millia XIII, & præfecto torques aureos II, & levi armaturæ millia X. Hoc die A. Bæbius, & C. Flavius, & A. Trebellius equites Romani Astenses <sup>2</sup> argento prope tecti equites ad Cæsarem transfugerunt: qui nunciaverunt equites Romanos conjurasse omnes, qui in castris Pompeji essent, ut transitionem facerent: servi indicio omnes in custodiam esse conjectos, è quibus, occasione capta, se transfugisse. Item hoc die litteræ sunt deprehensæ, quas mittebat Ursanem Cn. Pompejus: <sup>3</sup> *S. V. G. E. V. Etsi, prout nostra*

1. *Quisque partium, \* expertorum virorum* — nisi propter equitum \* concessum] Hæc omnia adeo sunt corrupta & mutila, ut *demonium* sit, non homo, qui ex iis sensum aliquem possit extundere. Quod solum possum, variantes lectiones exhibebo. MS. *Norvic. Quisque ex partium virorum, fatuorumque voluntate habebantur. Quorum virtute alacri quum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorum laudis insignia præfulgens opus cœlatum, quorum pugna esset profecto directa, nisi propter equitum consensum: nihilo quidem sani-*

us, quam vulgg. à quibus editt. *Rom. Ven. Beroald. non abeunt. Davies.*

2. *Argento prope tecti equites]* *Joan. Glandorpius* reponit *argento prope tectis equis*; sed ex MS. *Norvic.* legendum *argento prope tecti equos*, qui notissimus est Hellenismus. Non interim sum nescius, equites pro equis poni posse. Vide quæ notavit vir clarissimus *Janus Broukhuisius* ad *Propertii* lib. IV. Eleg. III, 38. Id tamen hic loci durissimum videtur, eandem enim vocem diverso sensu paullo ante adhibuit noster. *Idem.*

3. *S. V. G. E. V.]* Hæ litteræ denotant,

*felicitas, ex sententia adversarios adhuc propulso habemus; tamen, si equo loco sui potestatem facerent, celerius, quam*  
 6 *vestra opinio est, bellum confecissem. Sed exercitum tiro-*  
*num non audent in campum deducere, nostrisque adhuc fre-*  
 7 *ti praesidiis bellum ducunt; nam singulas civitates circumsi-*  
*dent: inde sibi commeatus capiunt. Quare & civitates no-*  
*strarum partium conservabo, & bellum primo quoque tem-*  
*pore conficiam. Cohortes <sup>1</sup> in animo habeo ad vos mittere.*  
*Profecto nostro commeatu privati, necessario ad dimicandum*  
*descendent.*

1 XXVII. Insequenti tempore quum nostri temere in  
 opere distenti essent, equites in oliveto, dum lignan-  
 2 tur, interfecti sunt aliquot. Servi transfugerunt, qui  
 nunciaverunt a. d. IIII Nonarum Martii proelio, ad  
 Soritiam quod factum est, ex eo tempore metum esse  
 magnum, & Attium Varum circum castella praesse.  
 3 Eo die Pompejus castra movit; & <sup>2</sup> contra Hispalim  
 4 in oliveto constitit. Caesar priusquam eodem est profe-  
 ctus, luna hora circiter VI visa est. Ita castris motis  
 Ucubim praesidium, quod Pompejus reliquit, iussit  
 ut incenderent; & deusto oppido in castra majora se re-  
 5 ciperent. Insequenti tempore Ventisponte oppidum  
 quum oppugnare coepisset, deditioe facta, iter fecit  
 in Carrucam: contra Pompejum castra posuit. Pom-  
 pejus oppidum, quod contra sua praesidia portas clau-  
 sisset,

notant, si valetis, gaudeo, ego valeo. Sic Dolabella in Epist. ad Ciceronem Fam. lib. IX. Ep. IX. S. V. G. V. ut frustra sint Barn. Briffonius Form. lib. VIII. & Pet. Ciacconius, qui reponunt S. V. B. E. E. V. licet ea quidem usitatior formula: Vide & Just. Lipsium Inst. Epist. cap. III. Davies.

1. In animo habeo] Ex Cod. Ciaccon. & edit. Steph. praepositionem restitui, quam omittunt vulgg. Idem.

2. Contra Hispalim] In vulgg. cir-

ca Hispalim; sed lectionem à me receptam exhibent MS. Norvic. & edit. Rom. Ven. Beroald. quam etiam Gerardus G. J. F. Vossius ad Velleii Paterculi lib. II. cap. LXXVI. ex Cod. Petav. recipiendam censuit. Contra Hispalim idem notat ac è regione Hispalis. Caesar lib. I. B. C. cap. LVI. Haec ad insulam, quae est contra Massiliam, stationes obtinebant. Ac lib. III. B. C. cap. XXIII. Insulamque; quae contra Brundisium portum est, occupavit. Sic &, inter alios, Virgilius Aen. I, 17. Idem.

fisset, incendit: milesque, qui fratrem suum in castris 6  
jugulasset, interceptus est à nostris, & <sup>1</sup> fusti percuf-  
sus. Hinc itinere factò, in campum Mundensem quum  
esset ventum, castra contra Pompejum constituit.

XXVIII. Sequenti die quum iter facere Cæsar cum 1  
copiis vellet, renunciatum est ab speculatoribus, Pom-  
pejum de 111 vigilia in acie stetit. Hoc nuncio alla- 2  
to, vexillum proposuit. Iccirco enim copias eduxerat,  
<sup>2</sup> quod Versaonensium civitati fuissent fautores: antea  
litteras miserat, *Cæsarem nolle in convallem descendere,*  
*quod majorem partem exercitum tironem haberet.* Hæ lit- 3  
teræ vehementer confirmabant mentes oppidanorum.  
Ita hac opinione fretus totum se facere posse existima-  
bat: etenim & natura loci defendebatur, & ipsius op-  
pidi munitione, ubi castra habuit constituta; namque, 4  
ut superius demonstravimus, loca excellentia tumulis  
contineri; interim nulla planitia dividit.

XXIX. Sed ratione nulla placuit taceri id, quod 1  
eo incidit tempore. Planities inter utraque castra inter-  
cedebat, circiter millia passuum v, ut auxilia Pompeji  
duabus defenderentur rebus, oppidi excelsi, & loci  
natura. Hinc dirigens proxima planities æquabatur: 2  
cujus

3. *Fusti percussus*] Intelligit *Fu-*  
*stuarium*, ut *Cicero* vocat *Philipp. 111.*  
de quo *Polybius* lib. vi. cap. xxxv.  
Τὸ δὲ τὸ ξυλοκοπίας ἐστὶ τοῖσδε. Λαβῶν  
ξύλον ὁ χιλιάρχος, τέτρω τὴ κατακρε-  
δίον οἷον ἤφατο μόνον. Οὗ γενομένης,  
πάντες οἱ τὴ στρατοπέδου τύπτοντες τοῖς  
ξύλοις καὶ τοῖς λίθοις, τὰς μὲν ἀλλείσκει  
ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπέδῳ καὶ ἀλλάσσειν.  
*Livius* lib. v. cap. vi. *Fustuarium me-*  
*retur, qui signa relinquit, aut presidio*  
*decedit.* *Brantius.*

2. *Quod Versaonensium civitati fuif-*  
*sent fautores*] Legendum credo: *Quod*  
*Versaonensium civitati ut sibi essent fau-*  
*tores.* Educebat enim copias extra  
vallum, ut confirmaret, quod lit-  
teris scripserat, per Cæsarem stare,

quo minus averteretur. Hanc enim  
si teneret opinionem, sperabat opi-  
danos sibi fautores. *Ciaccon.*

*Ibid.* *Joan. Glandorpins* reponit  
quod *Versaonensium civitati, qui erant*  
*fautores, &c.* *Jos.* autem *Scaliger* &  
*Joan. Goduinus* vocem ultimam cum  
penultima è margine in textum ir-  
repfisse contendunt. *Editt. Rom. Ven-*  
*Beroald.* exhibent quod *Versaonensium*  
*civitati fuissent fautores.* *Fausto* antea  
*litteras &c.* Eandem lectionem in  
suo *Cod.* invenit *Jul. Celsus*, quī  
p. 242. ait *Pompeius Fausto* scripse-  
rat, qui, quantum intelligi datur, in-  
tra oppidum erat, *Cæsarem* &c. Nec  
fane causa est, cur ea vox rejicula  
habeatur. *Davies.*



cujus decursum antecede-  
 3 cessum summam efficiebat loci iniquitatem; nam palu-  
 stri & voraginoso solo <sup>1</sup> currebat <sup>2</sup> ad dextram par-  
 tem. Et Cæsar, quum aciem directam vidisset, non  
 habuit dubium, quin media planitie in æquum ad di-  
 4 micandum adversarii procederent. Hoc erat in omnium  
 conspectu. Huc accedebat, ut locus illa planitie equi-  
 tatum ornaret, & diei, Solisque serenitas: ut mirifi-  
 cum & optandum tempus prope ab Diis immortalibus  
 5 illud tributum esset ad prælium committendum. No-  
 stri lætari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum  
 res fortunæque omnium deducerentur, ut, quidquid  
 6 post horam casus tribuisset, in dubio poneretur. Ita-  
 que nostri ad dimicandum procedunt: id quod adver-  
 sarios existimabamus esse facturos; qui tamen à muni-  
 tione oppidi ∞ passibus longius non audebant procede-  
 re, in quo sibi prope murum <sup>3</sup> adversarii constitue-  
 7 bant. Itaque nostri procedunt. Interdum æquitas loci  
 adversarios efflagitabat, ut tali conditione contenderent  
 1 ad victoriam: neque tamen illi à sua consuetudine <sup>4</sup> de-  
 cedebant, ut aut ab excelso loco, aut ab oppido, di-  
 scederent. Nostri pede presso propius rivum quum ap-  
 propinquassent, adversarii patrocinari loco iniquo non  
 desinunt.

2 XXX. <sup>5</sup> Erat acies XLII aquilis constituta, quæ  
 lateri

1. *Currebat ad dextram partem*] Reponendum crediderim ex MS. *Norvic. currens erat*, qui Hellenismus est, optimis scriptoribus non ignotus. Cicero in Orat. p. 204. ed. Lambin. Est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phædri his verbis loquens Socrates. Vitruvius Archit. lib. II. cap. I. *Phryges vero, qui campestribus locis sunt habitantes. Adi & Is. Casaubonum ad Capiolini Anton. Philos. cap. xx. Davies.*

2. *Ad dextram partem*] Pro his vocibus Cod. *Ciaccon.* representat ad

*extremum*; MS. autem *Norvic. ad dextrum*, cuius Glossema est vulgata lectio. *Idem.*

3. *Adversarii constituebant*] MS. *Norvic.* vocem interponit, qua in textum recepta, integer est sensus. Ex eo igitur lege *adversarii præliandum constituebant.* *Idem.*

4. *Decedebant*] Sic legendum, non *discedebant*, quod in edit. *Idem.*

5. *Erat acies XIII aquilis constituta*] Id est, totidem legionibus. Has enim ipsas per aquilas numerabant, & legionis totius aquila fuit, hoc est,

lateribus equitatu tegebatur, cum levi armatura mil-  
libus VI. Præterea auxiliares accedebant <sup>1</sup> prope alte-  
rum tantum. Nostra præsidia LXXX cohortibus, &  
IIX millibus equitum. Ita, quum in extrema planitie <sup>2</sup>  
iniquum in locum nostri appropinquassent, paratus ho-  
stis erat superior, ut transeundi superius iter vehemen-  
ter esset periculosum. Quod quum à Cæsare esset ani- <sup>3</sup>  
madversum, ne quid temere culpa sua sequius admit-  
teretur, <sup>4</sup> cum locum definire cœpit. Quod quum ho- <sup>4</sup>  
minum auribus esset objectum, moleste & acerbe ac-  
cipiebant se impediri, quo minus prælium confice-  
re possent. Hæc mora adversarios alacriores efficie-  
bat, Cæsaris copias timore impediri ad committen-  
dum prælium. Ita se efferentes iniquo loco sui pote- <sup>5</sup>  
statem faciebant, <sup>6</sup> ut magno tamen periculo accessus  
eorum haberetur. Hic Decumani suum locum cornu <sup>6</sup>  
dextrum tenebant, sinistrum IIII, & V legio, item-  
que cetera auxilia, & equitatus. Prælium clamore fa-  
cto committitur.

XXXI. Hic etsi virtute nostri antecedebant, adver- <sup>I</sup>  
sarii loco superiore defendebantur acerrime, & vehe-  
mens fiebat ab utrisque clamor, <sup>4</sup> telorumque missu  
concursum, sic, <sup>5</sup> ut prope nostri diffiderent victoriæ:

con-

est, alitis ejus effigies five corpus  
ex argento vel auro, summæ per-  
ticæ insistens, & pede altero ful-  
men sæpe tenens. Brant.

1. Prope alterum tantum] Ita ut  
auxiliares reliquarum copiarum nu-  
merum tantum non adæquarent.  
Livius lib. I. cap. xxxvi. Alterum  
tantum adjecit. Minucius Felix Octav.  
p. 37. Mox alterum tantum admoni-  
tus adjunxit. Vide & Corn. Nepotem  
Eumen. cap. VIII, 5. Davies.

2. Eum locum definire cœpit] Nimi-  
rum ut milites ipsius nossent, qua-  
tenus progrediendum esset, dum  
hostem insequerentur. Rbellican.

3. Ut magno tamen periculo] Ad-

versativam particulam huc non con-  
venire advertit Joan. Glandorpium,  
qui reponendum duxit ut magno in  
periculo; MS. autem Norvic. exhibet  
ut magno cum periculo, quæ lectio fa-  
na est & sincera. Davies.

4. Telorumque missu concursus] Sic  
recte exhibent MS. Norvic. & editt.  
Rom. Ven. Beroald. cum in vulgg.  
telorumque missus perperam legeret-  
tur. Idem.

5. Ut prope nostri diffiderent victo-  
ria] Profecto sic se res habebat.  
Veterani namque XIV annis vince-  
re sueti, retrocedere cœperunt. Etsi  
autem nondum fugerent, appare-  
bat tamen pudore magis quam vir-  
tute

- 2 congressus enim & clamor, quibus rebus maxime ho-  
 3 stes conterrentur, in collatu pari erant conditione. Ita-  
 4 que ex utroque genere pugnae, quum parem virtu-  
 tem ad bellandum contulissent, pilorum missu fixa cu-  
 mulatur, & concidit adversariorum multitudo. Dex-  
 5 trum demonstravimus Decumanos cornu tenuisse, qui  
 etsi erant pauci, tamen, propter virtutem, magno ad-  
 6 versarios timore eorum opera afficiebant, quod à suo  
 loco hostes vehementer premere cœperunt, ut ad sub-  
 7 versariorum transduci cœpta sit ad dextrum. Quæ si-  
 mul est mota, equitatus Cæsaris sinistrum cornu pre-  
 mere cœpit. At ii eximia virtute proelium facere inci-  
 piunt, ut locus in acie ad subsidium veniendi non da-  
 retur. Ita, quum clamori esset intermixtus gemitus,  
 gladiatorumque crepitus auribus oblati, imperitorum  
 mentes timore præpediebat. <sup>2</sup> Hic, ut ait Ennius, *pes*

*pede*

tute resistere. Hic *Cæsar* ablegato equo, cassideque projecta, ut ab omnibus noscitur, procurrit in primam aciem, ac compellatis militibus, viderent quid facerent, se non nisi victorem in castra reversurum, tanto impetu in hostes irruit, ut per decem pedes eos loco propelleret. Ita animis suorum erectis, & acie restituta, cum Labienus nonnullas cohortes suis alibi laborantibus subsidio mitteret; *Cæsar*, ut erat vir callidissimus, fugere hostes exclamavit. Ea voce milites exhilarati, fortius incubuerunt. Pompeiani dum suos fugere credunt, nec jam amplius adversariorum vim sustinent, in fugam convertuntur. Ita parva victoria est. *Cæsar* post pugnam ad suos conversus, alias pro victoria se, tum primum pro vita & salute dimicasse dixit. Hæc ab auctore nostro, quisquis fuit, prætermissa, cum magno consensu à *Velleio Paterculo*, *Floro*, *Frontino*, *Plutarcho*, & *Appiano* tra-

dantur, neutiquam transeunda duximus. *Glandorp*.

1. Ne ab latere nostri occuparentur] Sensus postulat, ut scribamur occuparent, quemadmodum est in MS. *Norvic*. & editt. *Rom. Ven.* Eadem lectio è II. MSS. *Thuan.* hausta, *Joan. Goduino* placuit. *Davies*.

2. Hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma] *Ennianum* mihi locum consultus ostendit vir interioribus litteris eruditissimus *And. Schottus*, quem honoris causa nomino, ex *Homero* conversum esse *Iliad.* v.

ἄσπετος ἀπὸ ἀσπερίδ' ἔπειθε, κόρυς κόρυ,  
ἀνέπεσ δ' ἀνίρη.

Quomodo & *A. Furius* apud *Macrobius* lib. vi. Satur. cap. III. ex eodem *Homero*:

Pressatur pede pes, mucro mucrone,  
viro vir,

*Maro* quoque x. *Æn.* vs. 360.

— Hæret pede pes, densusque viro vir.  
Sed neutrum *Homero* hic parem esse  
Cui-

pede premitur, armis teruntur arma; adversariosque vehementissime pugnantes nostri agere cœperunt, quibus oppidum fuit subsidio. Ita <sup>1</sup> ipsis Liberalibus fusi 8 fugatique non superfuissent, nisi in eum locum confugissent, ex quo erant egressi. In quo prælio ceciderunt 9 millia hominum circiter xxx, & si quid amplius: præterea Labienus, Attius Varus, quibus occisis utrifque funus est factum: itemque equites Rom. partim ex urbe, partim ex provincia ad millia 111. Nostri deside- 10 rati ad hominum ∞ partim peditum, partim equitum, saucii ad d. Adversariorum aquilæ sunt ablatae xiii, & signa, & fasces. Præterea duces belli xvii capti sunt. Hos habuit res exitus.

XXXII. Ex fuga hac quum oppidum Mundam sibi <sup>1</sup> constituisent præsidium, nostri cogebantur necessario eos circumvallare. <sup>2</sup> Ex hostium armis, pro cespite <sup>2</sup> cadavera collocabantur, scuta & pila pro vallo, \* insuper occisi, & gladii, & mucrones, & capita hominum ordinata, ad oppidum conversa universa hostium timorem, virtutisque insignia \* proposita viderent, & vallo circumcluderentur adversarii \* ita Galli tragulis jaculisque oppidum ex hostium cadaveribus sunt circumplexi, oppugnare cœperunt. Ex hoc prælio Valerius <sup>3</sup> adolescens, Cordubam cum paucis equitibus fugiens, Sex.

Critici judicarunt, auctore eodem Macrobio lib. v. cap. xiiii. Brant.

Ibid. Imitatur & Silius Italicus lib. iv. 354. & ix. 322. Metri autem gratia Paulus Merula fragm. Ennii p. 40. rescribit

— Pes premitur pede, & arma teruntur Armis. —

Sed sexcentis exemplis demonstrare possum, solutæ orationis scriptores, cum Poetas laudent, metri esse negligentiores, adeo ut, an manu critica sit opus, nesciam. Davies.

1. Iphis Liberalibus 7 Liberalia celebrabantur Romanis decimo Calen-

das Aprilis, teste Ovidio Fast. iiii. Plutarchus scribit, eodem die prælium apud Mundam gestum, quo Pompeius ante quadriennium ab urbe fugerat. Glandorp.

2. Ex hostium armis — circumplexi]

Hæc p̄ncipis tam corrupta est & mutila, ut auctoris verba conjiciendo assequi non sit meum. Ex iis tantum colligitur e congestis cadaveribus aggerem effectum esse, quæ pilis jaculisque confixa inter se tenebantur, quæ verba sunt Flori lib. iv. cap. ii, 85. Vide & Valerium Maximum lib. vii. cap. vi. 5. ac Julium Celsum p. 244. seq. Davies.

Sex. Pompejo, qui Cordubæ fuisset, rem gestam re-  
 4 fert. Cognito hoc negotio, <sup>1</sup> quos equites, quod pec-  
 unia secum habuit, eis distribuit, & oppidanis di-  
 xit, se de pace ad Cæsarem proficisci, & secunda vi-  
 5 gilia ab oppido discessit. Cn. Pompejus autem cum e-  
 quitibus paucis, nonnullisque peditibus ad navale præ-  
 sidium parte altera contendit Cartejam, quod oppidum  
 6 abest à Corduba millia passuum CLXX. Quo quum ad  
 octavum milliarium venisset, P. Calvitijs, qui castris  
 antea Pompeji præpositus esset, ejus verbis nuncium  
 mittit, *quum minus belle haberet, <sup>2</sup> ut mitterent lecticam,*  
*qua in oppidum deferri posset.* Litteris missis, Pompejus  
 7 Cartejam defertur. Qui illarum partium fautores essent  
 conveniunt in domum, quo erat delatus; (qui arbitra-  
 ti sunt clanculum venisse) ut ab eo, quæ vellent, de  
 bello requirerent. Quum frequentia convenisset, de le-  
 ctica Pompejus eorum in fidem confugit.

- 1 XXXIII. Cæsar ex proelio munitione circumdata,  
 Cordubam venit: qui ex cæde eo refugerant, pontem  
 2 occupaverunt. Quum eo esset ventum, convitari cœ-  
 perunt, *nos ex proelio paucos superesse: quo confugeremus?*  
 3 Ita pugnare cœperunt de ponte. Cæsar flumen transje-  
 cit, & castra posuit. <sup>3</sup> Scapula totius seditionis familiæ  
 & libertinorum caput, ex proelio Cordubam quum

ve-

1. *Quos equites, quod pecunia secum habuit, eis distribuit*] Hæc barbara prorsus & incondita est constructio. Editt. Rom. Ven. Beroald. repræsentant quos equites secum habuit, quod pecunia secum habuit, eis distribuit, ac ita etiam testante Joann. Goduino, MSS. II Thuanæi; nec sane illa lectio in scriptore tam horrido prorsus est aspernanda. MS. Norvic. exhibet quos equites secum habuit, his quod secum pecunia, eis distribuit, unde minima mutatione rescribendum putem quos equites secum habuit is, quod secum pecunia, eis distribuit, qui rotundior, nisi me fallit animus,

& auctore Romano dignior est loquendi modus. Davies.

2. *Ut mitterent lecticam*] Sic reposui ex MS. Norvic. eandemque lectionem in Cod. Thuan. reperit Joann. Goduinus. In vulgg. ut mittere lecticam; male: non enim singulari cuiquam homini, sed ipsis Carteiensibus hunc nuncium misit Cn. Pompeius. Davies.

3. *Scapula*] T. Quintii Scapula, ut totius belli concitatoris, meminerunt Cicero ep. lib. IX. ad Dolabelam, & Dion. lib. XLIII. p. 228. Glandorp.

venisset, familiam & libertos convocavit, pyram sibi  
 exstruxit, coenam afferri quam opimam imperavit, i-  
 tem optimis <sup>1</sup> infernendam vestimentis: pecuniam &  
 argentum in praesentia familiae donavit. Ipse de tem-  
 pore coenavit; \* resinam & nardum identidem sibi in-  
 fundit. Ita novissimo tempore servum jussit, & liber-  
 tum, qui fuisset ejus concubinus, alterum se jugula-  
 re, alterum pyram incendere.

XXXIV. Oppidani autem, simul Caesar castra con-  
 tra oppidum posuit, discordare coeperunt usque eo, ut  
 clamor in castra nostra perveniret, fere inter Caesaria-  
 nos, & inter Pompejanos. Erant hic legiones, quae ex  
 perfugis conscriptae, partim oppidanorum servi, qui  
 erant a Sex. Pompejo manumissi, tunc in Caesaris ad-  
 ventum descendere coeperunt. Legio XIIII oppidum  
 defendere coepit: nam quum jam repugnarent, turres  
 ex parte, & murum occuparunt. Denuo legatos ad  
 Caesarem mittunt, ut sibi legiones subsidio intromitte-  
 ret. Hoc quum animadverterent homines fugitivi, op-  
 pidum incendere coeperunt: qui superati a nostris sunt  
 interfecti hominum millia XXI I. praeterquam extra mu-  
 rum qui perierunt. Ita Caesar oppido potitus. Dum hic  
 detinetur ex proelio, quos circummunitos superius de-  
 monstravimus, eruptionem fecerunt; & bene multis  
 interfectis in oppidum sunt redacti.

XXXV. Caesar Hispalim quum contendisset, lega-  
 ti deprecatum venerunt. Ita quum oppidum sese tue-  
 ri dixisset; Caninium legatum cum praesidio intromit-  
 tit. Ipse castra ad oppidum ponit. <sup>2</sup> Erat bene magnum  
 in-

1. *Infernendam*] Huic voci spaci-  
 um in MS. *Norvic.* vacuum relinqui-  
 tur: editt. autem *Rom. Ven. Beroald.*  
 exhibent *inferendum*, quod melius,  
 ut opinor, & rectius. *Davies.*

2. *Erat bene magnum* — hic clam  
*praesidia in Lusitaniam proficiscitur*] Lo-  
 cum hunc tentarunt varii, sanavit  
 autem *Joan. Glandorpius* legit *Erat*

*intus bene magnum praesidium Pompeia-  
 norum admissum, quod Caesaris praesidi-  
 um receptum indignabatur; clam ergo  
 quendam Philonem, illum qui Pompeia-  
 narum partium foret defensor acerrimus,  
 emisit &c. Pct. Ciacconius* reponit *erat  
 bene magna manus intra Pompeianarum  
 partium, quae praesidium &c. MS. Nor-  
 vic. exhibet erat bene magna multitu-*

intra Pompejanas partes præsidium, quod Cæsaris præsidium receptum indignabatur, clam quemdam Philonem, illum, qui Pompejanarum partium fuisset defensor acerrimus. Is tota Lusitania notissimus erat. Hic clam præsidia in Lusitaniam proficiscitur, & Cæcilium Nigrum nomine Barbarum ad Lenium convenit; qui bene magnam manum Lusitanorum haberet. Rursus in Hispalim oppidum denuo noctu per murum recipitur: præsidium vigilesque jugularunt, portas præcludunt, de integro pugnare cœperunt.

1 XXXVI. Dum hæc geruntur, legati Cartejenses renunciarunt, quod Pompejum in potestatem haberent; quod ante Cæsari portas præclusissent, illo beneficio suum maleficium existimabant se lucrifacere. Lusitani<sup>1</sup> Hispalim oppugnare nullo tempore desistebant. Quod Cæsar quum animadverteret, si oppidum capere contenderet, ut homines perditum incenderent, & mœnia delerent, ita consilio habito noctu, patitur Lusitanos eruptionem facere. Id quod consulto non existimabant fieri.<sup>2</sup> Ita irrumpendo naves, quæ ad Bætium flumen fuissent, incendunt. Nostri dum incendio detinentur, illi profugiunt, & ab equitibus conciduntur. Quo facto, oppido recuperato, Astam iter facere cœpit: ex qua civitate legati ad deditonem

*do intra Pompejanarum partium, quæ præsidium receptum indignaretur. Clam quod Philone illo qui Pompejanarum partium fuisset defensor acerrimus. Is tota Lusitania notissimus erat. Hic clam præsidio Lusitaniam proficiscitur; ex quo Codice hæc p̄sis sic legenda & interpungenda: Erat bene magnâ multitudo intra Pompejanarum partium, quæ præsidium receptum indignaretur; clam quod Philon ille, qui Pompejanarum partium fuisset defensor acerrimus, (is tota Lusitania notissimus erat) hic clam præsidio Lusitaniam proficiscitur. Mendum procreavit ejusdem sensus post Parenthesin repetitio, qua de re di-*

ximus ad lib. III. B. G. cap. xx. Davies.

1. Hispalim oppugnare] Joan. Glandorpius emendat Hispalim propugnare, nec sane mala est conjectura; Hispalim enim in sua potestate habuerunt Pompeiani: sed potior est MS. Norvic. auctoritas, ex quo scribendum Hispali pugnare. Joan. etiam Goduinus hanc lectionem in 11 Codd. Thuanais inventam merito probavit. Idem.

2. Ita irrumpendo] Sensus docet legendum ita erumpendo, licet omnes præter ed. Steph. vulgatam lectionem retineant. Davies.

venerunt, Mundensesque, qui ex proelio in oppidum confugerant, quum diutius circumfiderentur, bene multi deditonem faciunt, & quum essent in legionem distributi, conjurant inter se, ut noctu signo dato, qui in oppido fuissent, eruptionem facerent: illi cædem in castris administrarent. Hac re cognita, insequenti nocte, vigilia tertia, tessera data, extra vallum omnes sunt <sup>1</sup> concisi Mundenses Duces.

XXXVII. Cæsar in itinere reliqua oppida oppugnat, quæ propter Pompejum dissentire cœperunt. Pars erat, quæ legatos ad Cæsarem miserat; pars, qui Pompejanarum partium essent fautores. Seditioe concitata portas occupant: cædes fit magna: faucius Pompejus naves xxx occupat longas, & profugit. Didius, qui Gadis classi præfuisset, ad quem simul nuncius allatus est, confestim sequi cœpit, partim peditatibus, & equitatibus ad persequendum celeriter iter faciens. Item iv die navigatione confecta <sup>2</sup> insequuntur. Qui imparati à Carteja profecti sine aqua fuissent, ad terram applicant. Dum aquantur, Didius classe occurrit, naves incendit, nonnullas capit.

XXXVIII. Pompejus cum paucis profugit, & locum quemdam munitum natura occupat. Equites & cohortes, quæ ad persequendum missæ essent, speculatoribus ante missis, certiores fiunt: diem & noctem iter faciunt. Pompejus humero & sinistro crure vehementer erat faucius. Huc accedebat, ut etiam talum intorsisset: quæ res maxime impediabat. Ita lectica à turre qua esset allatus, in ea ferebatur. Lusitanus more militari, quum à Cæsaris præsidio fuisset conspectus,

1. Concisi Mundenses duces. Cæsar &c.] Omnino, mutata distinctione, ex Cod. Norvic. rescribendum occisi. Carteiensis, dum Cæsar in itinere reliqua oppida oppugnat, propter Pompejum &c. Pompeius enim paullo ante Carteiam erat delatus, ex qua post

hanc seditionem faucius profugit. Emendatio est manifeste vera, & extra omnem dubitationis aleam posita. Davies.

2. Insequuntur] MS. Norvic. consequuntur; quod melius. Idem.



ctus, celeriter equitatu cohortibusque circumcluditur.  
 4<sup>1</sup> Erat accessus loci difficultas: nam iccirco, quod propter suos à nostro præsidio fuisset conspectus, celeriter munitum locum natura ceperat sibi Pompejus, quem vix magna multitudine deducti homines ex superiore loco defendere possent. Subeuntes in adventu nostri depelluntur telis; quibus cedentibus, cupidius insequabantur adversarii, & confestim tardabant ab accessu. Hoc sæpius facto, animadvertebatur nostro magno id fieri periculo, <sup>2</sup> Opere circummunire instituit, pari autem & celeri festinatione circum munitiones in jugo dirigunt, ut æquo pede cum adversariis congruere possent; à quibus cum animadversum esset, fuga sibi præsidium capiunt.

1 XXXIX. Pompejus, ut supra demonstravimus, faucibus, & intorto talo, iccirco tardabatur ad fugiendum: itemque propter loci difficultatem, neque equo, neque vehiculo salutis suæ præsidium parare poterat.  
 2 Cædes à nostris undique administrabatur, exclusa munitione, amissisque auxiliis. Ad convallem autem atque exesum locum ut speluncam Pompejus se occultare cœpit, ut à nostris non facile inveniretur, nisi captivorum indicio. <sup>3</sup> Ita ibi interficitur. <sup>4</sup> Quum Cæsar gradiebatur Hispalim, pridie Id. Aprilis caput allatum, & populo datum est in conspectum.

## XL. In-

1. Erat accessus loci difficultas] Joann. Glandorpium reponit erat accessus loci difficilis, & sic disertim exhibet MS. Norvic. Ac recte quidem; nisi forsitan proxime ad veteres editt. legendum sit erat, accessu loci, difficultas. Davies.

2. Opere circummunire instituit] MS. Norvic. capta loca opere &c. ac ita splendendum videtur. Idem.

3. Ita ibi interficitur] Narrant Florus lib. IV. cap. 11, 86. eumque secutus Jul. Cæsar p. 245. Cn. Pompeium adolescentem apud Lauro-

nem oppidum à Cesonio fuisse interceptum, quem Κεσόνιον Λάυρονα vocat Dion Cassius lib. XLIII. p. 233. ed. Hanov. Idem.

4. Quum Cæsar gradiebatur Hispalim, pridie Id. Aprilis] Miror, unde factum, ut ita ediderit Jos. Scaliger, cum non solum MSS. Ursin. & Norvic. verum etiam impressi vet. Rom. Ven. Beroald. exhibeant quum Cæsar Gadibus fuisset, Hispalim pridie Id. Aprilis, quæ vera proculdubio est lectio; patet enim ex cap. XL. Cæsarem Gadibus tum fuisse. Idem.

XL. Interfecto Cn. Pompejo adolescente; Didius, quem supra demonstravimus, illa affectus lætitia, proximo se recepit castello, nonnullasque naves ad reficiendum subduxit. Lusitani, qui ex pugna superfuerunt, ad signum se receperunt, & bene magna manu comparata, ad Didium se reportant. Huic etsi non aberat diligentia ad naves tuendas, tamen nonnunquam ex castello propter eorum crebras excursiones ejiciebatur, & sic prope quotidianis pugnis insidias ponunt, & tripartito signa distribuunt. Erant parati, qui naves incenderent; incensisque qui subsidium repeterent: ii sic dispositi erant, ut à nullo conspectu omnium ad pugnam contenderent. Ita, quum ex castello Didius ad propellendum processisset cum copiis, signum à Lusitanis tollitur, naves incenduntur; simulque qui in castello ad pugnam processerant, eodem signo fugientes latrones dum persequuntur, à tergo insidiæ clamore sublato circumveniunt. Didius magna cum virtute cum compluribus interficitur: nonnulli ea pugna scaphas, quæ ad littus fuerant, occupant: item complures nardo, ad naves, quæ in fallo fuerunt, se recipiunt. Anchoris sublatis, pelagus remis petere cœperunt: quæ res eorum vitæ subsidio fuit. Lusitani præda potiuntur. Cæsar Gadibus rursus ad Hispalim recurrit.

XLI. Fabius Maximus, quem ipse ad Mundam præsidium oppugnandum reliquerat operibus assiduis, hostesque circum sese interclusi, inter se decernere, facta cæde bene magna, eruptionem faciunt. No-

ftri

1. *Ut à nullo conspectu omnium*] Sic quidem editi omnes; sed legendum *ut à nullo conspecti omnium*, quæ minor est mutatio, quam *Glandorpiana*, pro qua scribendum esset, *ut à nullo conspecti omnino*. Davies.

2. *In castello*] Scribe *ex castello*, ut habet MS. *Norvic.* vel *è castello* ut ed. *Steph. A. D. 1544.* Idem.

3. *Quem ipse ad Mundam præsidium oppugnandum reliquerat*] Editt. *Rom. Ven. Beroald.* omiſſa voce, exhibent *quem ipse ad præsidium oppugnandum reliquerat.* MS. *Norvic.* repræsentat *quem una ad præsidium oppugnandum reliquerat*, unde legerim *quem Mundæ ad præsidium &c.* Nam hæc *Mundæ gesta* fuisse ex seqq. liquet. Idem.

fratri ad oppidum recuperandum occasionem non præmittunt, & reliquos vivos capiunt, ac deinde Ursanem proficiscuntur; quod oppidum magna munitione continebatur, sic, ut ipse locus non solum opere, sed etiam natura editus, <sup>1</sup> ad oppugnandum hostem abverteret. Huc accedebat, quod aqua præterquam in ipso oppido, non erat: nam circumcirca rivus nusquam reperiebatur propius millia passuum **lxx**, quæ res magno erat adjumento oppidanis. Tum præterea accedebat, ut agger, materiesque, unde solitæ sunt turres agi, propius millia passuum **vi** non reperiebantur. Ac Pompejus, ut oppidi oppugnationem tutiorem efficeret, omnem materiem circum oppidum succisam intro congeffit. Ita necessario deducebantur nostri, ut à Munda, quam proxime ceperant, materiem illo deportarent.

**XLII.** Dum hæc ad Mundam geruntur, & Ursanem, Cæsar, quum à Gadibus ad Hispalim se recepisset, insequenti die, concione advocata, commemorat, *Initio quaesturæ suæ eam provinciam ex omnibus provinciis peculiarem sibi constituisse, & , quæ potuisset, eo tempore beneficia largitum esse: insequenti prætura ampliato honore, vectigalia, quæ Metellus imposuisset, à Senatu petisse, & eis pecuniis provinciam liberasse: <sup>2</sup> simulque, patrocinio suscepto, <sup>3</sup> multis legibus ab se in Senatum inductis, simul publicas privatasque causas, multorum inimicitias susceptis, defendisse: suo item in consulatu absentem, quæ potuisset, commoda provinciæ tribuisse: eorum omnium com-*

mo-

<sup>1</sup>. Ad oppugnandum hostem abverteret] Alii Codices habent appeteret. Utrique mendose. Scribendum ab oppugnando hoste averteret. Goduin.

<sup>2</sup>. Simulque patrocinio suscepto] Vir summus Is. Casaubonus ad Suetonii Julium cap. xviii reponit provincia patrocinio suscepto: sed non opus est, ut eum audiamus, nam illa vox facile subintelligitur. Davies.

<sup>3</sup>. Multis legibus ab se in senatum

inductis] Beroaldina repastinatio, legationibus, & (ni fallor) rectius habet. Quamquam enim multæ leges à Julio latæ sint: melius tamen, & convenientius dicitur, legationes in senatum introductas, & earum causas à Cæsare susceptas esse. Tales namque leges non ad senatum tantum, sed etiam ad populum ferebantur. Rhellic.

modorum esse & immemores & ingratos in se, & in populum Rom. hoc bello, & in praterito tempore cognosse. Vos, 4  
 jure gentium, inquit, & civium Rom. institutis cognitis, more barbarorum, Populi R. Magistratibus sacro sanctis manus saepe & sapius attulistis: luce clara Cassium in medio foro nefarie interficere voluistis. Vos ita pacem semper 5  
 odistis, ut nullo tempore legiones desint Populi Rom. in hac provincia haberi. Apud vos beneficia pro maleficiis, maleficia pro beneficiis habentur. Ita neque in otio concordiam, neque in bello virtutem ullo tempore retinere potuistis. Pri- 6  
 vatus ex fuga Cn. Pompejus adolescens à vobis receptus, fasces imperiumque sibi arripuit. Multis interfectis civibus, auxilia contra populum Rom. comparavit: agros<sup>1</sup> vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit. In quos vos victo- 7  
 res existimabatis? An me deleto,<sup>2</sup> non animum advertetis & habere legiones Populum Rom. quæ non solum vobis obsistere, sed etiam cælum diruere possent? <sup>3</sup> Quarum laudibus & virtute \*\*\* Defunt reliqua.

1. Vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit] Hanc ultimæ vocis formam barbarismi insimulat Joan. Brantius, Immerito sane. Virgilius Georg. I, 185.

— Populatque ingentem farris acervum.

Et Æneid. IV, 402.

Ac veluti ingentem formica farris acervum

Cum populant. —

Vide etiam Æn. XII, 263. ac G. 7. Vossium de Anal. lib. III. cap. VII. p. 36. Davies.

2. Non animum advertetis] Six ex MS. Norvic. restitui, cum editi minus eleganter exhiberent animadvertetis. Idem.

3. Quarum laudibus & virtute \*\*\*]

Multa hic defunt, non orationi Cæsaris tantum, sed integræ rerum hoc toto bello gestarum narrationi. Nam cum Cæsar pridie Id. Aprilis Hispalim ingressus tradatur, pridie Calend. Maias indidem literas consolatorias ad Ciceronem, super obitu filia, dedit, ut testatur ipse Cicero in epistolis ad Atticum lib. XIII. Deinde dum reliquas urbes subigit, dum totam provinciam pacat, menses aliquot transferunt. Octobri namque demum in urbem rediisse Cæsarem, auctor est Velleius Paternulus l. II. c. LVI. Interea multa gesta esse Cæsari apud Hispanos relatu scituque digna, quis est cui dubium relinquatur? Glandorp.

FINIS LIBRI DE BELLO HISPANIENSI.

C. JU-

# C. JULII CÆSARIS FRAGMENTA.

*Ex libris Epistolarum ad Marcum Tullium  
Ciceronem.*

*Cæsar Imp. S. D. Ciceroni Imp.*

**Q**UUM Furnium nostrum tantum vidissem, neque loqui, neque audire meo commodo potuissem; properarem, atque essem in itinere, præmissis jam legionibus; præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasque agerem. Etsi hoc officium & feci sæpe, & sæpius mihi facturum videor: ita de me mereris. Inprimis à te peto, quoniam confido me celeriter ad Urbem venturum, ut te ibi videam; ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum revertar: festinationi meæ, brevitati que litterarum ignosces, reliqua ex Furnio cognosces. *Ex Ciceronis lib. IX. ad Attic. Epist. v.*

*Cæsar Imp. Ciceroni Imp. S. D.*

Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil à me abesse longius crudelitate: atque ego quum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari ab te, triumpho gaudio, neque illud me movet, quod ii qui à me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: nihil enim malo, quam & me mei similem esse, & illos sui. Tu velim mihi ad Urbem præsto sis, ut tuis consiliis atque opibus, ut consuevi, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse jucundius: hanc adeo habebo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit: tan-

tanta ejus humanitas, is fensus, ea in me est benivolentia. *Ex Ciceronis lib. IX. ad Attic. Epist. XVI. Reperitur etiam apud Jul. Celsum pagg. 187, 188. edit. Lond.*

*Cæsar Imp. Ciceroni Imp. S.*

Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum judicaram, tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimavi, & pro nostra benivolentia petendum, ne quo progredereis proclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses: namque & amicitiae graviolem injuriam feceris, & tibi minus commode consulueris, si non fortunæ obsecutus videbere; (omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur) nec causam secutus (eadem enim tum fuit, quum ab eorum consiliis abesse judicasti) sed meum aliquod factum condemnasse; quo mihi gravius abs te nil accidere potest: quod ne facias, pro jure nostræ amicitiae à te peto. Postremo, quid viro bono, & quieto, & bono civi magis convenit, quam abesse à civilibus controversiis? quod nonnulli quum probarent, periculi causa sequi non potuerunt: tu, explorato & vitæ meæ testimonio, & amicitiae judicio, neque tutius, neque honestius reperies quidquam, quam ab omni contentione abesse. xv Kal. Maj. ex itinere. *Ex Ciceronis lib. X. ad Attic. Epist. IX.*

M. Orfium quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptæ delega: si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem. *Ex Ciceronis lib. VII. ad Fam. Epist. V. ad Cæs.*

Neque pro cauto ac diligente se castris continuit. *Ex Charisii lib. I. Inst. Grammat. col. 101. ed. Putsch.*

Quod quæris quid Cæsar ad me scripserit? quod sæpe, gratissimum sibi esse, quod quierim: oratque in eo ut perseverem. *Ex Ciceronis lib. VIII. ad Attic. Epist. XI.*

De

De tribunatu quod scribis, ego vero nominatim petivi Curtio, & mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratum esse rescripsit. *Ex Ciceronis lib. III. ad Quintum Fratrem Epist. I.*

Quod quidem propemodum videor ex Cæsar's litteris, ipsius voluntate facere posse: qui negat neque honestius neque tutius quidquam esse, quam ab omni contentione abesse. *Ex Ciceronis lib. X. ad Attic. Epist. X.*

Cæsar mihi ignoscit per litteras, quod non venerim, seseque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior quod scribit, secum Tullum & Servium questos esse, quia non idem sibi quod mihi remisisset, &c. sed tamen exemplum misi ad te Cæsar's litterarum. *Ex Ciceronis lib. X. ad Attic. Epist. III.*

Sestius apud me fuit; & Theopompus pridie: venisse à Cæsare narrabat litteras: hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere; causamque eam adscribere, quæ erat in epistola nostra, ne se absente leges suæ negligenterentur, sicut esset neglecta Sumptuaria. *Ex Ciceronis lib. XIII. ad Attic. Epist. VII.*

Sed heus tu, celari videor à te! quomodonam, mi Frater, de nostris versibus Cæsar? Nam primum librum se legisse scripsit ad me ante: & prima, sic, ut neget se ne Græca quidem meliora legisse. Reliqua ad quendam locum *παθουώτερον*, hoc enim utitur verbo, &c. *Ex Ciceronis lib. II. ad Quintum Fratrem, Epist. XV.*

Quum hanc jam epistolam complicarem, tabellarum à vobis venerunt A. D. XI Kal. Septembr. vicesimo die. O me sollicitum! quantum ego dolui in Cæsar's suavissimis litteris! sed quo erant suaviores, eo majorem dolorem illius ille casus afferebat. *Ex Ciceronis lib. III. ad Quintum Fratrem, Epist. I.*

De tribunatu quod scribis, ego vero nominatim pe-

petivi Curtio, & mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratum esse rescripsit, meamque in rogando verecundiã objurgavit. *Ex Ciceronis lib. 111. ad Quintum Fratrem, Epist. 1.*

Ex Britannia Cæsar ad me Kal. Septembr. dedit litteras, quas ego accepi A. D. 1v Kal. Octob. satis commodas de Britannicis rebus: quibus, ne admirer, quod à te nullas acceperim, scribit se sine te fuisse cum ad mare accesserit, &c. *Ex Ciceronis lib. 111. ad Quintum Fratrem, Epist. 1.*

*Ex libris Epistolarum ad C. Oppium & Balbum  
Cornelium.*

*Cæsar Oppio & Cornelio S.*

Gaudeo mehercule vos significare litteris, quam valde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. Consilio vestro utar libenter, & hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me præberem, & Pompejum darem operam ut reconciliarem. Tentemus hoc modo si possumus omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere præter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. Hæc nova sit ratio vincendi; ut misericordia, & liberalitate nos muniamus. Id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri possunt: de his rebus, rogo vos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium, Pompeji Præfectum, apprehendi: scilicet meo instituto usus sum, & eum statim missum feci. Jam duo Præfecti Fabrum Pompeji in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt; si volent grati esse, debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi esse amicus, quam iis, qui & illi, & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificii effectum est, ut Resp. in hunc statum perveniret. *Ex Ciceronis lib. 1x. ad Attic.*



*tic. Epist. VIII. Exstat & apud Jul. Celsum de vit. Cæsaris p. 187.*

*Cæsar Oppio & Cornelio S.*

A. d. VII Id. Mart. Brundisium veni: ad murum castra posui. Pompejus est Brundisii: misit ad me Cn. Magium de pace: quæ visa sunt respondi. Hoc vos statim scire volui. Quum in spem venero, de compositione aliquid me conficere, statim vos certiores faciam. *Ex Ciceronis lib. IX. ad Attic. Epist. XVI. Habet & Jul. Celsus p. 188.*

De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim quas tu litteras exspectaris. Sed ille scripsit ad Balbum, fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse; ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam: sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quæ rescripsit his verbis: *De Cicerone video te quiddam scripsisse, quod ego non intellexi: quantum autem conjectura conseq̄uebar, id erat hujusmodi, ut magis optandum quam sperandum putarem.* Itaque postea misi ad Cæsarem eodem illo exemplo litteras. Jocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus, &c. *Ex Ciceronis lib. II. ad Quintum Fratrem, Epist. XI.*

Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant. In his epistolis quibusdam in locis inveniuntur litteræ singulariæ, sine coagmentis syllabarum, quas tu putes positas incondite: nam verba ex his litteris confici nulla possunt. Erat autem conventum inter eos clandestinum, de commutando situ litterarum, ut in scripto quidem alia aliæ locum, & nomen teneret; sed in legendo locus cuique suus, & potestas restitueretur, &c. Est adeo Probi Grammatici commentarius satis curiose factus, de occulta litterarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum. *Ex A. Gellii lib. XVII. cap. IX.*

*Ex*

*Ex libro Epistolarum ad Q. Pedium.*

*Cæsar Q. Pedio S.*

Pompejus se oppido tenet: nos ad portas castra habemus: conamur opus magnum, & multorum dierum, propter altitudinem maris: sed tamen nihil est, quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quamprimum trajicere quod habet Brundisii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus. *Ex Ciceronis lib. IX. ad Attic. Epist. XVII. Vide & Julium Celsum pag. 188.*

*Ex libro Epistolarum ad Pisonem.*

Locellum tibi signatum remisi. *Ex Charisii lib. I. col. 60.*

*Ex libro Epistolarum ad Antonium.*

Ad me misit Antonius exemplum Cæsarum ad se litterarum, in quibus erat: se audisse Catonem, & L. Metellum, in Italiam venisse, Romæ ut essent palam: id sibi non placere; ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognovisset: deque eo vehementius erat scriptum. *Ex Ciceronis ad Attic. lib. XI. Epist. VII.*

*Ex libro Epistolarum ad Servilium.*

P. Servilius pater ex litteris quas sibi à Cæsare missas esse dicebat, significat valde te sibi gratum fecisse, quod de sua voluntate erga Cæsarem humanissime diligentissimeque locutus esses. *Ex Ciceronis lib. III. ad Quintum Fratrem, Epist. I.*

*Ex Epistola ad Regem Deiotarum.*

Non dubito quin tuis (Cæsarem alloquitur) litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum (Deiotarum) Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnique sollicitudine abstraxerit: jubes enim eum bene sperare & bono esse animo, quod scio te non frustra scribere solere. *Apud Ciceronem pro Deiotaro pag. 2495. ed. Paris. 1572. ex officina Dupuiana.*

Ddd

Epi-

*Epistola ad Amantium.*

\* C. Julius Cæsar Amantio S. D.

Veni, vidi, vici. Vale. *Ex Ponto.**Ex incertis Epistolis.*

Πομπήιος--ἐκέλευε τοῖς πεζοῖς μὴτ' ἐπεκθεῖν ἔτι, μὴτ' ἐκτρέχειν ἐκ τῆς φάλαγγος, μὴδ' ἀκοντίζειν, ἀλλ' ἐν περὶβολῇ ἀφασάντας ἀμύνεσθαι ἀφ' ἑαυτῶν τοῖς δόρασι τὰς ἐπιόντας, ἢ τόδε τινὲς αὐτῶν στρατήγημα ἐπαινῶσιν, ὡς ἀριστον ἐν περικυκλώσει, ὃ δὲ ΚΑΙΣΑΡ ΕΝ ΤΑΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙΣ καλαμέμφεται. τὰς τε γὰρ πληγὰς ὑπὸ τῆς βολῆς εὐτονωτέρας γίνεσθαι, ἐσῶτας δ' ἀποφύχεσθαι τε, ἢ τοῖς ἐπιθέεσιν \* εὐκλήτερας δι' ἀτρεμίαν, οἷα σκοπὸς, εἶναι. *Ex Appiani lib. 11. B. C. pag. 477. ed. Steph.*

Quam (*Brittanniam*) Cæsar, ille auctor vestri nominis, quum Romanorum primus intrasset, alium se orbem terrarum scripsit reperisse, tantæ magnitudinis arbitratus, ut non circumfusâ Oceano, sed complexa ipsum Oceanum videretur. *Ex Eumenii Paneg. 1v. cap. xi, 2.*

*De C. Julii Cæsaris Epistolis testimonia.*

\* Epistolæ quoque ejus ad Senatū existant: quas prius videtur ad paginas & formam memorialis libelli convertisse: cum antea Consules & Duces non nisi transversa charta mitterent scriptas. Existant & ad Ciceronem, item ad Familiares domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset. Quæ si quis investi-

gare

\* Hoc Epistolium in MS. Bodleiano repertum, inter alia perhumanecum mecum communicavit vir Clarissimus Joan. Hudsonus. Sed, ut verum fatear, fraterculus quidam è *Plutarcho* videtur confinxisse: is enim in *Cæs. p. 731.* sic scribit: Πρὸς τινὰ φίλων ΑΜΙΝΤΙΟΝ ἔγραψεν λέξας ΗΛΘΟΝ, ΕΙΔΟΝ, ΕΝΙΚΗΣΑ. *Idem Suetonius in Jul. cap. xxxvii.*

*Pontico*, inquit, triumpho inter pompæfercula trium verborum prætulit titulum VENI. VIDI. VICI. non actus belli significantem, — sed celeriter confecti notam, quod mihi quidem vero longe similis videtur. *Davies.*

\* *Εὐκλήτερας*] Sic est in edit. sed proculdubio legendum εὐκλήτερας, ut sensus docet, quem non cepit interpretres Latinus, *Idem.*

gare & persequi vellet, quartam elementorum litteram, id est, D pro A, & perinde reliquas commutet. *Ex Suetonio in Cæs. cap. LVI. \* Harum mentio apud Ciceronem in lib. XVI, ad Fam. Epist. XI.*

\* Scribere, & legere simul, dictare & audire solitum accepimus; epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. *Ex Plinii H. N. lib. VII. cap. XXV.*

Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ στρατείᾳ προσεξήσκησεν ἰππαζόμενος τὰς ἐπιστολάς ὑπαγορεύειν, ἢ δυσὶν ὁμᾶ γράφουσιν ἕξαρκεῖν· ὡς δὲ Ὀππίος φησι, ἢ πλείοσιν. Λέγεται δὲ ἢ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν, Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι. *Ex Plutarcho in Cæsare pag. 716. A. ed. Francof.*

*Ex Oratione in funere Juliae.*

Quæstor Juliam amitam uxoremque Corneliam defunctas laudavit è more pro rostris, sed in amitæ quidem laudatione, de ejus ac patris sui utraque origine sic refert: *Amita mea Julia maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum est: nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Julii, cujus gentis familia est nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent; & carimonia deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.* *Ex Suetonii Cæs. cap. VI.*

Τῆς Μαρίης γυναικὸς ἀποθανύσης, ἀδελφιδῆς ἂν αὐτῆς, ἐγκώμιόν τε λαμπερὸν ἐν ἀγορᾷ διῆλθεν, ἢ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐτόλμησεν εἰκόνας Μαρίης θεοθέσθαι. *Ex Plutarcho in Cæs. pag. 709. C.*

*Ex Oratione pro Bithynis.*

C. Cæsar Pont. Max. in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio usus est: Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum

res

\* Scribere & legere simul, &c.] Huc respexit *Latinus Patrus*, cum felicem C. Cæsaris memoriam celebraret Pan. XII. cap. XVIII, 3. *Davies*, D d d 2

res agitur, refugere hoc munus, M. Vinici, non potui: nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin à proximis retineatur; neque clientes sine summa infamia deseriri possunt: quibus etiam à propinquis nostris opem ferre instituimus. *Ex A. Gellii lib. v. cap. XIII.*

Quid ergo? syngraphæ non sunt, sed res aliena est  
*Ex Julio Rufiniano de Figuris.*

*Ex Oratione pro lege Plautia.*

Reperi tamen in oratione C. Cæsar, qua Plautiam rogationem suavit; *necessitatem dictam pro necessitudine*, id est, jure adfinitatis. Verba hæc sunt: *Equidem mihi videor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse.* *Ex A. Gellii lib. XIII. cap. III. & Nonio in voce Necessitas.*

*Ex Oratione in Cn. Dolabellam.*

Cæsar in Dolabellam Actionis III. *Ibi isti, quorum in adibus, fanisque posita, & honori erant, & ornatu.* *Ex A. Gellii lib. IV. cap. XVI.*

Nono decimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno & vicesimo Cæsar Dolabellam, altero & xx Afinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinius, iis orationibus infecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. *Ex Auctore Dialogi de Oratoribus cap. XXXIV.*

Composita seditione civili, Cornelium Dolabellam, consularem & triumphalem virum, repetundarum postulavit, absolutoque Rhodum secedere statuit. *Ex Suetonii Cæs. cap. v.*

Divus quoque Julius, quam cœlestis numinis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columnen, vim facundia propriæ expressit, dicendo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri sibi causam optimam L. Cottæ patrocínio. *Ex Valerii Maximi lib. VIII. cap. IX.*

C.

C. Cæsar Cn. Dolabellam accusavit, nec damnavit. *Ex Pediano in orat. pro M. Scauro.*

Significat & Cæsarem, item adolescentem, in Dolabella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus est quantum oportuit per Hortensium, &c. *Ex Pediano in Divin.*

Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ῥώμην, Δολαβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας, ἢ πολλὰ ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος ἔργα πόλεων μαρτυρίας αὐτῷ παρέχον. Ὁ μὲν ἐν Δολαβέλλας ἀπέφυγε τὴν δίκην. *Ex Plutarcho in Cesare pag. 708. E.*

*Ex Oratione ad milites.*

Fama hostilium copiarum perterritos, non negando minuendove, sed insuper amplificando, ementendoque confirmabat: itaque cum expectatio adventus Jubæ terribilis esset, convocatis ad concionem militibus; *Scitote, inquit, paucissimis his diebus regem affuturum cum x legionibus, equitum xxx, levis armaturæ c millibus, elephantis ccc: proinde desinant quidam querere ultra, aut opinari; mihi que compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave impositos quocunque vento in quascunque terras jubebo avehī.* *Ex Suetonii Cæs. cap. LXVI.*

*Frustrō, ait C. Cæsar apud milites de commodis eorum: Non frustrabo vcs milites.* *Ex Diomede lib. 1. col. 395.*

*Ex Oratione pro Decio Samnite.*

Nisi forte quisquam aut Cæsaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Dejotaro rege, ceterosque ejusdem lentitudinis ac teporis libros legit, &c. *Ex Auctore Dial. de Orator. cap. XXI.*

*Ex Oratione pro Sextilio.*

Quo enim nimbo, qua procella verborum, impium Sextilii caput obrui meretur? quod C. Cæsarem, à quo cum studiose, tum etiam feliciter gravissimi criminis reus defensus fuerat, &c. *Ex Valerii Maximi lib. 111. cap. V, 3.*

*Ex Oratione de conjuratis.*

Catonem primum sententiam putat de animadversione dixisse, quam omnes ante dixerant præter Cæsarem: & cum ipsius Cæsaris tam severa fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, &c. *Ex Ciceronis ad Attic. lib. XII. Epist. XXI.*

Sed Cæsar, ubi ad eum perventum est, rogatus sententiam à Consule, hujuscemodi verba locutus est:

\* *Omnes homines, &c. Ex Sallustii Bell. Catil. cap. LI.*

Ὁ δὲ Καῖσαρ ἀνασὰς, λόγον διήλθεν πεφροντισμένον, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν ἀκρίτους ἀνδρας ἀξιώματι ἢ γένει λαμπρὸς, ἔδοκεῖ πᾶντερον ἔδὲ δίκαιον εἶναι, μὴ μὲν τῷ ἐσχάτης ἀνάγκης· εἰ δὲ φροσῶντο δεθέντες ἐν πίλεσι τῷ Ἰταλίας, ὡς ἂν αὐτὸς ἔληται Κικέρων, μέχρη δὲ καταπολεμηθῆ Κατιλίνας, ὕστερον ἐν εἰρήνῃ ἢ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἐκάστω τῇ βυλῇ γινῶναι πρῶξι. Οὕτω δὲ τῷ γνώμης Φιλανθρώπου Φανείσης, ἢ δὲ λόγῳ δυνατῶς ἐπ' αὐτῇ ρηθέντος, ἔμόνον οἱ μὲν τῶτον ἀνισάμενοι προσετίθεντο, πολλοὶ δὲ ἢ τῷ περὶ αὐτῶ τὰς εἰρημένους γνώμας ἀπείπαμνοι, πρὸς τῷ ἐκείνου κατέσησαν, ἕως ἐπὶ Κάτωνα τὸ πρῶγμα ἢ Κάτωνον περὶ ἤλθεν. *Ex Plutarchi Cæs. pag. 710 seq.*

*Ex Oratione in :: ::*

Sic fac existimes: post has miseras, id est, postquam armis disceptari cœptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellabat) laudatæque honorificentissime & æquitate tua & prudentia, repente præter spem dixit, *se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum.* *Ex Ciceronis lib. IV. ad Fam. Epist. IV.*

*Ex Oratione in funere Cornelia.*

Quæstor Juliam amitam, uxoremque Corneliam, defunctas laudavit è more pro rostris. *Ex Suetonio in Cæs. cap. VI.*

Τὸ

\* *Omnes homines &c.] Sub Cæsaris | dat Joan. Sarisberiensis Polycrat. lib. V, cap. XII, pag. 299. Davisi.*

Τὸ μὲν ἔν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέροις λόγος ἐπιταφίως διεξιέναι πάτερον ἢ Ῥωμαίοις· νέαις δ' ἔκ ὃν ἐν ἔθει, πρῶτον εἶπεν Καῖσαρ ἐπὶ τῷ ἑαυτῷ γυναικὸς ἀποθανόντι. *Ex Plutarchi Cæs. pag. 709.*

*De C. Julii Cæsaris Orationibus testimonia.*

Tum Brutus : Orationes quidem ejus mihi vehementer probantur , complures autem legi , &c. *Ex Cicerone in Bruto cap. LXXV.*

Orationes aliquas reliquit , inter quas temere quædam feruntur : ut *pro Q. Metello* , quam non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam , male subsequenter verba dicentis , quam ab ipso editam : nam in quibusdam exemplaribus invenio ne inscriptam quidem *pro Metello* , sed , *quam scripsit Metello* , cum ex persona Cæsaris sermo sit , Metellum , seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantem. Apud milites quoque in Hispania idem Augustus orationem esse vix ipsius putat : quæ tamen duplex fertur , una quasi priore habita prælio ; altera posteriore , quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit , subita hostium incurSIONE. *Ex Suetonio cap. LV.*

*Ex libris in Catonem.*

Reliquit & de Analogia duos libros , & Anticatones totidem. Suetonius *in Cæs. cap. LVI.*

Cæsar bello civili , cognita Catonis morte , (cujus virtutem dialogo illo qui inscribitur Cato , Cicero etiam laudavit) libros duos famosissimos in vitam Catonis edidit , quos *Anticatones* inscripsit. Vetus Scholiastes ad *Juvenalis Satir. VI, 337.*

*Ex lib. I.*

Cæsar in Anticatone priore : *Uno enim excepto , quem alijsmodi , atque omnis , natura finxit , suos quisque habet charos. Priscianus lib. VI. col. 694, ac 717. & lib. VII. col. 740. & lib. XIII. col. 960.*



*Incerta ex iisdem.*

Erunt officia antelucana, in quæ incidere impune ne Catoni quidem licuit; quem tamen C. Cæsar ita reprehendit, ut laudet: describit enim eos, quibus obvius fuerit, cum caput ebrii retexissent, erubuisse: deinde adjicit; *Putares non ab illis Catonem, sed illos à Catone deprehensos.* Potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quam si ebrius tam venerabilis erat? Nostræ tamen cœnæ ut apparatus & impendii, sic temporis modus contet. Neque enim ii fumus, quos vituperare ne inimici quidem possunt, nisi ut simul laudent. *Ex Plinii lib. III. Epist. XII.*

C. etiam Cæsar, gravis auctor linguæ Latinæ, in Anticatone: *Unius, inquit, arrogantia superbiaque, dominatuque.* *Ex A. Gellii lib. IV. cap. XVI.*

*De C. Julii Cæsaris in Catonem scriptis testimonia.*

Qualis futura sit Cæsaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis; itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret; volo enim eum divulgari. *Ex Ciceronis lib. XII. ad Att. Epist. XL.*

Hirtii epistolam si legeris, quæ mihi quasi *περίπλασμα* videtur ejus vituperationis, quam Cæsar scripsit de Catone. *Ex lib. XII. ad Attic. Epist. XLI.*

Cum mihi Balbus nuper in Lanuvino dixisset, se & Oppium scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonem, & vehementer probasse. *Ex Ciceronis ad Attic. lib. XIII. Epist. L.*

Quibus omnibus generibus usus est nimis impudenter Cæsar contra Catonem meum. *Ex Ciceronis Topic. cap. XXV.*

M. Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit; quid aliud Dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud Judices respondit? *Ex Taciti lib. IV. Annal. cap. XXXIV.*

Hic

Hisque usum C. Cæsarem in vituperando Catone notaverit Cicero. *Ex Quinctiliani lib. 111. Inst. Orat. cap. VII.*

Ut Catonem Tullius laudans: & duobus voluminibus Cæsar accusans. *Ex Martiani Capellæ lib. v. pag. 152.*

Atque utinam ritus veteres, & publica saltem  
His intacta malis agerentur sacra, sed omnes  
Noverunt Mauri, atque Indi: quæ psaltria penem  
Majorem, quam sint duo Cæsaris Anticatones:  
Illuc, &c. *Ex Juvenalis Sat. VI. 334.*

Πυθόμεν⊕ δὲ ὡς ἑαυτὸν διηργάσαιτο, δηλ⊕ μὲν ἦν δη-  
χθεὶς, ἐφ' ᾧ δὲ, ἀδελον· εἶπε δ' ἔν' ᾧ Κάτων, φθονῶσοι ⚡  
θανάτα, ἢ γὰρ σύ μοι τ' σωτηρίας ἐφθόνησας. Ὁ μὲν ἔν μὲ  
ταῦτα γράφεις ὑπ' αὐτῆ πρὸς Κάτωνα τεθνεῶτα λόγ⊕, &  
δοκεῖ πρῶτος ἔχοντ⊕, ἐδὲ ἐνδιαλλάκτως σημείον εἶναι· πῶς  
γὰρ ἂν ἐφείσατο ζώντ⊕, εἰς ἀνάισθητον ἐγχείας ὀργὴν τοσαύ-  
την; Paulo post: Τεκμαίρονται ἢ τ' λόγον ἐκείνον ἐκ ἐξ  
ἀπεχθείας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτικῆς συντετάχθαι Διὰ  
τοιαύτην αἰτίαν. Ἐγράψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτων⊕, ὄνο-  
μα τῷ λόγῳ Θέμην⊕ Κάτωνα· ἢ πολλοῖς ὁ λόγ⊕ ἦν Διὰ  
σπερδῆς, ὡς εἰκὸς, ὑπὸ ⚡ δεινοτάτῃ τ' ῥητόρων εἰς τ' καλλι-  
στην πεποιημέν⊕ ὑπόθεσιν. Τῆτο ἡνία Καίσαρα, κατηγο-  
ρίαν αὐτῆ νομίζοντα, τ' ⚡ τεθνεῶτ⊕ δι' αὐτὸν ἐπαινον· ἔ-  
γράψεν ἔν πολλὰς τινὰς καὶ ⚡ Κάτων⊕ αἰτίας συναγα-  
γών· τὸ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται, ἢ σπερδασὰς  
ἔχει τ' λόγων ἐκάτερ⊕ Διὰ Καίσαρα ἢ Κάτωνα πολλὰς.  
*Ex Plutarcho in Cæs. pag. 733.*

Αὐτὸς δ' ἔν ὕστερον ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτων⊕  
ἀντιγραφῆ, ᾠδαιτεῖται, μὴ σπερτιωτικῆ λόγον ἀνδρὸς ἀν-  
τεξετάζειν πρὸς δεινότητα ῥητορ⊕ ἐυφυῆς, ἢ σχολὴν ἐπὶ  
τῆτο πολλὴν ἄγοντ⊕. *Ex Plutarcho in Cæs. pag. 708.*

Ἐκ δὲ τῆτε διετέλει τιμῶν ἢ φιλοφρονέμεν⊕, ὡσεὶ ἢ  
γράφαντι λόγον ἐγκώμιον Κάτων⊕, ἀντιγράφων, τόντε  
λόγον αὐτῆ ἢ τ' βίον, ὡς μάλιστα τῷ Περικλέει ἐοικότα ἢ

Θηραμένως ἐπαινῆν. Ὁ μὲν ἐν Κικέρωνῳ λόγῳ Κάτων, ὁ δὲ Καίσαρ, Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται. *Ex Plutarcho in Cicer. pag. 880.*

Κικέρωνῳ δὲ ποιήσαντῳ ἐγκώμιον εἰς αὐτὸν (Κάτωνα) ἢ ἐπιγράψαντῳ ΚΑΤΩΝ, ἀντέγραψε κατηγορίαν ὁ Καίσαρ, ἢ ἐπέγραψεν ΑΝΤΙΚΑΤΩΝ. *Ex Appiani lib. II. B. C. pag. 490.*

Οὕτω γὰρ ἀνατεθαυμάζει, ὡσε, ἔ Κικέρωνῳ ἐγκώμιον μὲν ταῦτα αὐτῷ (Κάτωνῳ) γράψαντῳ, ἀγανακτῆσαι μὲν μηδὲν, καίπερ ἢ σκείνῃ οἱ πρῶτοπολεμήσαντῳ, βιβλίον δὲ τι γράψαι, ὃ ἢ ΑΝΤΙΚΑΤΩΝ ἐκάλεσεν. *Ex Dionis Cassii lib. XLIII. pag. 219. ed. Hanov.*

*Ex libris de Analogia ad M. T. Ciceronem.*

Reliquit & de Analogia duos libros, &c. *Ex Suetonio in Casare cap. LVI.*

C. Cæsar de Analogia libros edidit, sciens sine ea, neque ad philosophiam, in qua peritissimus erat, neque ad eloquentiam, in qua potentissimus, posse quempiam pervenire. *Ex Joannis Sarisberiensis Metalog. lib. I. cap. XXI. pag. 777.*

*Ex lib. I.*

Quin etiam in maximis occupationibus cum ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi accuratissime scripserit, primoque in libro dixerit verborum delectum originem esse eloquentiæ: tribueritque, mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit, quam se dicere, laudem singularem: (nam scripsit his verbis, cum hunc nomine esset affatus; *Ac, si cogitata præclare eloqui possent, nonnulli studio, & usu laboraverunt, cujus te pæne principem copia, atque inventorem, bene de nomine ac dignitate Populi Romani meritum esse existimare debemus*) hunc facilem, & cotidianum novissè sermonem, nunc pro relicto est habendum. Tum Brutus, amice hercule, inquit, & magnifice te laudatum puto, quem non solum principem  
atque

atque inventorem copiae dixerit, quae erat magna laus, sed etiam bene meritum de Populi Romani nomine & dignitate. *Ex Cicerone in Bruto cap. LXXII.*

C. Caesars ille perpetuus Dictator, Cn. Pompeji socer, à quo familia & appellatio Caesarum deinceps propagata est: vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris quos ad M. Ciceronem de Analogia scripsit, *harenas* vitiose dici existimabat, quod *harena* numquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque *Caelum*, neque *Triticum*; contra autem *Quadrigas*, etiamsi currus unus equorum quatuor junctorum unum sit, plurativo semper numero dicendas putat, sicut *Arma*, & *Moenia*, & *Comitia*, & *Inimicitias*, &c. *Paullo post*: Tunc prolato libro de Analogia primo verba haec ex eo pauca memoriae mandavi; nam quum praedixisset, neque *Caelum*, *Triticumve*, neque *Harenam* multitudinis significationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam Terram, & plures Terras, & Urbem, & Urbes, & Imperium, & Imperia dicamus, neque Quadrigas in unam nominis figuram redigere, neque Harenam in multitudinis appellationem convertere possimus?* *Ex A. Gellii lib. XIX. cap. VIII.*

\* Atque id quod à C. Caesare excellentis ingenii ac prudentiae (ita *A. Gellius*; *Macrobius* providentiae) viro in primo de Analogia libro scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, *ut tanquam scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum.* *Ex A. Gellii lib. I. cap. X. & Macrobii lib. I. Saturnal. cap. V.*

*Ex*

\* Huc respicit *Joan. Sarisberiensis Metalog. lib. I. cap. xv. p. 766.* *Caesar*, ait ille, *in libro de Analogia Grammaticus quidem est & evitandum esse denunciat, quicquid auditori perito potest esse absurdum; ut nautæ, inquit,* scopulum fugiunt, sic fugiendum est insolens atque infrequens verbum. Ubi legendum in libro primo de Analogia, duos enim de Analogia libros edidit *Caesar, Davies.*

*Ex lib. II.*

Cæsar in libro de Analogia secundo, *hujus die & hujus specie* dicendum putat. *Ex A. Gellii. lib. IX. cap. XIV.*

Cæsar de Analogia *panium* dixit, sed Verrius *Panum* sine *i*. *Ex Charisii lib. I. col. 69.*

Cæsar de Analogia secundo, *Fagos, Populos, Ulmos.* *Ex Charisii lib. I. col. 104.*

Lacer an Laceris, &c. Cæsar de Analogia secundo, nec non Valgius de Rebus per epistolam quæsitis. *Ex Charisii lib. I. col. 109.*

Cæsar de Analogia secundo, *Turbonem* non *Turbinem* etiam in tempestate dici debere ait, ut *Cato Catonis*, non ut *homo hominis.* *Ex Charisii lib. I. col. 117.*

Is homo, Idem compositum facit, nisi quia Cæsar libro secundo (*de Analogia videlicet*) singulariter *Idem*, pluraliter *Iidem* dicendum affirmat; sed consuetudo hoc non servat. *Ex Charisii lib. I.*

*Ex iisdem, non distincto libro.*

C. Cæsar gravis auctor linguæ Latinæ in libris Analogicis omnia istiusmodi (*puta Senatu, Victu, Aspectu, &c.*) sine *i* littera dicenda censet. *Ex A. Gellii lib. IV. cap. XVI.*

*Hic & hæc Samnis, hujus Samnitis.* Sic Cæsar de Analogia. *Ex Prisciani lib. VI. col. 707.*

Partum. Cæsar de Analogicis, *harum partum.* *Ex Charisii lib. I. col. 114.*

*Ex iisdem, uti verosimile est, non adscripto tamen ubi laudantur libro.*

Mihi autem placet Latinam rationem sequi quousque patitur decor; neque enim jam *Calypsonem* dixerim, ut *Junonem*: quamquam secutus antiquos C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. *Quintilianus lib. V. cap. V.*

M. Tullius & C. Cæsar *mordeo memordi; pungo pepugi; spondeo spepondi dixerunt.* *A. Gellii lib. VII. cap. IX.* C.

C. Cæsar ait *L* littera nominativo singulari neutro finita nomina, eandem definitionem capere, quam capiunt *E* littera terminata. *Huic animali, & ab hoc animali, huic puteali, & ab hoc puteali.* Charisius *lib. 1. col. 95.*

Aplustre. Omnium nominum, quæ sunt neutri generis & in *E* terminantur, ait Plinius, Cæsarem scisse eosdem esse ablativos, quales sunt dativi singulares. Charisius *lib. 1. col. 98.*

*AR* litteris nomina neutralia terminata, ait Cæsar, quod dativo & ablativo pari jure funguntur, ut idem Plinius scribit. Charisius *lib. 1. col. 98.*

Jubar. Plinius ait inter cætera etiam istud Cæsarem dedisse præceptum, quod neutra nomina, *AR* nominativo clausa, per *I* dativum Ablativumque singulares ostendant; *Jubar* tamen & *Far* ab hac regula dissidere: nam *huic jubari* dicimus, *ab hoc jubare*; & *huic farri*, *ab hoc farre.* Charisius *lib. 1. col. 108.*

Ac ne illa ratio recepta est, quam Cæsar ponit in femininis, ut *puppim, vestim, pelvim*: hoc enim modo & ab hoc *cani*, & ab hoc *cane.* Charisius *lib. 1.*

Tribus *III* junctis qualis posset syllaba pronunciari? nam postremum *I* pro vocali est accipiendum; quod Cæsari artis Grammaticæ doctissimo placitum fuisse, à Victore quoque in arte Grammatica de syllabis comprobatur. Priscianus *lib. 1. col. 545.*

*V*, loco consonantis posita, eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Æoles digamma *F* pro quo Cæsar hanc figuram *Ϝ* scribere voluit. Quod quamvis illi recte visum est, tamen consuetudo antiqua superavit. Priscianus *lib. 1. col. 545.*

*Hæc pollis pollinis*, sic Charisius. Probus autem & Cæsar, *hoc pollen pollinis* declinaverunt. Priscianus *lib. VI. col. 708.*

Præterea Cæsar declinat, *pubis puberis*: quidam, ut  
Pro-

Probus, *pubes puberis*: quidam, *puber puberis*. Priscianus *lib. vi. col. 707*.

Quamvis Cæsar non incongrue protulit *ens* à verbo *sum, es, est*. Priscianus *lib. xviii*.

*Hoc lutum* atque *macellum* singulariter exire memento, licet Memmius, *ista macella* dicat, & Cæsar, *luta*. Ex Velio Longo *de Orthogr. col. 2244*.

*Lacruma* an *Lacrima*, *Maxumus* an *Maximus*, & si quæ similia sunt, scribi debeant, quæsitum est. Terentius Varro tradidit Cæsarem per *I* ejusmodi verba solitum esse enunciare & scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. Sed ego in antiquorum, &c. Cassiodorus *ex Annæo Cornuto de Orthographia col. 2284*. Vide & Quinctilianum *Inst. Orat. lib. i. cap. vii*.

Varie etiam scriptitatum est, *Mancupium*, *Aucupium*, *Manubia*: siquidem C. Cæsar per *I* scripsit, ut apparet ex titulis ipsius. Ex Velio *de Orthographia col. 2228*.

An ideo minor est M. Tullius Orator, quod idem artis hujus (*Grammatica*) diligentissimus fuit, & in filio, ut in epistolis apparet, recte loquendi usquequaque asper quoque exactor? Aut vim C. Cæsaris fregerunt editi de Analogia libri? Quinctilianus *lib. i. cap. vii*.

*Apophthegmata.*

Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium, & ut Servius frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facile diceret, *hic versus Plauti non est, hic est*, quod tritas haberet aures notandis generibus Poetarum, & consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, quum volumina jam confecerit *Ἀποφθεγμάτων*, si quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, rejicere solere: quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermone vario multa, quæ fortasse illis, quum dixi, nec illi-

illiterata, nec insulsa esse videantur. Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur. Ita enim ipse mandavit. Sic fit, ut, si quid præterea de me audiat, non audiendum putet. Cicero *lib. ix. ad Famil. Epist. xvi.*

*Dicta collectanea.*

Feruntur & à puero & ab adolescentulo quædam scripta, &c. item *Dicta collectanea*. Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari. Suetonius *in Casare, cap. lvi.*

*Ephemerides.*

\* C. Julius Cæsar quum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus, equo ejus portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nosset; & insultans ait *Cæsar, Cæsar*, quod Gallorum lingua, *Dimitte*, significat: & ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. Servius *in lib. xi. Æn. vs. 743.*

*Libri*

\* C. Julius Cæsar] Cæsarem à Gallis captum fuisse non memorant ii, qui ejus vitam & res gestas scriptis mandarunt, unde factum ut hæc historia mihi quidem valde sit suspecta; ei tamen expendendæ non immerabor. Observabo duntaxat falsos esse G. J. Vossium de Hist. Lat. lib. i. cap. xiii. & Dionys. Vossium, qui *Cæsaris Ephemerides à Commentariis* opus esse diversum censuerunt; nam, præterquam quod earum mentionem non faciat Suetonius in Jul. capp. lv. & lvi. ubi *Cæsaris* opera accurate recenset, certum est *ἡμερησίαις* à Sequioris ævi scriptoribus laxius esse sumptas, adeo ut non modo *diarium*, verum etiam *Annales* seu *Historiam* denotent. Hinc *Diçtyi* Historiam *ἡμερησίαις* vocat Suidas, & *Ephemeridem Belli Trojani*, Q. Septimius Romanus in Epistola ad Arcadium, *Diçtyi* præmissa, cum multum absit, ut in ea per dies singulos res gestæ scribantur. Quin &

Plutarchus in Cæs. p. 718. D. ex Cæsaris *ἡμερησίαις* ea laudat, quæ in Commentariorum de Bell. Gall. lib. iv. cap. xii. hodiernum exstant; & Symmachus lib. iv. Epist. xviii. de *Cæsaris ephemeride* sic loquitur: *Hæc te origines, situs, pugnas, & quicquid fuit in moribus aut legibus Galliarum docebit*, quam descriptionem accuratè his Commentariis congruere lubens fatetur D. Vossius. Nec obstat, quod Polyænus & Frontinus complura *Cæsaris* strategemata recensent, quorum in hisce Commentariis nec vola nec vestigium; ea enim hausta esse poterunt vel ex *Asinii Pollionis* commentariis, quos memorant Plutarchus in Pompeio p. 657. & in Cæs. p. 730. ac Appianus lib. ii. B. C. p. 439. alique; vel ex Balbi Ephemeride, de qua Sidonius Apollinaris lib. ix. Ep. xiv. ut historicos bene multos præteream, qui præclara *Cæsaris* facinora posteris tradiderunt. Davies.



*Libri Auspicioꝝ.*

Contra Julius Cæſar xv i Auspicioꝝ libro negat nundinis concionem advocari poſſe , id eſt , cum populo agi , ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non poſſe. Macrobius *lib. i. Saturnal. cap. xvi.*

*Auguralia.*

Cæſar in auguralibus : *Si ſincera pecus erat.* Prifcianus *lib. vi. col. 719.*

*De Divinatione.*

Genus eloquentiæ duntaxat adoleſcens adhuc Strabonis Cæſaris ſecutus videtur : cujus etiam ex Oratione , quæ inſcribitur *Pro Sardis* , ad verbum nonnulla tranſtulit in Divinationem ſuam. Suetonius *in Cæſare cap. lv.* *Erunt forte qui hoc ad Orationum Fragmenta pertinere exiſtimabunt , me non multum repugnante.*

*Aſtronomica.*

Julius Cæſar ut Siderum motus , de quibus non indoctos libros reliquit , ab Ægyptiis diſciplinis hauſit , ita hoc quoque ex eadem inſtitutione mutuatus eſt , ut ad Solis curſum finiendi anni tempus extenderet. Macrobius *lib. i. Saturnal. cap. xvi.*

Tres autem fuere ſectæ , Chaldæa , Ægyptia , Græca : his addidit apud nos quartam Cæſar Dictator , annos ad Solis curſum redigens ſingulos , Sofigene perito ſcientiæ ejus adhibito. *Ex Plinii lib. xviii. cap. xxv.*

A Bruma in Favonium Cæſari nobilia ſidera ſignificant , *iii Kal. Januarii matutino Canis occidens. Paulo poſt : Pridie Nonas Januarii Cæſari Delphinus matutino exoritur , & poſtero die Fidicula , quo Ægypto Sagitta veſperi occidit. Paulo poſt : A Favonio in æquinoctium venum Cæſari ſignificat xvii Kal. Martii triduum varie : & viii Kal. Hirundinis viſu , & poſtero die Arcturi exortu veſpertino. Item iii Nonas Martii Cæſar Cancri exortu id fieri obſervavit.*

*Paul-*

*Paullo post*: Cæsar & Idus Martias ferales sibi annotavit Scorpionis occasu. *Paullo post*: III Nonas Aprilis in Attica Vergiliæ vesperi occultantur. Eædem posttridie in Bœotia: Cæsari autem & Chaldæis, Nonis. *Paullo post*: Cæsari vi Idus significatur imber Libræ occasu: XIV Kal. Maji Ægypto Suculæ occidunt vesperi, sidus vehemens, & terræ marique turbidum, XVI Atticæ, XV Cæsari, continuoque triduo significat. *Paullo post*: VI Nonas Maji Cæsari Suculæ matutino exoriuntur, & VIII Idus Capella pluvialis. Plinius *lib. xviii. cap. xxvi.*

A Vergiliarum exortu significant Cæsari posttridie Arcturi occasus matutini. *Paullo post*: XI Kal. Cæsari Orionis gladius occidere incipit: III Non. Junii Cæsari, & Assyriæ Aquila vesperi oritur, &c. XI Kal. ejusdem Orionis gladius Cæsari occidere incipit. *Ex Plinii lib. xviii. cap. xxvii.*

A solstitio ad Fidiculæ occasum VI Kal. Junii Cæsari Orion exoritur. *Paullo post*: XVIII Kal. Augusti, Ægypto Aquila occidit matutino, Etesiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæsar X Kal. sentire Italianam existimavit. *Paullo post*: Aquila Atticæ matutino occidit: III Kal. regia in pectore Leonis stella matutino Cæsari immergitur. *Ex Plinii lib. xviii. cap. xxviii.*

#### De Sideribus

*etiam aliquid poeticum edidit.*

\* Sed nec aliquis pæne Latinorum de hac arte Institutionis libros scripsit, nisi paucos versus Julius Cæsar, & ipsos tamen de alieno opere mutuatus. Jul. Firmicus *Mathes. lib. II. initio.*

Executus est etiam horum Siderum numerum Græce

\* *Sed nec aliquis &c.*] Bina hæc non Julius, Arati versiculos intertestimonia ad nostrum perperam pretatus est. Eundem errorem referuntur; & lapsus est Julius Firmicus: Cæsar quippe Germanicus, Davies, ravit *Suidas* v. Γαιῶ. Ἰδίο. Καίσαρ. Eee

ce Aratus, Poeta disertissimus; Latine vero Cæsar, & decus eloquentiæ Tullius. Sed hi tantum nomina ipsorum & ortus, non autem apotelesmatum auctoritatem ediderunt: ita ut mihi videantur non aliqua Astrologiæ scientia, sed Poetica potius elati licentia, docilis sermonis studia protulisse. Jul. Firmicus *Mathes. lib. VIII. cap. v.*

*Poemata.*

Reliquit & de Analogia libros duos, & Anticato-nes totidem, ac præterea Poema quod inscribitur Iter. Quorum librorum primos; in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret; sequentes, sub tempus Mundensis prælii fecit: novissimum, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem IV & XX die pervenit. Suetonius *in Casare cap. LVI. Vide & Julium Celsum pag. 239.*

Feruntur & à puero & ab adolescentulo quædam scripta: ut *Laudes Herculis*, tragoedia *OEdipus*, &c. quos omnes libellos vetuit Augustus publicari. Suetonius *in Casare cap. LVI.*

Olus quoque silvestre est trium foliorum, D. Julii carminibus præcipue jocisque militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobavere lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniam cavilantes. Est autem id cyma sivestris. Plinius *lib. XIX. cap. VIII.*

*Donatus, seu potius Suetonius in vita Terentii hos sub C. Julii Cæsaris nomine versus producit.*

Tu quoque, tu in summis, ô dimidiate Menander,  
Poneris, & merito, puri sermonis amator;  
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis  
Comica, ut æquato virtus polleret honore  
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres.  
Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse, Terenti.

*Sequens etiam Epigramma C. Julio Cæsari quidam inscribunt, alii Germanico.*

Thrax puer astricto glacie dum ludit in Hebro,  
 Pondere concretas frigore rupit aquas.  
 Dumque imæ partes rapido traherentur ab amne,  
 Abscidit tenerum lubrica testa caput.  
 Orba quod inventum mater dum conderet urna,  
 Hoc peperit flammis, cætera dixit aquis.

*Illud vero distichon,*

FELTRIA. PERPETUO. NIVIUM.  
 DAMNATA. RIGORE.  
 TERRA. MIHI. POSTHAC. NON.  
 HABITANDA. VALE.

*falso Cæsari inscriptum est, etsi quidam in membrana, alii in saxo exstare dicant. Ajunt quoque Cæsaris Decretum Viterbii in Hetruria inventum; hoc exemplo:*

C. JULIUS. CÆSAR. M. TULLIUM.  
 CICERONEM. OB EGREGIAS. EJUS.  
 VIRTUTES. SINGULARES. ANIMI.  
 DOTES. PER. TOTUM. ORBEM. NO-  
 STRIS. ARMIS. VIRTUTEQUE. PER-  
 DOMITUM. SALVUM. ET. INCOLU-  
 MEM. ESSE. JUBEMUS. C. JABOLE-  
 NUS. *Nuga, nuga.*

*Incerta:*

Unguenta dicuntur à locis, ut Telinum, cujus Julius Cæsar meminit dicens: Corpusque suavi Telino unguimur. Hoc conficiebatur in Insula Telo, quæ est una ex Cycladibus, &c. Isidorus lib. iv. Origin. cap. xii.

*Insertum hoc ab Fulvio Ursino Fragmentis de Analogia. Ut & illud ex Nonio in Voce Cinis, nec non locus Plinii ex lib. vii. cap. xxx. ubi alloquitur M. T. Ciceronem. Quid habuerit causa, cur hoc fecerit, comminisci non potui. Quocirca inter INCERTA referendum*

*duxi. Nisi quis potius Cæsari Straboni, non Dictatori tribuendum arbitretur. Si ad hunc modum addita una vocula scripseris, erit integer Senarius:*

*Corpusque suavi Telini unguine unguimur.*

*Idem Urfinus ex Prisciani lib. VIII. Fragmentum hoc:*

*C. Cæsar, quæ res augurantur οἰωνοσκοπεῖνται, ad Auguralia transtulerat: ego prætermisi, quum isto Prisciani loco non Cajus Cæsar, sed Lucius Cæsar legatur. Non est quod corruptum aliquis existimet. Citatur nominatim L. Cæsar à Festo, in voce Majorem. Ex eodem fortassis est quod apud Servium nuper ex Petri Danielis & Fuldanae bibliothecæ membranæ editum habemus, Commentario ad Æneidos Virgilii lib. I. Occiso, inquit, Mezentio Ascanium, sicut J. Cæsar (verosimile mihi fit legendum L. Cæsar) scribit, Julum cœptum vocari dicunt, vel quasi ἰοβόλον, id est, sagittandi peritum, vel à prima barbæ lanugine, quam ἰσλον Græci dicunt, quæ ei tempore victoriæ nascebatur. Hæc ibi. Similiter expunxi quod inter Fragmenta Epistolarum legebatur;*

*Vespera fatigatus, luce dormitans.*

*Non enim apud Charisium lib. II. unde hæc descripta sunt, nominatur Julius Cæsar, sed Aurelius Cæsar lib. II, sive XI Epistolarum ad Frontonem. Quo comperto, auctoritatem Civis Romani insuper habui. Sed quid spuris his diutius immoror, quin legitima, si quæ porro restant, Fragmenta colligo?*

*Apud Cæsarem & Catulum & Calvum lectum est: quum jam fulva cinis fueris. Nonius in voce Cinis p. 224.*

*Salve primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ, Latinarumque litterarum parens: atque (ut Dictator Cæsar hostis quondam tuus de te scripsit) omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus est, ingenii Romani terminos in tantum*

*pro-*

promovisse, quam imperii. Plinius *lib. vii. cap. xxx. in fine ubi de Cicerone.*

Cicero Caussarum XIII: *Re vendita iterum emptā; unde manifestum fit venita non dici, sed aut venundata, aut vendita, ut Cicero. C. Cæsar: Possessiones redimi, eas postea pluris venditas. Diomedes lib. i. col. 366.*

Esseda vehiculi vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli. Cæsar testis est libro ad Ciceronem III. *Multa millia equitum atque essedariorum habet. Hinc & gladiatores essedarii dicuntur, qui curru certant. Junius Philargyrius in Virgilio Georg. III. vs. 204.*

Augustus quoque in Epistolis ad C. Cæsarem scriptis emendat, quod is *Calidum* dicere quam *Caldum* (in libris forte de Analogia) malit: non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum, &, ut ipse Græco verbo significavit, *πεελέργον*. Quinctilianus *lib. i. cap. vi. pag. 41.*

Castulonenses, qui Cæsari *venales* appellantur. Plinius *Hist. Nat. lib. III. cap. III.*

*C. Julii Cæsaris dicta.*

Tu, quæso, quidquid novi (multa autem exspecto) scribere ne pigresce: in his, de Sexto, satisne certum: maxime autem de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem diverti, Cæsarem solitum dicere: *Magni refert, hic quid velit; sed quidquid volt, valde volt. Idque eum animadvertisse quum pro Dejotaro Nicæ dixerit, valde vehementer eum visum, & libere dicere. Cicero lib. XIV. ad Atticum Epist. 1.*

Proximo quum Sestii rogatu apud eum fuisset, exspectaremque sedens, quoad vocarer; dixisse eum: *Ego dubitem, quin summo in odio sim, quum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire possit. Atqui, si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito, quin me*

*male oderit, Cicero lib. XIV. ad Attic. Epist. I.*

Ajebat Cæsarem secum, quo tempore Sestii rogatu veni ad eum, quum expectarem sedens, dixisse: *Ego nunc tam sim stultus, ut hunc ipsum, facilem hominem, putem mihi esse amicum, quum tam diu sedens meum commodum expectet?* Cicero lib. XIV. ad Attic. Epist.

11.

Quo gaudio elatus, non temperavit quin paucos post dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adversariis adeptum se quæ concupisset: proinde ex eo insultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, *Facile hoc ulli femina fore;* responderit quasi alludens: *In Assyria quoque regnasse Semiramis; magnamque Asia partem Amazonas tenuisse quondam.* Suetonius in Cæsare cap. XXI I.

Pharfalica acie cæfos profligatosque adversarios prospicientem, hæc eum ad verbum dixisse refert Asinius Pollio: *Hoc voluerunt: tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* Suetonius in Cæsare cap. xxx. Vide & Plutarchum in Cæs. pag. 730. A.

Consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paullulum constitit, ac reputans quantum moliretur, conversus ad proximos, *Etiam nunc, inquit, regredi possumus: quod si ponticulum transferimus, omnia armis agenda erunt.* Suetonius in Cæsare cap. xxxi.

Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine & forma, &c. Tunc Cæsar, *Eatur, inquit, quo Deorum ostenta, & inimicorum iniquitas vocat, facta alea est,* inquit. Suetonius in Cæsare cap. xxxi I.

Romam iter convertit; appellatisque de Rep. Patribus, validissimas Pompeji copias, quæ sub tribus legatis M. Petrejo, & L. Afranio, & M. Varrone in Hispania erant, invasit; professus ante inter suos, *Ire se*

*se ad exercitum sine duce, & inde reversum ad ducem sine exercitu.* Suetonius in *Cæsare* cap. XXXIV.

Prolapsus in egressu navis, verso ad melius omine, *Teneo te*, inquit, *Africa*. Suetonius in *Cæsare* cap. LIX.

Quum expectatio adventus Jubæ terribilis esset, convocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus Regem affuturum cum X legionibus, equitum XXX, levis armaturæ C millibus, elephantis CCC.* Proinde desinant quidam querere ultra, aut opinari; mihi que, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave impositos, quocunque vento in quascunque terras jubebo avari. Suetonius in *Cæsare*. cap. LXVI.

Jactare solitus, *Milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse*: nec *Milites* eos pro concione, sed blandiori nomine *Commilitones* appellabat. Suetonius in *Cæsare* cap. LXVII.

Quosdam infimi generis ad amplissimos honores prorexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, *si grassatorum & sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum.* Suetonius in *Cæsare* cap. LXXII.

Interrogatus cur repudiasset uxorem, *Quoniam*, inquit, *meos tam suspicione, quam crimine judico carere oportere.* Suetonius in *Cæsare* cap. LXXIV.

Acie Pharsalica proclamavit, *Ut civibus parceretur.* Suetonius in *Cæsare* cap. LXXV. Vide & *Florum* lib. IV. cap. II, 50.

Nec minoris impotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: *Nihil esse Rempublicam, appellationem modo, sine corpore, ac specie. Sullam nescisse litteras, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac pro legibus habere quæ dicat.* Suetonius in *Cæsare* cap. LXXVII.

Eoque arrogantiae progressus est, ut Haruspice tristitia, & sine corde exta sacro quodam nunciante, *Fu-*



*tura diceret latiora , quum vellet : nec pro ostento ducendum , si pecudi cor defuisset. Suetonius in Cæsare cap. LXXVII.*

Triumphanti & subsellia Tribunitia prætervehenti sibi unum è collegio Pontium Aquilam non assurrexissè , adeo indignatus , ut proclamaverit : *Repete ergo à me Aquila Rempublicam Tribunus : nec destiterit per continuos dies quidquam cuiquam , nisi sub exceptione polliceri , Si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Suetonius in Cæsare cap. LXXVIII.*

Plebi Regem se salutanti , *Cæsarem se , non Regem esse* respondit. Suetonius in Cæsare cap. LXXIX.

De quo genere optime C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixissè , *Si cantas , male cantas : si legis , cantas. Quinctilianus lib. I. cap. VIII. Habet & Joan. Sarisberiensis Metal. lib. I. cap. XXI. pag. 777.*

Elevandi ratio est duplex , ut aut veniam quis , aut jactantiam minuat : quemadmodum C. Cæsar Pomponio ostendenti vulnus ore exceptum in seditione Sulpiciana , quod ipse se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur , *Nunquam fugiens respexeris* , inquit : aut crimen objectum , ut Cicero , &c. Quinctilianus lib. VI. cap. III.

Est & illa ex ironia fictio , qua usus est C. Cæsar. Nam quum testis diceret , à reo femina sua ferro petita , & esset facilis reprehensio , cur illam potissimum partem corporis vulnerare voluisset : *quid enim faceret* , inquit , *quum tu galeam & lorica haberes?* Quinctilianus lib. VI. cap. III.

Sic fac existimes , post has misérias , id est , postquam armis disceptari cœptum est de jure publico , nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellat) laudatæque honorificentissime & æquitate tua , & prudentia , repente præter spem dixit , *se Senatui rogan-*

ti de Marcello, ne \* hominis quidem causa negaturum. (Sic Victorinus edidit, eumque secutus Lambinus, cui tamen ominis legendum videtur. ipsum vide.) Cicero lib. 4. Epist. ad Famil. Epist. 4. ad Ser. Sulpicium.

Demetrio Megæ Dolabella rogatu meo Civitatem à Cæsare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Quumque propter quosdam fordidos homines, qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina Civitate donatorum incisa essent, revelli jussisset, eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, *Nihil esse, quod de Mega vereretur; beneficium suum in eo manere.* Cicero lib. XIII. ad Famil. Epist. xxxvi. ad Acilium.

C. Cæsar cum fortè conscendens navem lapsus esset, *Teneo te, terra mater*, inquit; qua interpretatione effecit, ut repetiturus illas, à quibus proficiscebatur, terras videretur. Ex Frontini Strateg. lib. 1. cap. XII, 2.

Cæsar dicebat, *idem esse sibi consilium adversus hostem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius quam ferro superandi.* Ex Frontini Strateg. lib. IV. cap. VII, 1.

Τῆς δ' ἡμέρας ἐνστάσης (quia pontifex maximus erat eligendus) ἢ τῆς μητρὸς (Καίσαρ) ἐπὶ τὰς θύρας ἀντὸν οὐκ ἀδακρυλὶ περὶ πεμπέσης, ἀσπασάμεν αὐτήν, ὦ μητὲρ, εἶπεν, τήμερον ἢ ἀρχιερέα ἢ ἕρον, ἢ φυγάδα ὄψει. Plutarchus in Cas. pag. 710.

Τὸν δὲ Καίσαρα (προδίδσαντα πρὸς αὐτὸς εἰπεῖν, Ἐγὼ μὲν ἐβελόμην παρὰ τέτοις εἶναι μᾶλλον πρῶτον, ἢ παρὰ Ῥωμαίοις δεύτερον. Ex Plutarcho in Cas. p. 712.

Οὐ δοκεῖ ὑμῖν ἀξιὸν εἶναι λύπης, εἰ τηλικῶτον μὲν ὦν Ἀλέξανδρον, ἤδη τοσούτων ἐβασίλευεν, ἐμοὶ δὲ λαμπρὸν εἶδέν πέπεσκαται. Plutarchus in Cas. 713.

Ἦρκει γὰρ (ἐφῆ Καίσαρ) τὸ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἀπαρέσκευσιν, ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἀγροικίαν ἐξελέχων, αὐτὸς ἐστὶν ἀγροικόν.

Plutarchus in *Cæs.* pag. 716.

Οὐκ, ἔφη, τὸ αὐτὸν ὄπλων ἢ νόμων καιρὸν εἶναι· σὺ δὲ εἰ τοῖς πραττομένοις δυσκολαίνεις, νῦν μὲν ἐκποδῶν ἀπιθι· παρρησίας γὰρ εἰ δαῖται πόλεμῳ· ὅταν δὲ καταθῶμαι τὰ ὄπλα, Συμβάσεων γενομένων, τότε παρῶν δημαγωγῆσεις &c. *Ex Plutarcho in Cæs.* p. 725.

Ἴθι, γενναῖε, τόλμα ἢ δέδιθι μηδέν· Καίσαρα φέρεις, ἢ τὸ Καίσαρῳ τύχην συμπλέσσαν. *Plutarchus in Cæsare pag. 726. Vide & Appianum lib. 11. B. C. pag. 463.*

Σήμερον ἂν ἡ νίκη παρὰ τοῖς πολεμίοις ἦν, εἰ τὸ νικῶντα εἶχον. *Plutarchus in Cæs.* pag. 727. & *Appianus lib. 11. B. C. pag. 467.*

ὦ Κάτων, φθονῶ σοι ἔθνατ' ἢ γὰρ σὺ μοι τὴ σωτηρίας ἐφθόνησας. *Plutarchus in Cæs.* pag. 733. & *Appianus lib. 11. B. C. pag. 490.*

Λέγεται ὁ Καῖσαρ εἰπεῖν, ὡς δικαιοτέρως λέγοι μὲν Κάσιῳ, αὐτὸς μὲντοι Βρεῖτον οὐκ ἂν παρέλθοι. *Plutarchus in Cæs.* pag. 737. & *Appianus lib. 11. B. C. pag. 498.*

Ἀναμένει τῆτο τὸ δέρμα Βρεῖτον *Ex Plutarcho in Cæs.* pag. 737.

Τί φαίνεται βεβλόμενῳ ὑμῖν Κάσιῳ; ἐμοὶ μὲν γὰρ εἰ λίαν ἀρέσκει, λίαν ὠχρὸς ὢν. *Et paullo post.* Οὐ πάνυ τῆτας δέδοικα τῆς παχεῖς ἢ κομήτας, μᾶλλον δὲ τῆς ὠχρῆς ἢ λεπτῆς· Κάσιον λέγων ἢ Βρεῖτον. *Ex Plutarchi Cæs.* pag. 737.

Αἱ μὲν δὴ Μάρλιαι εἶδοι πάρεσιν· ὁ δὲ ἡτυχηῖ πρὸς αὐτὸν εἶποι, Ναὶ πάρεσιν, ἀλλ' εἰ παρεληλύθασιν. *Plutarchus in Cæs.* pag. 737.

Ἐμπεσονίῳ λόγῳ, ποῖῳ ἄρα τὸ θανάτων ἄρισθον; ἀπαντίας φθάσας ἐξεβόησεν, Ὁ ἀπροσδόκηθον. *Ex Plutarcho in Cæs.* pag. 737. *Vide & Appianum lib. 11. B. C. pag. 500.*

Φασὶ τὸ Καίσαρα τῶ μηνύοντι ἀποκρίνασθαι, κόπτοντα τὴ λαβὴν ἔξιφες, Ἦδε μοὶ δώσει. *Ex Appiani lib. 11. B. C. pag. 443.*

\*Αθηναίοις αἰτήσασι Συγνώμην ἐπέδιδε, ἢ ἐπέειπε, Πο-  
 τῶνάκις ὑμᾶς ἀπὸ σφῶν αὐτῶν ἀπολλυμένους ἢ δόξα τῷ περὶ γό-  
 νων πεισώσει Appianus lib. 11. B. C. pag. 482.

\*Ἔσαι τῆτο τέλῳ ἐμοί τε ἔβις, ἢ ὑμῖν τῷ στρατιῶν.  
 Et paullo post. Φασὶν αὐτὸν (Καίσαρα) εἰπεῖν, "Ὅτε  
 πολλάκις μὲν ἀγωνισαίῳ περὶ νίκης, νῦν δὲ περὶ ψυχῆς.  
 Ex Appiani lib. 11. B. C. pag. 493.

Οὐδὲν ἀτυχέσερον, ἔφη, διηνεκῶς φυλακῆς ἐστὶ γὰρ αἰεὶ  
 δεδιότῳ. Appianus lib. 11. B. C. pag. 496.

*De C. Julio Casare.*

Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Cæsare & ipse ita judico, & de hoc hujus generis acerrimo æstimate-  
 tore sæpissime audio, illum fere omnium Orato-  
 rum Latine loqui elegantissime, nec id solum dome-  
 stica consuetudine, ut dudum de Læliorum & Do-  
 mitiorum familiis audiebamus; sed quamquam id quo-  
 que credo fuisse, tamen ut esset perfecta illa bene lo-  
 quendi laus, multis litteris, & iis quidem reconditis  
 & exquisitis est consecutus. *Ex Cicerone in Bruto cap.*  
 LXXII.

Sed perge, Pomponi, de Cæsare, & redde quæ re-  
 stant. Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamen-  
 tum Oratoris, &c. Cæsar autem rationem adhibens,  
 consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incor-  
 rupta consuetudine emendat. Itaque quum ad hanc  
 elegantiam verborum Latinorum (quæ, etiamsi Ora-  
 tor non sis, & sis ingenuus civis Romanus, tamen  
 necessaria est) adjungit ille oratoria ornamenta dicen-  
 di: tum videtur tamquam tabulas bene pictas collo-  
 care in bono lumine. Hanc quum habeat præcipuam  
 laudem in communibus, non video cui debeat cedere:  
 splendidam quandam minimeque veteratoriam ratio-  
 nem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magni-  
 fica, & generosa quodammodo. Tum Brutus: Ora-  
 tiones quidem ejus, &c. atque etiam Commentarios  
 quos-

quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis tamquam veste detracto: sed dum voluit alios habere parata unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inurere; sanos quidem homines à scribendo deterruit, &c. *Ex Cicerone in Bruto cap. LXXV.*

C. Julius Cæsar historiographus Romanorum nullus est. Commentarii belli Gallici, quorum ad vos manavit opinio, tantum exstant: nec, quantum ad historiam, quod compertum habeam, quicquam aliud: nam ceterarum ejus rerum gestarum, postquam idem Julius totius penè orbis causarum molibus est oppressus, Hirtius ejus notarius in commentarios seriem referendam suscepit. *Ex Lupi Abbatis Ferrariensis Epist. XXXVII.*

Quid Oratorum? quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior, aut elegantior? *Ex Cicerone ad Corn. Nepotem apud Suetonium in Casare cap. LV. Vide amplissimam Cæsaris laudationem apud Plinium Hist. Nat. lib. VII. cap. XXV. & apud Ciceronem pro M. Marcello.*

Sed bene loquendi de Catulis opinio non minor; sale vero, & facetiis Cæsar vicit omnes. *Ex Ciceronis lib. I. de Offic. cap. XXXVII.*

Reliquit & rerum suarum Commentarios Gallici, civilisque belli Pompejani; nam Alexandrini, Africique & Hispaniensis incertus auctor est: alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum, imperfectumque librum suppleverit. *Paullo post: Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat; quum Cæsar pleraque & quæ per alios erant gesta temere crediderit;*

rit: & quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum, & correcturum fuisse. *Ex Suetonio in Cæsare cap. LVI.*

C. vero Cæsar si tantum foro vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat: exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cujus proprie studiosus fuit, elegantia. *Ex Quinctiliano. lib. x. cap. 1.*

Quid tamen nocet vim Cæsaris, asperitatem Cœlii, diligentiam Pollionis, iudicium Calvi quibusdam in locis assumere? *Ex Quinctiliani lib. x. cap. 11.*

Hinc vim Cæsaris, indolem Cœlii, subtilitatem Calidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbiteriam Cassii, diligentiam Pollionis, dignitatem Messallæ, sanctitatem Calvi reperiemus. *Ex Quinctiliani lib. xii. cap. x.*

At strictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Cæsar, amarior Cœlius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero. *Ex Auctore Dialogi de oratoribus cap. xxv.*

Λέγεται δὲ ἢ φῦναι πρὸς λόγους πολιτικὰς ὁ Καῖσαρ ἀεῖσα ἢ ἀπαπονήσασθαι φιλοτιμότητας ἢ φύσιν, ὡς τὰ δευτεραῖα μὲν ἀδελφείῳ ἔχειν, &c. *Ex Plutarcho in Cæs. pag. 708.*

Ἐν δὲ Ῥώμῃ πολλὴ μὲν ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τὰς Συνηγορίας αὐτῆ χάρις ἐξέλαμπεν. *Ex Plutarcho in Cæs. pag. 708.*

Ac mihi ex Græcis orationes Lysias ostentat, ex nostris Gracchorum, Catonisque; quorum sane plurimæ sunt circumcisæ & breves. Ego Lysias Demosthenem, Æschinem, Hyperidem, multosque præterea, Gracchis, & Catoni Pollionem, Cæsarem, Cœlium, imprimis M. Tullium oppono, cujus oratio optima fertur esse, quæ maxima. *Ex Plinii lib. 1. Epist. xx.*

Sed ego verear ne me non fatis deceat, quod decuit  
M.

814 C. JULII CÆSARIS FRAGMENTA.

M. Tullium, C. Calvum, Asinium Pollionem, M. Messallam, &c. Divum Julium, Divum Augustum, Divum Nervam, Tib. Cæsarem, &c. *Ex Plinii lib. v. Epist. 111.*

Dictator Cæsar summis oratoribus æmulus. *Ex Taciti Ann. lib. XIII. cap. 111.*

Summus auctorum D. Julius. *Ex Tacito de Mor. Germ. cap. XXVIII.*

C. Cæsarem Dictatorem — studia certandi, dictandi, lectitandique sibi mutuo vindicavere. Et licet in persona unius ejusdemque tempore suo principis viri, castrensis oratoriæque scientiæ cura certaverit fermè gloria æquipari, idem tamen nunquam se satis duxit in utriusque artis arce compositum, priusquam vestri Arpinatis testimonio anteferretur ceteris mortalibus. *Ex Sidonii Apollinaris lib. VIII. Epist. VI. Vide & lib. IX. Ep. XIV.*



# NOMENCLATOR GEOGRAPHICUS

Omnium Galliae, Germaniae, & Britanniae locorum,  
quorum apud Cæsarem fit mentio.

*Excerptus quidem olim potissimum è Thesaurò Geographico ABRAHAMI ORTELIÏ; sed nunc plerisque locis utiliter auctus & emendatus.*

## A.



**A**ldudubis. Sic legit Ful. Ursinus apud Cæsarem; quo loco alii codices Alduasdubis, & Alduasdalis habent. Ptolomæo Dubis est. atque ita restituendum in Juliani Imp. epistolis, ubi Danubin invenies. Galliae Lugdunensis fluvius est, quem Poldus & Marlianus hodie *le Doux* nomen habere ajunt.

Advatici, alias Atvatici, quorum Metropolis Atuatuca, ut apud Cæsarem, quamquam apud Ptolomæum *Ἀτβάκτων* legitur. quæ olim civitas Tungrorum erat, ubi primum sedes Episcopalis fuit; translata deinde Trajectum Mosæ, hinc in vicum S. Lamberti. Itaque Atuatici sunt Leodienses.

Ædui. Civitas eorum hodie Augustodunum.

Agenticum. Civitas Senonum. Hodie *Sens*. Valde in ea exponenda delirarunt Scholiastæ Cæsaris. Est civitas Archiepiscopalis.

Alexia. Cæsari Mandubiorum in Celtis oppidum. Alexia Paterculo scribitur, Diodoro & Polyæno lib. 8. Strateg. *L'Assois en Bourgogne*, vocant. Paradinus vero dicit ejus hodie nihil exstare, præter nominis umbram, *Alize*, cui subscribit Vigenereus.

Allobrogum Caput fuit Vienna. quorum major pars sub Ducatu Sabaudiae hodie. Olim tamen Sabaudi erant intra Alpes maritimas, ut est in Notitia Imperii.

Alpes, montes longissimi tractus, qui Italiam à Germania

nia



nia & Gallia tanquam muro nativo separant. Alpia & Al-  
pionia olim dictos fuisse scribit Strabo. Stephano etiam Al-  
peia & Alpeioi dicuntur. Olpia sunt Phavorino. Hodie mul-  
tis locis in Germania, adhuc *Alben* vocantur. Salpii viden-  
tur à Lycophrone appellati: ut sentit ejus commentator Isa-  
cius. Alpīs, singulari numero, aliquando usurpant poëtæ.  
Abax vocat Serapio, cap. De resina. De Alpibus vide Al-  
ciatum, in Commentariis ad Tacitum De moribus Germa-  
norum: sed in primis Josiam Simlerum, in libello, quem  
De Alpibus inscripsit.

Amagetrobia. Ignoratur. vide Magetrobia.

Ambarri. Celtarum populi. Ignorantur.

Ambiani. Belgicæ gens. *Amiens*, hodie, Picardiæ urbs.  
Ambianum primum Sommonobriam dictam, scribit Sige-  
bertus: si Samarobrinam voluerit dicere, false, cum ex Cæ-  
sare & Antonino diversas esse urbes constet. Ambiano idem  
Antoninus tribuit leg. xxiiii.

Ambibarii inter Aremoricos, ignorantur.

Ambialites aut Ambiliates in Celtica, ignorantur.

Ambivariti in Belgio, ignorantur.

Anartes. Cæsari sunt populi Dacis vicini. *Walachi, Servii,*  
& *Bulgari*, sunt Blasio Vigenereo.

Ancalites. Britannicæ insulæ populi. *Ankelut*, Glareano:  
*The hundred of Henley*, Camdeno.

Andes. *Le Duché d'Anjou*. Civitas Episcopalis Juliomagus,  
*la ville d'Angiers*.

Antuates. vide Nantuates.

Aquitania. Augustus divisit Aquitaniam in tres maximas  
provincias: primam Aquitaniam, cujus metropolis Avari-  
cum Biturigum Cuborum: secundam Aquitaniam, cujus me-  
tropolis Burdigala Biturigum Vibiscorum: tertiam Novem-  
populaniam, cujus caput Augusta Ausciorum: Ea est, quam  
Cæsar Aquitaniam vocat, contenta intra Garumnam, Py-  
renem, & Oceanum. Hodie ab ipsis Aquitanis vocatur Va-  
fconia: quum Aquitanicæ nomen latius pateat. Itaque an-  
gustiores fines sunt Aquitanicæ Cæsaris, quam ut tertiam par-  
tem Gallicæ facere possit.

Arar. Gallicæ Narbonensis fluvius. Plinio & Virgilio Ara-  
ris est. Ab Am. Marcellino Sangona appellari scribit Para-  
dinus: Sauconna ego apud Marcellinum lego. Videtur Sco-  
ras à Polybio appellari. Hodie *Saone* vocatur. Auctor De  
flu-

fluminibus tradit antea Brigulum nuncupatum. Fides sit penes auctorem.

Arduenna. Galliae maximus saltus in Belgio. nomen fere retinet; *Ardenne* enim nominant. Franc. Irenicus *Achterwalt* appellat: *Lutticherwalt*, Rhenanus; quasi Leodiensium nemus dicas.

Arecomici. Duplices sunt: Volcae Arecomici, ubi *Nemausus*, & Narbo: *Tectosages*, ubi *Tolosa*.

Armoricae civitates, ponuntur à Cæsare in eo tractu, quæ Britannia minor Sigeberto vocatur. *Hermionia* etiam, & vulgo *Bretagne*, Rob. Coenali auctore. Antiqua Britannica lingua hodie *Lhydaw* appellatur, ut scribit *Humfredus* in suo Britannicae descriptionis fragmento. *Joannes Lelandus*, *Armorica*, idem significare dicit, quod, *Supra mare*, in ipsa Britannica lingua. Sunt *Plinii Britannii*, *Pontico Virunnio* si fidendum. *Letavia* quoque dicta fuit hæc Armorica.

Arverni. Celtarum populi. *Aroëni* Stephano. Hodie *Auvergne*.

Atrebatas. *Le pays d'Artois*, quorum Civitas *Origiacum*, *Arras*.

Avaricum. Est metropolis primæ Aquitaniae, *Bourges*.

Aulerci. Quadruplices fuerunt: *Aulerci Eburovices*, *le pays d'Evreus en Normandie*, ubi *Episcopatus*. *Aulerci Diablintres*. *Aulerci Cenomanni*, *le pays du Mans*. *Aulerci Brannovices*.

Auscii. Caput *Novempopulanae*, sive *Vasconiae*: *Archiepiscopatus*. *Augusta Ausciorum*, *la ville d'Auchs en Gascogne*.

*Axona*, *Aisne*, notissimum flumen.

## B.

**B**Acenis. Germaniae silva Cæsari, *Cheruscos* à *Suevis* *Dirimens*, quam *Althamerus* putat *Thüringerwalt*. Ubi forte *Samana* *Ptolemæi*. *Confundunt* quidam cum *Hercynia* silva & *Martiana*: & *Schwartzwalt* nominant.

**B**atavia. *Ptolemæo*, *Tacito* & *Cæsari* Germaniae inferioris regio est, ad ostia *Rheni* posita, quam hodie *Holland* vocant, sed improprie. Ea enim *Hollandiae* pars, quæ hodie inter veterem *Rhenum* & *Vahalim* fluvios à *Lobico* ad *Oceanum* usque quasi duobus brachiis constringitur, olim *Batavia* dicta fuit. Atque hic tractus etiamnum veteris nomenclaturæ vestigia retinet. nam *Betuwe*, ab incolis vocatur. Hæc fere *Lamb. Hortensius* in libello *Ultrajectinarum secessionum*.

num. Batavorum insula hæc vocatur à Plinio, Dione, Cæsare & Tacito. *Betuave*, Battua, ab Aimonio, & Badua à Reginone nuncupatur.

Belgæ, seu Belgica, statim è principio Commentariorum Cæsaris innotescunt.

Belgium. Est quidem regionis nomen in Belgis, non autem urbis, ut nugantur Scholiastæ. Sed nomen ignoratur.

Bellocasses, Verocasses, Bajocasses. *Le pays de Bayeus en Normandie*. urbs Episcopalis eorum est Noviomagus, *la ville de Bayeus*.

Bellocassi, aut Bellocasses. Sunt qui eandem cum Verocassibus, aut Velocassibus gentem faciant. eorumque rursus quidam, *Vergassins*, ad Sequanam, quorum oppidum primum *Gifers* esse volunt; quidam in ultimis Armoricæ Galliæ finibus ponunt. Marlianus vero distinguit, & Bellocasses Celtas, ait, eos qui hodie Bajocenses: Velocasses autem Belgas; eosque qui hodie in Comitatu Flandriæ territorium *Cassel* occupant.

Bellovaci. In Belgica siti. hodie *Beauvoisin*.

Bibraçte. Æduorum longe maximum & copiosissimum oppidum. *Beaulne Orontio*, in sua Galliæ tabula: item *Vigenero*. Marlianus scribit nomen retinere. Bibraçte aliquando Julia dicta fuit, nisi corruptus sit locus Panegyrici Constantino dicti; ubi hæc in calce leguntur: Bibraçte quidem huc usque dicta est Julia. Bibraçte & Augustodunum unum & eundem locum designare, vult Petrus Sancto-Julianus in sua *Burgundia*. *Bevray d'Autun*.

Bibrax. Rhemorum oppidum, ignoratur.

Bibroci. (pro quo nonnulli Bibrocassi legunt,) Britanniarum populi. Glareanus eos nominat *Bibrogger*; Camdenus, *The Hundred of Bray*.

Bigerrones. in Novempopulania. quorum civitas Episcopalis Tarba. *Le Comté de Bigorre en Gascogne*.

Bituriges. Duplices fecimus, Cubos, hodie *Berri*, & *le Duché de Berri*: Vibiscos, *la Seneschaucée de Bourdelois*. Cæsar Cuborum tantum meminit: quorum metropolim Avaricum supra fuisse diximus.

Boji. Transrhenani populi. Eorum pars quæ cum Helvetiis Galliam invaserat, in finibus Æduorum, ipsis Æduis deprecantibus, collocata, eos fines incoluisse creduntur, qui hodie *Bourbonnois*. Boja oppidum etiam habet Cæsar.

Brannovices. Ignorantur.

pre-

Bratuspantium. Inter Bellovacos & Ambianos. Ignoratur.

Britannia. Cæsaris tempore parum explorata regio: si aliis scriptoribus creditur. tamen accurate satis eam describit Cæsar. unde sunt qui dubitant, an Commentarios istos scripserit ipse Cæsar. Ut ut sit, Britanniae nomine Veteres comprehendebant omnem illam majorem insulam, cum circumfusis minoribus, quæ hodie in Angliæ & Scotiæ regna dividuntur.

C.

Abillonum. Æduorum oppidum Marliano: nomen retinens, *Chalons sur Saone*.

Cadetes. In Aremoricis. Ignorantur.

Cadurci. *La Seneschaucée de Querci*. Civitas Episcopalis, Divona Cadurcorum. *La ville de Cahors*.

Cæresii. Germaniæ populi. Ignorantur.

Caleres. Belgicæ populi. Strabo eos ad Sequani ostia pertingere facit, eorum regionem esse putat Divæus, quæ hodie *le pays de Caulex*. Turnebus, eum tractum in quo hodie Diepa & Juliobona, & Calerenses vocari.

Cantium. Britanniae insulae promontorium Orientale Straboni, & Diodoro. Hodie *Northforland* appellatur. Cæsar totum hunc tractum insulae, qui se versus Ortum extendit, Cantium vocat. Cantiam vocat Beda. Hodie vulgo *Kent* nominatur. Littus Saxonicum in lib. Notitiar. est.

Carnutes. *Le pays du Chartrain*. Urbs Episcopalis Autricum Carnutum, *la ville de Chartres*.

Cassii. Britanniae insulae populi. *Gasserer*, Glareani. *Chais-houw*, Camdeni.

Catuaci in Belgis. Ignorantur.

Caturiges. In Alpibus. *Le pays d'Embrun*. Eorum enim metropolis Archiepiscopalis Eberodunum, *Embrun*.

Celtæ. Qui Cæsari fuerint, satis ipse initio libri primi ostendit. Nomen Celtarum alias latius extenditur. Græci quæ etiam Germanos sub iis comprehendebant, & omnes Gallos.

Cenimagni. Britanniae populi. Glareanus eos *Cunman* appellat. Eisdem cum Icenis esse vult Camdenus.

Cenomanni. *Le pays & Seneschaucée du Mans*. Civitas Episcop. Vindinum, *la ville du Mans*.

Centones in Alpibus. *Le pays de Tarantaise*. Civitas Archiepiscopalis Tarantasia.

Centrones vicini Nervii, ignorantur. & suspecta est lectio.

Cherufci, Tacito, Paterculo & Straboni; Charufici Pto-

Iemæo: quos Vib. Sequester Cervacios nuncupat. Germaniæ populi, Baceni silva à Suevis divisi. *Mansfelders* ego existimo. *Lunenburghenses* mavult H. Junius in sua Batavia. Vide Althamerum in Tacitum.

Cimbri. Germaniæ populi maxime Septentrionales. *Futlanders* sunt nostra tempestate. iidem cum Cimmericis Straboni. Cerberios etiam ab Aristophanis Commentatore vocatos notat Becanus.

Cocofates, (seu Cocofates Sexignani, ut Plinius nominat) Aquitaniæ populi.

Cocofates in Novempopulania, ignorantur.

Condruſii, &, ut existimat Vigenereus, Condruſones, Germaniæ populi, seu Belgicæ. *Condrotz* hodie. Leodiensis Diœcesis tractus est, in quo caput est *Hoyum* oppidum, ad Mosam. P. Divæus & H. Leodius. *Condostrum Austrasiæ* vocat Molanus in vita S. Berengisi.

Confluentes Mosæ & Rheni. in Belgica non longe ab oppido *Bommel*.

Curiosolitæ. Inter Armoricos, ad Oceanum. *Corisopitenses* multis esse, tradit Marlianus. Vulgo *Cornovaille*.

## D.

**D**Ecetia. Urbs ad Ligerim, quæ ponte continetur etiam hodie, & nomen retinet. *Decise sur Loire*.

Diablintes, vel Diablintres. Celtæ. eosdem cum Diablintis Plinii facit Ursinus. Diaulitas Ptolemæi credit Villanovanus. *Leondoul* oppidum iis adscribit Marlianus. Becanus vero in suis Atuaticis, *Linter* interpretatur: qui pagus est Brabantia ad Getam flumen.

Durocotorum. Urbs Archiepiscopalis, caput Rhemorum. *La ville de Reims*.

Duranium flumen. Hujus fluminis in octavo Commentario de Bello Gallico nomen quidem non extat, sed tamen ibi designatur, in cujus editissimo & maxime prærupto colle Uxellodunum situm est. *La riviere de la Dordogne*. Nam prioribus quidem temporibus Duranium fluvius dictus, ut Aufonio & Sidonio: posterioribus vero Dordonia, ut Gregorio Turonensi. Nobilissimum & amplissimum flumen Aquitaniæ secundum Garumnam.

## E.

**E**Burones, qui & Aulerci Eburones, Belgæ. Trevirorum clientes. Eburii Dioni. Horum urbs hodie Leodium & Leo-

Leodicum dicitur; vulgo apud Gallos *Liege*; Teutones, *Luick*, & *Lüttich*.

Ebuovices. Urbs eorum Episcopalis, Mediolanum Ebuovicum, *la ville d'Evreux*.

Elaver, Celtarum flumen in Arvernibus. *Allier* Marliano. idem cum Elari Sidonii. Vide Gabrielem Simeonium in Dialogo pio & speculativo.

Eleutheri, vox ipsa Græca satis indicat hoc nomine populos immunes dici. ideo Eleutheri Sueffones: Eleutheri Cadurci Cæsari.

Elufates. *Le pays d'Euze en Gascogne*. Eorum olim Episcopatus, Elufa Novempopulaniæ. Vide Aufonianas lectiones Josephi Scaligeri; ubi traducitur sententia stultissima eorum, qui Elufates eosdem cum Foxensibus faciunt.

Essui, ignorantur.

## G.

**G**Abali. *Le pays de Givaudan*, quorum caput hodie urbs Mimatenfis: *La ville de Mande en Givaudan*. Est civitas Episcopalis provinciæ Biturigum attributa. Nugantur quæ hodie subjiciunt Arelatensi metropoli.

Galli. Quinam illi Cæsari, apparet ex initio libri primi Commentariorum ipsius de bello Gallico.

Garites in Novempopulania, sive Aquitania Cæsaris ignorantur; nisi sint Gavaritani. hoc est, *le pays de Gavardan*.

Garoceli. Inalpinei populi. Marlianus & Paradinus eos in monte *Mont Cenis* dicto, collocant, *Val de Marienne*, Vigenero.

Garumna. Fluvius Celtas ab Aquitanis dividens. Ptolemæo Garyna est, *Garonne* hodie. Garumnos, hujus accolæ, nominat Cæsar.

Garumni in Novempopulania, ignorantur.

Gebenna, & Gebennici montes, qui Arvernos ab Helviis separant. Cemmenus mons Ptolemæo. *Montagnes de Cevennes*,

Genabum. Civitas Aureliarum Episcopalis, olim Carnutibus attributa, ævo Cæsaris. *La ville d'Orleans*.

Geneva. Allobrogum oppidum ad lacum Lemanium. Incolis *Geneve*: Helvetiis & Germanis *Genff*.

Gergovia. Distat horæ itinere à Claromonte civitate Episcopali Arvernorum, ubi quædam rudera & alia priscae urbis vestigia extant: Vulgo locus dicitur *Gergeoia*, ut amici nostri nobis retulerunt.

Gergovia Bojorum. VIII Commentario de Bello Gallico manifesto suppositum à sciolis. Nam oppidum Bojorum, quod Vercingetorix expugnare decreverat, non nominatur, ut alia loca apud Cæsarem designantur potius, quam nominantur. Quare nullum est Bojorum oppidum nomine Gergovia.

Germania. Incolis *Teutschland*, exteris *Alemagne*.

Gorduni. in Belgis, ignorantur.

Grudii. in Belgis, ignorantur.

Grudii. Nerviorum clientes. *Launois* Marliano; *Brugge*; Flandriæ urbs, *Becano*; aliis *Lovanium*, seu, *Loven*.

## H.

**H**Arudes, populi transrhenani, ignorantur.

Helvetii. satis à Cæsare descripti, *Schweitzer*, & *Eydgnoße*, incolis. *Suffes*, Gallis.

Helvii. Melius sine aspiratione. populi ad ripam sinistram Rhodani, quorum civitas Episcopalis Castrum Vivario. *Le pays de Vivarez*, & *la ville de Viviers*. Hic nugantur rerum Gallicarum scriptores.

Hercynia. Silva in Germania maxima. Orcynia Eratosthenis, teste Apollonii Scholiaste. Orcynium Ptolemæo. Hercynius saltus, & Hercynium nemus Plinio. Rhellicanus in Annotationibus ad Cæsarem, & cum eo fere Althamerus ad Tacitum, hæc de isto nemore adferunt: Unam eandemque esse silvam, veterum Bacenim, Martianam, Gabriam, Semanam & Hercyniam. Hodie vero diversis nominibus appellari. nam juxta Friburgum Brisgaviæ *Schwartz-walt*; prope Heidelbergam, *Odenwalt*; prope Herbipolim, *Steygerwalt*; ad Loniam autem prope Confluentiam, *Wester-walt*; prope Francfordiam, *Speshart*: in Saxonix faucibus ad Mansveldensem ditionem, *Auff den Hartz*: denique à Thuringis, *Thüringerwalt*, & *Behemerwalt*, à Bohemis.

Hibernia. Insula maris Oceani Incolis *Erin*. Germanis *Yrland*. Scribuntur melius sine aspiratione *Ibernia*, & *Ivernia*, & *Juverna*.

## I.

**I**Ccius Portus, Morinorum in Belgica navale, ut scribit Strabo; sed is Itium habet; ut etiam pleraque mss. Commentariorum Cæsaris. Hodie *Calais* est, ut Lhuydus ostendit: quam urbem vernaculo vocabulo *Petresse*, quandoque vocatam, scribit P. Oudegerst in suis Flandrorum Annalibus.

bus. Sunt qui S. Audomari fanum olim Iccium portum fuisse credunt, persuasi partim ex loci situ; qui cum valde humilis sit, præalta tamen littora urbem quodammodo cingunt, & sinum maris olim capacissimum fuisse indicant; partim ex vetusto urbis nomine, quo *Sithieu* vocitabatur, quasi dicas sinus Ithii. His addam distantiam, quæ est ab hoc oppido ad proximum Britannicæ insulæ continentem, ad amussim cum cccxx stadiis, quæ illi Strabo lib. 4. tribuit, hodie quadrare. tot namque stadia xiiii milliaria nostratia efficiunt: quæ in hac distantia computantur. Cæsar eam xxx mill. pass. facit, Plinius quinquaginta. Dion lib. 39. sex millibus auget. Hunc portum videtur Plinius alio in loco Britannicum portum Morinorum vocare.

Jura, & Jurassus mons. *Le mont Juras.* in Burgundionum finibus.

## L.

**L** Atobriges; finitimi Helvetiis. ignorantur.

**L** Lemanus. Lacus Helvetiorum. Limene, in Ptolemæo, & Lausonius in Itinerario Antonini nominatur. Hodie à Gallis *Lac de Losanne*, & *de Geneve*, dicitur: à Germanis *Genffersee*.

Lemovices in prima Aquitania. *Limofin.* Urbs Episcopalis Ratiastum, *Limoges*.

Lepontii. Rhætica gens Straboni, Helveticæ populi; apud quos Rheni fontes sunt Cæsari. *Rhynwalder*, summa Alpium habitantes, sunt Scudo. Lepontios Viberos nominat Plinius, qui Rhodani fontem accolunt. Forte *Suitenses* hodie dici putat Marlianus.

Levacii in Belgis. ignorantur.

Leuci. Belgæ. Eorum urbem vocat Ptolemæus Tullum; atque etiam Itinerarium Antonini. *Toul*, in Lotharingia, Marliano & Divæo.

Lexovii, vel Lexobii. Celtæ. *Lisieux* in Normanniæ Ducatu, ut Marliano & Vineto placet.

Ligeris, & liger, Celtarum flumen maximum. *Loire*.

Limorum. Oppidum inter Mediolanum Santonum; & Augustoritum Pictonum, viii Commentar. de Bello Gallico. Ptolemæo, Antonino, ignoratur.

Lingones Celtæ. Longones habet Ptolemæus. Ligonicam urbem nominat Greg. Turonensis. *Langres* hodie.

Lutetia. Oppidum Parisiorum in insula Parisiorum, ubi



hodie sedem regiam *Paris* locant, *Lucotecia* Ptolemæo, & *Leucetia* Juliano, in *Misopogono*, est.

M.

**M** Agetrobia in *Celtis*, ignoratur.

**M** Mandubii. *Celtarum* populi, quorum caput *Alexia*, in Ducatu *Burgundico*, ut putat *Marlianus*.

*Marcomanni*. *Germaniæ* populi, qui cum *Ariovisto* *Galliam* invaserant. *Mehren* hodie est *Dubravio* & aliis.

*Matisco*. *Æduorum* ad *Ararim* civitas. *Mascon*.

*Matrona*. *Galliæ* fluvius, *Celtas* à *Belgis* disternans, hodie *Merne*.

*Mediomatrices*. *Belgæ*, quos *Westreicher* appellat *Rhenanus*. eorum metropolis *Metz* dicitur, in *Lotharingia*.

*Mediomatrices*. Eorum urbs *Episcopalis* *Divodurum*, *la ville de Metz*.

*Menapii*, *Brabantia* & *Flandriæ* maritimi populi.

*Metiosedum* ter nominatur à *Cæsare*. *Posteris* temporibus *Melodunum* dictum. Hodie *Melun*.

*Metiosedum*, aut *Josedum*, ad *Sequanam* oppidum, *Mariano* *Corbeil* est.

*Monæ*. Inter *Angliam* & *Hiberniam* *Insula*. dubium an illa quæ medio cursu inter utramque (ubi & *Cæsar* collocat) quæque hodie *Menau* ab incolis, & *Man* ab *Anglis* vocatur: an illa quæ proximior *Angliæ*, quæque *Mon*, & ab *Anglis* *Anglesey* dicitur.

*Morini*. quorum caput *Taroana*, urbs *Episcopalis*, sed nunc solo æquata. Retinet nomen, *Terothane*.

*Morini*. *Belgæ*. *Teroanne* indicant *Marlianus* & alii. *Bovillus* *Monstreuil*.

*Mosa*. *Galliæ* *Belgiæ* celebris fluvius. *Gallis* hodie *Meuse*, *Germanis* *Mæse*.

N.

**N** Annetes, vel *Namnetes*, *Ναμνῆται* Ptolemæo, quorum urbs *Episcopalis* *Condivienum*. *La ville de Nantes*.

*Nantuates* inter *Veragros*, & fines *Genevensium*, secundum ripam *Lemani*. Longe fallit eos suum iudicium, qui monasterium, *Nantua*, inter *Lugdunum* & *Genevam* situm, idem cum *Nantuatibus* faciunt. *Diversæ* enim sunt regiones. Neque ubi blanditur aliqua similitudo nominum, statim sine delectu de re proposita pronunciandum.

*Narbo*, *Provinciæ* *Romanorum* urbs, à qua & *Gallia* *Nar-*

Narbonensis nomen servat, *Narbone*.

Nemetes. Ad Rhenum populi. Rhenano & aliis *Speir*, ubi Camera Imperialis.

Nemetocerna in Belgis. ignoratur.

Nervii. quidam Tornacenses putant: Sed Cæsar ultra fines Tornacensium eos statuere videtur.

Nitiobriges. Populi secundæ Aquitanix, quorum civitas Episcopalis Aginum, *Agen. La Seneschaucée d'Agnois*. Mira fuit omnium inscitia hætenus, qui Mompelienses faciunt, quasi in Provincia Narbonensi bellum gesserit Cæsar. Errant itinere septem dierum.

Noricum regio & Norica urbs, in Germania. hodie forte Norimberga.

Noviodunum Æduorum. Civitas Nivernensium, ut est in Notitia manuscripta. Est urbs Episcopalis. *Le Duché de Nivernois: la ville de Nevers*.

Noviodunum Belgarum. Civitas Episcopalis. *Noion*. Dicta fuit etiam Noviomagus. Nam in Synodis, & Gestis Francorum dicitur *Noviomum*, unde Gallicum nomen formatum. Sic ex Rigomago, Rigomum, *Rion*; ex Rotomago, Rotomum. *Rouën*.

Noviodunum Biturigum, ignoratur.

O.

Ocelum. Cæsari & Straboni in Alpibus oppidum, quod Villanovanus & Varrerius *Oulx* appellari ajunt (*Ours* Itali dicunt) *Ifilles* vocat Simlerus. *Efilles* Vigenereus. *Novalesiam* interpretatur Marlianus; & *Chielano* Castilioneus: sed male, ut docet Varrerius. Non esse idem cum Oscella Ptolemæi, quod in Lepontiis ponit, ostendit Scudus erudite.

Octodorus. Veragrorum vicus S. Mauritii hodie, inquit Marlianus, *Martenach*, *Vallesia* vallis, Rhenanus & Scudus.

Ofisini, vel melius Ofismii. iidem qui Plinio Ofismii: quosque Timios vocat Pithœus apud Strabonem, cui etiam Sifmii sunt. ad mare Britannicum populi. *Landriguet* nominat Cœnalis.

P.

Pæmani in Belgis, ignorantur.

Parisii. Ad Sequanam populi. hodie proprie *l'Isle de France*, & caput ejus *Paris*.

Petrogorii. In secunda Aquitania. *Le pays & Seneschaucée de Perigort*. Urbs eorum Episcopalis in duas partes divisa,

in oppidum, & civitatem. Oppidum antiquitus Vefuna. Hodieque nomen retinet, ubi Episcopium. Civitas à populo nomen hodiernum naſta *Perigueus* dicitur.

Piſtones. In ſecunda Aquitania. *Le pays de Poitou*. Latiffime pater. Urbs Episcopalis Auguſtoritum: *la ville de Poitiers*. Ampliffima & florentiffima civitas.

Pleumofii. in Belgis. ignorantur.

Preciani. in Novempopulania. ignorantur.

Provincia Romanorum, ea Gallia pars quæ etiam Narbonenſis dicta. pars hodie nomen retinuit, *Provence*.

Pyrenæi. Pyrenæus ſaltus. Montes altiffimi, qui Galliam ab Hispania ſeparant. *Los Pyreneos* Hiſpani in univerſum vocant. partes tamen ſeparatim diverſa nomina fortiuntur.

## R.

**R**auraci. Ad Rhenum populi, Helvetiis vicini. *Baſler* ſunt Scudo, id eſt, Baſilienſis territorii incolæ.

Rhedones. in Aremoricis. urbs eorum Episcopalis *Condate*. *La ville de Rhenes en Bretagne*.

Rhemi. Urbs Archiepiscopalis eorum Durocortorum: *la ville de Reims*.

Rhenus. Fluvius notiffimus Galliam à Germania ſeparans. Germanice *Rhyn*.

Rhodanus. Gallia celebris fluvius, Provinciam Romanorum à Celtris diſpartiens, *Rhofne* hodie.

Ruteni. in prima Aquitania. *La Senefchaucée de Rouergne*. Urbs eodem Episcopalis Segodunum, *Rodais*.

## S.

**S**abis, Belgica fluvius: Moſam influens. *Sambre*.

Samarobriva. *La ville d'Amiens*. Civitas Ambianorum Episcopalis. Multa multi de hac deblaterarunt ineptiffime.

Santones. In ſecunda Aquitania. *La Senefchaucée de Saintogne*. Urbs eorum Episc. Mediolanum. *La ville de Saintes*. Inepte quidam libri per X Xantones.

Scaldis. Hic Ptolemæi Tabula. Fluvius Belgica, nomen ſervans, apud Teutones *Schelt*, Gallos *l'Escault*.

Seduni. Gallia populi, Alpibus vicini, *Valleſia* ſuperior. item Sedunum metropolis, *Sion* Sabaudica lingua, & Germanica *Sitten*.

Seduffii inter Germanos. ignorantur.

Segni. in Belgis. ignorantur. *in Bechts Ge. Silchester a p<sup>t</sup> of it*

Segontiaci. Anglia inſulæ populi, à Glareano *Sengerer* nomi-

minantur. Apud Belgas fuisse putat Camdenus, in tractu *Holeshot* nunc dicto.

Segusiani. *Le pays de Forés.* quorum duæ Urbes, Forum Segusianorum. *Fours en Forés.* Unde Fores vulgare nomen, tanquam Foresces, id est, Forenses. Altera urbs Rodumna. hodie vicus celeberrimus ad Ligerim, *Rouane.* Ptolemæus Lugdunum ponit in Segusianis, non bene.

Senones. vide Agendicum.

Sequana. Straboni Sequanus. flumen inter Celtas & Belgas. *Seine.*

Sequani. *La Franche Comté.* Maxima Sequanorum civitas & caput Visontio, *Besançon.* Civitas Imperialis extra territorium Comitatus Burgundici.

Sesuvii. in Aremoriciis. ignorantur.

Sibutzates. in Aquitania Cæsaris, five Novempopulania. ignorantur.

Sicambri. Belgicæ populi. Olim fuisse videntur (ut Marliano placet) ubi hodie Gelriæ Ducatus est, inter Mosam nempe & Rhenum fluvios. Ptolemæo tamen (apud quem Syngambri scribuntur) sunt ab altera parte Rheni; cui subscribit Suetonius in Augusto. Zutphanix Comitatum eos obtinuisse nonnulli volunt. Sugambros Strabo: atque ita plerumque vet. codic. Junius in Batavia putat, Sigem oppidum, *Sigemburch* arcem, & *Sigemberch* cœnobium, in Bergensi Comitatu, gentis servare nomen.

Sotiates. in Novempopulania *Sots* hodie vocatur. Oppidum in edito colle positum patrimonii Ecclesiæ Metropolitanæ Aufciorum.

Suessones. *Suessons.* Urbs eorum Episcopalis Augusta Sueffonum.

Suevi. Maximam Germaniæ partem obtinebant. parum adhuc cognita ipsorum regio tempore Cæsaris. Hodie qui *Schwaben* appellantur, procul dubio partem tantum veteris Suevorum dominii obtinent.

## T.

**T**Amesis. Ptolemæi Jamissa, maximus Angliæ fluvius. Incolis hodie etiamnum *Thames* scribitur; sed *Thems* pronunciant.

Tarbelli. Ultimi populi Novempopulaniæ, five Aquitaniæ Cæsaris, ad Aturri fluminis ripas. Eorum duæ urbes Episcopales, Aquæ Tarbellicæ, *Aqs;* & Bajona Lapurdensium,

sum, *Bajone au pay de Labourd*. Cave confundas cum *Tarba Bigerronum*, quæ longe hinc distat. quod fecit Ortelius. Vide *Aufonianas* lectiones *Josephi Scaligeri*.

*Tarusates*. in *Aquitania Cæsaris* ignorantur. Quidam volunt esse *Tursam* Episcopalem urbem in *Ausciorum* provincia, quæ nulla est in rerum natura, neque ullus Episcopatus eo nomine in omni *Vasconia*. *Tursan* quidem est *Vicecomitatus* patrimonii illustris gentis *Labretiorum*. Sed *Tursam* cum *Tarusatibus* idem facere, hoc est divinare, & fortasse delirare.

*Taurentum* in secunda provincia *Narbonensi*. ignoratur. Qui *Telonum* dicunt esse, non meminerunt *Telonum* esse vetustam urbem, neque potuisse dici *Taurentum*, si quidem *Telonum* vocata est.

*Tectofages*. Hi apud *Cæsarem Germani* sunt (nam & hoc nomine populi fuere in *Gallia*) circum *Hercyniam* silvam. *Nicri* fluminis ripam eos accoluisse putat *Rhenanus*. ubi adhuc hodie vetusta arx est *Teck* dicta. *Fulvius Ursinus* in *Cæsare*, *Volcæ* legit, pro *Tectofages*. *Volcæ Tectofages* alii; nec absurde.

*Tenchtheri*. alii *Thenchtheri*, *Appiano Tanchari*, *Plutarcho Tenterides*, *Tingri Ptolemæo*. *Germaniæ* populi. Apud *Willichium* sunt, qui hodie prope *Rhenum*, *Luppam* & *Lonam* fluvios accolunt, ubi sunt plerique *Hessi*, & nonnulli *Franci*. *H. Junio* sunt qui *Drentham* incolunt, non abludente vocabulo.

*Tigurinus pagus*. Ejus caput & urbs olim fuit *Aventicum*, vulgo *Avenches*, ut indicat vetus inscriptio, quæ *Aventici* extat, in qua legitur *GEN. PAG. TIGOR*. hoc est, *Genio pagi Tigorini*. & urbs ipsa dicitur *Aventicum Helvetiorum* in alia inscriptione.

*Tolosates*. *Populi Narbonæ finitimi*: nomen retinere, *Toulouse*.

*Treviri Cæsari*, *Tribori Ptolemæo*. *Triberi* in *Lib. Not. Belgicæ* populi, qui hodie *Triersche* possunt appellari, à metropoli *Trier*.

*Triboces*. Ita *Cæsari*. *Ptolemæo Tribocci*. *Germaniæ* populi; qui hodie *Elsser* *Pyramio*; *Strafsburgher*, ab eorum metropoli *Rhenano* nominantur. *Oswaldo* autem *Molitori* *Zun dreyen buchen*, vocantur. pagus est *Alsatix* non male ad *Tribocci* vocem alludens.

Tri-

Trinobantes, vel Trinovantes, Angliæ populi. Hodie sunt, ut Lelandus & Lhuydus affirmant, territorii Londinensis. etiam Nevyllius; qui tamen latius extendit, & illis *Essex & Middelfex* adscribit.

Tulingi. Celtæ Helvetiis finitimi. *Lothringer*, ut Germani pronunciant, vel *Lorainois*, ut Galli, Marliano & Rhellicano sunt. *Stulingen & Nellenburg* Comitatus Scudo.

Turones. Eorum urbs Archiepiscopalis Cæsarodunum. *Tours*. Apud Ptolemæum male legitur *Τυράπιοι* pro *Τυρόνιοι*.

## V.

Vangiones. Germaniæ populi ad Rhenum. *Wormischer Bisthumb*, B. Rhenano & Lichtenavio. Sed contra affirmat Pirchaymerus Vangiones esse Spirenses, Nemetes vero Wormatienses. Sig. Gemblacensis tamen, qui ante annos scripsit circiter quingentos, Wormatiam Vangionum urbem vocat, eandemque Vangionum Speculam aliquando vocatam, ex antiqua ibidem inscriptione colligit Joannes Heroldus.

Ubii. Germaniæ populi, qui & Agrippinenses Tacito, ubi & hodie Colonia Agrippina. *Ubich* pagus in agro Julia-censi forte horum nomen servat.

Velauni. Pagus Velaunensis. *Le pays de Velai*. Eorum urbs Episcopalis Anicia. *Le pui en Velai*. *Le pui nostre Dame*. *Nostre Dame du pui*.

Vellaunodunum, Senonum oppidum, hodie *Auxerre* Cœnali. Sed Vigenero *Casteaulandon*; aliis *Villeneuve en Lorraine*.

Velocasses. vide Bellocasses.

Veneti. Inter Armoricos, *Vannes* hodie in Britannia minori.

Veragri. Quorum urbs Octodorus. vide Octodorus.

Verbigenus. Pagus Helvetiorum. ignoratur.

Veromandui. Eorum urbs Augusta Veromanduorum (S. *Quentin Vermandois*) Ptolemæo, & in Martyrologia.

Vesontio. Metropolis maxima Sequanorum. vide Sequani.

Vienna. Allobrogum ad Rhodanum urbs, sub Medulis. *Vienne* hodie.

Unelli. ignorantur.

Vocates. in Novempopulania. ignorantur.

Vocontii. Eorum duæ civitates Episcopales, *Dia Vocontio-*

tiorum , *Die en Daulfiné*. item **Vasio Vocontiorum** ; *Vaison au Contat de Venissé*.

**Vogesus**. Mons in finibus Lingonum , unde Mosa profluit , *Mont de Faucilles* dicitur Vineto.

**Volcæ**. vide **Arecomici**.

**Ufipetes**. Germaniæ populi , quos Plutarchus in vita Julii **Hufipas** vocat. Rhellicano sunt intra Rhenum & montes in **Haffia** , in eo loco qui *Hochbrug* appellatur. Hos Ufipetes , putat Willichius eosdem esse cum Ufipiis Taciti & **Vespiis** Ptolemæi ; item **Sysipetibus** Appiani. Ufipii tamen & Ufipetes sunt apud Tacitum diversi populi. Nusipi sunt Straboni , ut censet H. Junius in sua *Batavia* , ubi eos *Zurphen* hodie vocari , quidquid alii dicant , adfirmat. **Vispos** Ptolemæi alios esse ab his , docent ejus tabulæ.

**Vahalis**, sive **Walis**. Batavorum fluvius , aut potius pars **Rheni**. *Wael* hodie dicitur. Tacitus **Nabaliæ** fluminis etiam meminit. sed , **Vahalis** , ibi quoque legunt.

**Uxellodunum** in finibus **Cadurcorum** primæ **Aquitaniæ** , in prærupto colle , qui **Duranio** flumini imminet , situm. Hodie nomen retinet. Incolis *Lopuech d'Ussoldun* , id est , **Podium Uxelloduni**. Ibi quotidie effodiuntur multi nummi veteres. quædam etiam monumenta venerandæ verustatis extant. Situm est in territorio oppidi **Martelli**. Fons etiam ille , de quo mentio fit in ejus oppugnatione **Commentario VIII** , ostenditur à rusticis , qui , mirum dictu , per manus traditum à majoribus habent , **Uxellodunum** à **Cæsare** obsessum & vix tandem expugnatum fuisse. **Ridiculi** sunt , qui *Cadenac* interpretantur. Vide **Duranium**.

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI

JUL. CÆS. FIL.

NOTITIA GALLIÆ.

*Item*

EJUSDEM NOTÆ

Super appellationibus locorum aliquot, & Gentium apud

CÆSAREM.


*Vulgatis castigatiores & auctiores ex ipso  
Scaligeri autographo editæ.*

Ex Musæo

PAULI TERHAARII

AMSTELODAMÆI.





JOSEPHI SCALIGERI  
NOTITIA GALLIÆ.



Nte tempora Augusti, qui de imperii Romani Provinciis scripserunt, in divisione Galliarum nunquam provinciam Narbonensem comprehendunt, quæ intra Alpes, Jurassum montem, Cebennas, Tarnim fluvium, Garumnam, Pyrenæorum initium, & mare Massilioticum continebatur. Itaque quum apud illos scriptores Galliarum mentio occurrit, excipe semper Narbonensem, si res gestæ ante imperium Augusti memorantur. Et quidem unus omnium Romanorum C. Cæsar, ut Gallias arbitrio armorum subegit, ita etiam suo illas divisit; in Belgas à Reno, ad Sequanam: hinc ad Garumnam, in Celtas: quod reliquum est, intra Garumnam, Pyrenæos, & mare Oceanum, in Aquitanos. Sed hæc tertia pars, cum alterutra priorum comparata, adeo exigua visa est, ut alia divisio instituenda fuerit. Itaque Augustus non solum illam divisionem castigavit, sed in nova Galliarum divisione instituenda etiam Provinciam Narbonensem complexus est; quicquid intra Alpes, mare mediterraneum, & Oceanum, & Renum continetur, uno Galliarum nomine comprehendens, & quicquid intra illos fines situm est, in decem & septem Provincias partitus est, Belgicam primam, Belgicam secundam, Germaniam primam, Germaniam secundam, Lugdunenses quatuor, Maximam Sequanorum, Viennensem, Alpes Graias & Pœninas, Alpes maritimas, primam Aquitaniam, secundam Aquitaniam, Novempopulaniam. Postea Constantinus Magnus instituit quatuor præfectis prætorio, duobus in Oriente, totidem in Occidente, alterum Occidentis in urbe Roma, alterum in urbe Treverensi collocavit, qui præfectus prætorio Galliarum vocatus fuit. Et quia per occupationes Imperii in illis urbibus perpetuo hæere illis non licebat, vicarii aliquot eis attributi sunt, qui eadem potestate provinciis jus redderent. Præfecto igitur prætorii Galliarum tres vicarii dati. Primo sedes data Treveris, secundo Lugduni, tertio Viennæ. Itaque ut horum vicario-

rum magna erat auctoritas, ita urbium quoque, in quibus sedem habebant, maxima claritas. Treverensi vicario parebant primæ & secundæ Germania & Belgica, & tota Britannia insula. Lugdunensi, quatuor Lugdunenses, cum maxima Sequanorum. Viennensi primæ & secundæ Narbonensis & Aquitania. Alpes Graiæ & Pœninæ, Alpes maritimæ, Novempopulania. Totum hoc, quod unius vicarii jurisdictioni subjaceret, Latini quomodo designarint, non memini: sed Græci ἐξαρχίαν, διοίκησιν, πατεριάν vocant. Regnorum vices multa in hac divisione immutarunt, sed status Ecclesiasticus tam in Oriente quam in Occidente ejus integra vestigia hæctenus retinuit. Nam civitates, quæ provinciis nomina fecerunt, μητροπόλεις vocant: & si in eis sedes fuerit vicarii, quem ἐξάρχον vocabant, eas non solum μητροπόλεις, sed & ἐξαρχίας & πατεριάρχίας vocant: & præfules earum ἐξάρχης καὶ πατεριάρχης. reliquos μητροπολίτας, καὶ ἀρχιεπισκόπους, qui sub se tantum ἐπισκόπους habent: nam οἱ ἐξάρχοι sub se præter episcopos μητροπολίτας habent, μητροπολίται vero tantum ἐπισκόπους. In Ecclesia Latina Archiepiscoporum & nomen & jus manet, & jurisdictio Canonica in suos episcopos suffraganeos, sed ἐξάρχων nulla vestigia extant: nisi forte quædam umbra ejus fuerit, quod metropolita sive archiepiscopus Viennensis primatem primatum sese vocat. Eo enim ostendit sub se primates habuisse, qui sub eo essent, Narbonensem primatem Provinciæ, Bituricensem primatem Aquitanicæ. Aliter quomodo aut quo jure primas primatum diceretur, nisi ratione dioceseos Vicarii Viennensis præfecti prætorio, qui septem provincias sub se habebat, in quibus prima Narbonensis, & prima Aquitania? Quod vero Lugdunensis primatem sese vocari gaudeat, nuperum & novitium est, & illi ex beneficio Pontificis Rom. indultum. neque tamen novum est. Nam Guilielmus Brito in suo Philippeide ita canit:

*Et Lugdunensis, quo Gallia tota solebat,  
Ut fama est, Primate regi.*

At primas primatum antea dici jure non potuit, quia nullam primam provinciam sub se habebat. Viennensis primas quidem primatum vocari vult, sed causam tam ille, quam omnis ecclesia ignorat. Hæc divisio Galliarum, ut omnium antiquissima, ita certissima nobis sequenda erat, neque ulla melior quærenda à nobis erat, si integræ illæ ἐξαρχίαι adhuc  
fini-

finibus Regni Francorum continerentur, ut olim sub Karolo Magno, & ejus filio, & nepotibus. Sed quia ex illo amplissimo imperio multæ Provinciæ detractæ sunt, alia nobis tributio instituenda. Galliæ igitur sive Franciæ imperium octo tribunalibus temperatur, quæ jus reddunt provinciis suis, à quibus Tribunalibus provocatio non est. Quorum & majestas augustissima est, & auctoritas sacrosancta. Parla-  
 menta Galli idiomate suo vocant. Non possumus meliorem nostræ partitionis rationem inire, quam si in octo hæc Parla-  
 menta omne Francorum regnum dividam, & ea in Pro-  
 vincias suas. Per Provincias autem non, ut hodie à regibus instituuntur, quia quot reges, tot mutationes provinciarum & nomina, aut regimina eorum oriuntur: Sed per dioceses Ecclesiasticas & Episcopatus procedet divisio nostra: quia hoc modo non discedemus à prisca Romani imperii no-  
 titia. Quod si quidam novi episcopi instituti sunt, aut Me-  
 tropolitæ, hoc non nocet veteri Romanæ dispositioni: mo-  
 do constet unde illi episcopatus abscissi sint. Nam certum est, quum episcopatus novi instituuntur, veteres minui tan-  
 tum, quantum ex illis abscissum in novam diocesim con-  
 fertur. Verustissimum igitur Tribunal Parisiense est, idque primo unicum in regno fuit, & reliqua ad ejus exemplum posterioribus temporibus instituta.

Sub Parisiensi Parlamento Dioceses sunt xxx. in his  
 Episcopatus xxv, Archiepiscopatus quinque.

*Episcopatus octo, suffraganei Remensi Metropolitæ,  
 sive Archiepiscopo.*

- I. *Laudunensis.* Dux & Par Franciæ, olim Laudunum Cla-  
 vatum vulgo *Laon.*
- II. *Catalaunensis.* Comes & Par Franciæ. *Chalon.*
- III. *Suessonensis.* Olim Augusta Sueffonum. *Soissons.*
- IV. *Morinensis.* Teroana Morinorum. Retinet nomen, quan-  
 quam delata à Carolo V. ejus episcopalis sedes Bononiam  
 translata, ubi est navale veteribus Gessoriacus dictum.
- V. *Ambianensis.* Samarobriva Ambianorum. *Amiens.*
- VI. *Noviomagensis.* Comes & Par Franciæ. *Noion.* Novio-  
 magus Vadicassium Ptolemæo. (vulgo Ecclesiasticorum  
 Noviomus dicitur per compendium, ut Tresses pro Tri-  
 casses.)
- VII. *Silvanectensis.* *Senlis.* Silvanectum.

VIII. *Bellovacensis*. Cæsaromagus Bellovacorum. Comes & Par Franciæ. *Beauvais*.

*Septem Episcopatus sub Metropoli Senonensi.*

IX. *Parisiensis*. Lutetia Parisiorum. Caput totius Francorum regni.

X. *Carnutensis*. Autricum Carnutum. *Chartres*.

XI. *Aurelianensis*. Genabum Aurelianorum. *Orleans*. Inepte vocant Aureliam. Temporibus C. Cæsaribus hæc urbs Carnutibus accensebatur, & Autrico parebat.

XII. *Nivernensis*. *Nevers*. Noviodunum Nivernensium.

XIII. *Autissiodorensis*. *Aussère*. Autissiodorum.

XIV. *Tricassensis*. Augustobona Tricassium. *Trois en Champagne*. Vulgo Ecclesiastico Tresses corrupte, ut Noviomus pro Noviomagus.

XV. *Meldensis*. Jatinum Medorum. *Meaux*.

*Quatuor Episcopi sub Metropoli Burdigalensi.*

XVI. *Pictaviensis*. Augustoritum Pictorum. *Poitiers*.

XVII. *Maleacensis*. Novus Episcopatus ex Monasterio, delibatus ex diœcese Pictaviensi. *Maillezès*.

XVIII. *Luxonensis*. Lullion. Novus Episcopatus ex Monasterio, detractus ex Pictaviensi.

XIX. *Enculisma*. Ausonio Eculisma. *Engoulesme*.

*Duo Episcopatus sub Metropoli Turonensi.*

XX. *Andegavensis*. *Angiers*. Juliomagus Andicavorum. in Ptolemæo excusum est *ἀνδικαῦραι*, pro *ἀνδικαῦραι*.

XXI. *Cenomanensis*. *Le Mans*. Vindicum Aulercorum Cenomanorum.

*Duo Episcopatus sub Metropoli Bituricensi.*

XXII. *Claramontensis*. *Clermont*. Augustonemetum Alvernorum. Sidonio ejus urbis Episcopo dicitur tantum Alvernum.

XXIII. *Sancti Flori*. *Saint Flour*. Novus Episcopatus, delibatus ex Claramontensi.

*Duo Episcopatus sub Metropoli Lugdunensi.*

XXIV. *Lingonensis*. *Langres*. Dux & Par Franciæ. Andomatunum Lingonum.

XXV. *Matisconensis*. *Mascon*. Matisco Eduorum. Cæsar in extremo Commentario VII.

*Quinque Metropoles, sive Archiepiscopatus.*

XXVI. *Remensis*. Dux & primus Par Franciæ. Secunda Belgica. Durocortorum Remorum. *Reims*.

XXVII. *Senonensis*. Agendicum Senonum. Quarta Lugdunensis. *Sens*.

XXVIII.

XXVIII. *Bituricensis*. Primas Aquitaniæ. Avaricum Biturigum Cuborum. Prima Aquitania. *Bourges*. In Decreto Gratiani vocatur Patriarcha, & aliquando legitur hunc ritulum ipsos Bituricenses Præsules usurpare. Sed Foro-Julienſis Episcopus ipse quoque vocatur Patriarcha. In vetustissimis Annalibus Franciæ: *Paulinus Patriarcha Foro-Julienſis obiit.*

XXIX. *Turonensis*. Tertia Lugdunensis. *Tours*. Caesarodunum Turonum. In Ptolemæo male excusum est *Τυρίπαιος*, pro *Τυρόνιος*.

XXX. *Lugdunensis*. Lugdunum Segusianorum. Prima Lugdunensis. *Lion*. Hodie primatus Cleri Gallicani.

Tribunal Tolosanum amplissimum institutum à Rege Karolo VII, habet sub se diœceses unam & triginta, Episcopatus in his XXIIX, Archiepiscopatus tres.

*Sub Metropoli Narbonensi Episcopatus novem.*

I. *Nemausensis*. Nemausus Volcarum Arecomicorum. *Nismes*.

II. *Ucetienſis*. *Usetz*. Ucetensium civitas.

III. *Lutevenſis*. *Luteva*. *Lodeve*.

IV. *Sancti Pontis Tomeriarum*. *Saint Pont de Tomieres*.

V. *Aletensis*. *Alet*. pro quo in Decreto & Decretalibus aliquando perperam editum est, *Arelatensis*. civitas Aletensium.

VI. *Magalonensis*. *Mompelier*. ab insula Magalone, ubi prius fuit sedes Episcopalis, in Volcis Arecomicis.

VII. *Bitierenſis*. *Besiers*. Bitieræ, aut Biteræ Septimanorum in Arecomicis. Ptolemæo *Βαυτίραι*.

VIII. *Agathensis*. *Agde*. *ἀγαθὴ τὴν*. à Massiliensibus Græcis condita in Volcis Arecomicis.

IX. *Carcassonenſis*. *Carcassone*. Carcaffo Volcarum Teftosagum.

*Sub Metropoli Bituricensi Episcopatus septem.*

X. *Mimatensis*. *Mende*. Vicus Mimates Gabalorum, vel Gabalitanorum, *Mende de Givauldan*. Nam syllabam GA primam in vocibus Galli mutant in GI, Gabalitanum, *Givauldan*: Gabalum, *Gibet*: Garumna, *Gironde*: quam etiam Gerunnam vocat Guilielmus Brito in sua *Philippeide*: *Quum post retroſuum pelago crescente Gerunnam.*

XI. *Castrenſis*. *Castres*. Episcopatus novus.

- XII.** *Albigensis.* Albi. Civitas Albigensium.
- XIII.** *Anciensis.* Le Pui en Velay. Civitas Velaunorum.
- XIV.** *Rutenensis.* Rodés. Segodunum Rutenorum.
- XV.** *Vabrensis.* Vabres. Novus Episcopatus ex Monasterio, abscissus à Ruteni.
- XVI.** *Cadurcensis.* Caors. Divona Cadurcorum.  
*Sub Metropoli nova Tolosa, septem novi Episcopatus ex Monasteriis, detracti de diversis; partim singuli de singulis, partim singuli de pluribus.*
- XVII.** *Apamiensis.* Pamiers.
- XVIII.** *Mirapicensis.* Mirepoix.
- XIX.** *Sancti Papuli.* Saint Papoul.
- XX.** *Montalbanensis.* Montaulban.  
*Saint Theodard de Montaulban.*
- XXI.** *Vaurenensis.* La Vaur.
- XXII.** *Rivensis.* Rieus. Rivi. Rivense Monasterium.
- XXIII.** *Lombardensis.* Lombés. Lombardense monasterium.  
*Sub Metropoli Auscorum quatuor Episcopatus.*
- XXIV.** *Convenensis.* Saint Bertrand de Cominge. Lugdunum Convenarum olim ab exercitu Guntchranni Regis dirutum, & ex ejus ruinis Sancti Bertrandi Fanum in valle Capraria constructum.
- XXV.** *Confarannensis.* Saint Legier de Conserans. Civitas Confarannorum.
- XXVI.** *Tarbensis.* Tarbe. Tarba Bigerronum. In notitia Provinciarum Galliae male editum *Turba.*
- XXVII.** *Lactoratensis.* Lactoroure.  
*In Metropoli Viennensi Episcopatus unicus.*
- XXVIII.** *Vivariensis.* Castrum Vivario Albensium, vel Elvensium. Viviers. Apud Cæsarem hætenus omnes interpretati sunt Albigenes. At Albigenes sunt in Aquitania ad flumen Tarnim. Albienses, vel Elvienses ad Rodanum. In Notitia Provinciarum Galliae sub provincia Viennensi prima *Civitas Albensium*, hoc est, *Belisio*. Ridiculum est. Nam scripti libri habent, *Civitas Albensium*, nunc *Vivario*. Cæsar profecturus in Gallias per Albenses transivit in finibus provinciae Romanorum. Atqui, ut diximus, Albigenes non erant in provincia Romana. Apud Plinium Alba Helviorum est, quæ hodie *Aubenas* vocatur in Vivariensi dioecesi, Ptolemæo ἀλβαύγιστα ἐλικακίων. vocat Helicocios, quos Latini Helvios. *Aubenas* autem est nomen plu-

pluralis numeri Albanates, ut à Tolosa Tolofates, à NOLA NOLATES in veteri inscriptione.

*Metropoles tres.*

XXIX. *Narbonensis. Narbone.* Narbo Martius. Prima Narbonensis. Secunda Viennensis.

XXX. *Auscensis.* Augusta Auscorum; Novempopuli. Civitas Novempopulania. *Auch.* inepte vulgo Ecclesiastico Auxitanus Archiepiscopus pro Ausciorum, aut Auscorum.

XXXI. *Tolosa,* nova Metropolis detracta metropoli Narbonensi. Novempopuli, à quibus nominata est, sunt hi: Convenæ, Confaranni, Bigerrones, Lactoratenses, Vafates, Eloronenses, Lascarienses, Tarbelli, Atyrenses. Nam Lapurdenses comprehenduntur sub Tarbellis. Vide Extravagantes. Tolosa Volcarum Tectosagum.

Gratianopolitanum Tribunal à Karolo VII institutum septennio postquam Tolosanum institutum: vulgo *Parlamentum Delfinatus.* Habet diœceses septem: in his Episcopatus quinque, Archiepiscopatus duos.

*Sub Metropoli Viennensi Episcopatus tres.*

I. *Valentinus. Valence.* Valentia Segalaunorum, non autem Cavarum, ut est apud Plinium.

II. *Dienfis. Die.* Augusta Dia Vocontiorum in veteribus inscriptionibus. Hæ duæ diœceses ab uno Episcopo reguntur: & tamen separatæ sunt: neque altera alterius jura usurpat. In aliis codicibus dicitur Dea, non Dia: & in Notitia Provinciarum ex vestigiis priscae lectionis videmur odorari *Civitas Deensum*: ubi hodie vitiose excusum *Civitas Athensum*, & omnino Deensum legendum, ut diximus: quia alioquin hæc Civitas desideraretur.

III. *Gratianopolitanus. Grainoble.* à Gratiano imperatore ita dicta, quum antea Cularo vocaretur, ut in duabus egregiis inscriptionibus legimus. In epistola Planci ad Ciceronem, quæ incipit NUNQUAM MEHERCULE, in fine ita editum vulgo: *Octavo Eidus Junias, Civarone, in finibus Allobrogum.* Ubi legendum Cularone. In Notitia imperii ita excusum est: IN PROVINCIA GALLIA RIPANENSI: *Tribunus cohortis primæ Flaviæ Sapaudie Calaronæ.* Ubi legendum quoque Cularonæ, aut Cularone. Gratianopolis igitur est sedes amplissimi Senatus Del-



finatenfis ad flumen Ifaram fita ; Cujus fluminis non ſemel meminit Plancus ad Ciceronem. Territorium illius urbis , vel potius ager ſuburbicarius vocatur *Graiſivouldan* à vulgo *Delfinatium* , voce corrupta ex *Gratianopolitano*.

*Sub nova Metropoli Arelatenſi unus Episcopatus.*

**IV.** *Tricaſtinenſis. Sainct Antome de Tricaſtin.* Augusta *Tricaſtinorum*. aliam civitatem ponit *Ptolemæus*, *Juliomagum Tricaſtinorum*.

*Sub Metropoli Aquenſi unus Episcopatus.*

**V.** *Vapincenſis. Gap. Vapingum.* Territorium dicitur *Gapençois*.

*Duæ Metropoles.*

**VI.** *Viennenſis. Vienne.* *Vienna Allobrogum*. prima *Viennenſis*.

**VII.** *Ebrodunenſis. Ambrun.* *Ebrodunum Alpium maritimarum*. Quarta *Viennenſis*. *Ebrodunum Caturigum*. Aliud eſt *Ebrodunum* in finibus *Helvetiorum*, *Iverdun*.

**Tribunal Burdegalenſe** inſtitutum primo à *Karolo VII*; annis quatuor poſt *Toloſanum*. Quum autem per populares factionis *Anglicæ* rebellarent *Burdigaleniſes*, armis iterum à *Karolo Burdegala* recepta, multati ſunt privilegiis ſuis, & *Tribunali*, & à *decuria Senatus Pariſienſis* tamdiu recti ſunt, donec *Ludovicus XI* iterum tribunal reſtituit. Hinc factum, ut *Senatus Burdigalenſis*, qui antea tempore *Gratianopolitanum* antecedebat, nunc poſterior ſit, & quartus in ordine ſupremorum *Senatuum Gallix*. Habet ſub ſe *Episcopatus undecim*, metropolim unam, ipſam ſcilicet *Burdegalam*.

*Sub Metropoli Auſcorum Episcopatus quatuor.*

**I.** *Baionenſis. Baionne.* *Baiona Lapurdienſium* in *Tarbellis*. Nam totus ille tractus *Syrtium*, quas *Landas* vocant, dicitur *Lapurdum Sidonio*: hodie *Labord*.

**II.** *Aquenſis. Aqs.* *Aquæ Tarbellicæ. Aquæ Tarbellorum.*

**III.** *Vaſatenſis. Baſats.* *Vaſconice, B, pro V, Coſſio Vaſatum.*

**IV.** *Adurenſis. Aire.* *Atyrenſium civitas, vel Aturenſium, à flumine Atyro, vel Aturo, vide Lectiones Auſonianas.*

*Sub*

*Sub Metropoli Burdigalensi Episcopatus quinque.*

V. *Xantonensis. Saintonge.* Mediolanum Xantonum, vel Sannonum.

VI. *Petrocoriensis. Perigueus.* Vesuna Petrocoriorum. etiam hodie vetus oppidum illius Civitatis vocatur Vesuna: & turris vetustissimæ structuræ.

VII. *Sarlatensis. Sarlat.* Novus Episcopatus detractus Petrocoriensi.

VIII. *Agennensis. Agen.* Aginum Nitiobrigum. In Plinio male excusum, *Antobroges Tarneg amne discreti à Tolofanis.* Legendum enim: *Nitiobriges Tarno amne.* Vide lectiones Aufonianas. In libro Hieronymi de claris scriptoribus dicitur *Agennum* ut vulgo: sed Ptolemæo & Aufonio Aginum per i.

IX. *Condomiensis. Condom.* Nonus Episcopatus in pago Aginensi ultra Garumnam, ex monasterio, delibatus de Aginensi.

*Sub Metropoli Bituricensi Episcopatus duo.*

X. *Lemovicensis. Limoges.* Ratiastum Lemovicum.

XI. *Tutelenfis. Tulle.* Novus Episcopatus ex monasterio, deminutus de Lemovicensi.

*Metropolis unica.*

XII. *Burdigalensis. Bourdeaux.* Burdigala Biturigum Viviscorum. Secunda Aquitania.

Tribunal Aquense, institutum à Ludovico XII. Sub eo sunt diœceses tredecim: in quibus Episcopatus undecim, Archiepiscopatus duo.

*Sub Metropoli Ebrodunensi Episcopatus quinque.*

I. *Diniensis. Dine.* Dinia Sentiorum, aut Ebroduntiorum.

II. *Grassensis. Grasse.*

III. *Glandatensis. Glundeve.* Glannate.

IV. *Sanitiensis. Senus.* Sanitium Veldiantiorum in Alpibus maritimis.

V. *Ventiensis. S. Paul de Vences.* Ventium Nerusiorum in Alpibus maritimis.

*Sub Metropoli Aquensi quatuor Episcopatus.*

VI. *Aptensis. Apt.* Apta Julia Vulgientium. male Athenium in notitia Provinciarum pro Aptensium.

VII. *Reiensis. Riës.* Male apud Sidonium & alios Regiensis. Civitas Reiensium.

VIII. *Forojulienfis. Frejus. Forum Julium, Octavanorum coloniz Pacenfis classica.*

IX. *Cesteronenfis. Cisteron. Cestero. Excusum tamen Cessero in Notitia Provinciarum. Segestriorum civitas.*

*Sub nova Metropoli Arelatensi Episcopatus duo.*

X. *Massilia. Marseille. Urbs Græcorum Phocænsium.*

XI. *Telonenfis. Toulon. Telonum.*

*Duz Metropoles.*

XII. *Aquenfis. Aix. Aquæ Sextiæ Salyorum. Secunda Narbonenfis. Tertia Viennenfis. Sedes Parlamenti.*

XIII. *Arelatenfis. Arles. Arelate Salyorum. Arelate Sextanorum. Nova Metropolis. neque mihi constat quando instituta. Nam ante trecentos annos erat sub Viennensi.*

Divionense Tribunal, institutum à Ludovico XII. Sub eo duo Episcopatus. Divio Castrum vocatur in Martyrologiis vetustissimis.

*Sub Metropoli Lugdunensi Episcopatus duo.*

I. *Augustodunenfis. Austun. Augustodunum Eduorum.*

II. *Cabillonenfis. Chalon sur Saone. (Ita scribi debet Gallice, non Chaalon. Nam hoc est Catalaunum.) Caballinum, vel Caballionum Eduorum.*

Rotomagense Tribunal, institutum à Ludovico XII. Sub quo dioceses septem: quarum sex Episcopatus: unus Archiepiscopatus.

*Sub Metropoli Rotomagenfi Episcopatus sex.*

I. *Abrincantenfis. Avenches. Ingena Abricantorum.*

II. *Ebroïcenfis. Evreux. Mediolanum Aulercorum Ebuovicum.*

III. *Baiocenfis. Baieux. Baiocasses.*

IV. *Saienfis. Sais. Saiorum Civitas.*

V. *Constantienfis. Coutances. Constantia.*

VI. *Lexoviensfis. Lisieux.*

*Metropolis unica.*

VII. *Rotomagenfis. Rouen. Rotomagus Venellocaffum. Secunda Lugdunenfis. Sedes amplissimi Senatus Normanniæ.*

Tribunal Redonense in Britonibus Aremoricis, institutum ab Henrico II memoria nostra. Sub eo sunt dioceses novem, omnes Episcopatus. *Sub*

*Sub Metropoli Turonensi novem Episcopatus.*

- I. *Briocensis. Sainct Brieu.*
- II. *Machloviensis. Sainct Malo.*
- III. *Leonensis. Sainct Paul de Leon.*
- IV. *Nannetensis. Nantes. Condivicinum Nannetum.*
- V. *Venetensis. Vannes. Veneti satis noti Commentariis Cæsaris.*
- VI. *Tricoriensis. Triguier. Landtriguier.*
- VII. *Curofopitensis. Cornouaille.*
- VIII. *Dolensis. Dol. Hic Episcopus habet jus pallii, & ideo locum habet inter Archiepiscopos.*
- IX. *Redonensis. Renes. Condate Redonum. Sedes Parlamenti Britannicæ Aremoricae.*

Atque hi quidem sunt octo amplissimi Senatus Franciæ. Sed accrevit ditioni Regis Franciæ Senatus supremus Benearnensis, Christianissimo Henrico rege Navarræ capeffente sceptrum regni Franciæ jure successorio. Tamen Benearnensis principatus semper separatus fuit à ditione Francorum, & eodem jure fuit, quo regnum, quod est optimo maximo jure, id est, nulli ditioni subditum.

Tribunal Benearnense ab Henrico rege Navarræ Christianissimi Henrici quarti avo materno institutum in castro Palo. Sub eo sunt Episcopatus duo.

*Sub Metropoli Auscorum Episcopatus duo.*

- I. *Lascariensis. Lescar. Civitas Lascariensium.*
  - II. *Oloronensis. Oleron. Eloronensium civitas.*
- Rursus rex potitur Civitate Mediomatricum, ubi Magistratus missus à Rege Senatui urbis præsidet.

Tribunal Mediomatricis urbis habet Episcopatus tres.

*Sub Metropoli Treverensi Episcopatus tres.*

- I. *Metensis. Metz. Divodurum Mediomatricum: olim sedes Regni Lotaringiæ. Luitprandus, Metensem urbem, quæ potentissima in regno Lotarii claret. Regnum Lotarii Lotarrijck, Lotaringiam vocat.*
  - II. *Tullensis. Toul. Tullum Leucorum.*
  - III. *Viridunensis. Verdun. Verodunum. In veteribus Conciliis Gallicanis aliquando episcopus Veronensis perperam legitur pro Verodunensis. Alii Verdunum scribunt.*
- Igitur hodie sub ditione Christianissimi Francorum Regis sunt

sunt Diœceses **CXVI**, in quibus **CI** Episcopatus, **XIV** Archiepiscopatus. Quia igitur nulli fines provinciarum certi sunt, Regibus pro arbitrio omnia mutantibus, ideo nobis hæc tributio omnium expeditissima visa est, quam jure sequuti sumus.

**Præter** Diœceses **CXVI** quæ hodie sub ditione sunt Regis Francorum, aliæ **V** sunt intra fines Imperii Gallicani, & tamen sunt extra ditionem Francorum; quatuor nempe in Comitatu Venitiæ, id est, Avenionensi; & una extra Comitatum,

**Comitatus Avenionensis** sive Venitiæ, Diœceses habet **IV** sub ditione Pontificis Romani, in quibus Archiepiscopatus unus, Episcopatus tres.

*Metropolis sive Archiepiscopatus primus.*

**I. Avenio.** Metropolis nova. *Avignon.* Avenio Cavarum. Pontifices Romani instituerunt hanc Metropolin, quum antea suffragaretur Viennæ, ut & tres reliquæ civitates.

*Episcopatus tres sub Metropoli Avenionensi.*

**I. Carpentoraactensis.** *Carpentras.* Carpentoraacte Meminorum.

**II. Cabillonensis.** *Cavaillon du Comtat.* Cabillio Cavarum Colonia.

**III. Vasionensis.** *Vaison.* Vasio Vocontiorum.

*Extra Comitatum Avenionensem Episcopatus est.*

**Arausionensis.** *Orange.* *Aurange* indigenis, vulgo inepte *Aurasio* & *Auraica*: Arausio Cavarum. Hic Principatus habet hodie proprium Dynastam seu Principem ex gente illustrissimâ Nassawiâ.

Quia vero initio hujus diatribæ mentionem fecimus Galliarum, quas in **XVI** Provincias Augustum tribuisse monuimus; non possumus sine piaculo ipsas provincias transire, partim ut eam divisionem proponeremus, partim ut notitiam earum provinciarum, quæ mirifice depravata circumfertur, ex veteribus Codicibus emendatam posteritati daremus. Scito quicquid discrepat ab excusis, id à scripta lectione esse.

NOTITIA PROVINCIARUM  
GALLIÆ.*Provincia Lugdunensis I.*

**Metropolis Civitas Lugdunensium.** *l' Archevesché de Lion.*  
**Civitas Eduorum, hoc est, Augustodunum.** *l' Evesché d' Au-*  
*tun.*

**Civitas Lingonum.** *l' Evesché de Langres.*  
**Castrum Matisconense.** *l' Evesché de Mascon.*  
**Castrum Caballionense.** *l' Evesché de Challon sur Saosne.*

*Provincia Lugdunensis II.*

**Metropolis Civitas Rotomagensium.** *l' Archevesché de Rouen.*  
**Civitas Baiocassium.** *l' Evesché de Baieux.*  
**Civitas Abrincatorum.** *l' Evesché d' Avranches.*  
**Civitas Saiorum** *l' Evesché de Sés, ou Sars.*  
**Civitas Lexoviorum.** *l' Evesché de Lisieux.*  
**Civitas Constantiensium.** *l' Evesché de Coutances,*

*Provincia Lugdunensis III.*

**Metropolis Civitas Turonorum.** *l' Archevesché de Tours.*  
**Civitas Cennomannorum.** *l' Evesché du Mans.*  
**Civitas Redonum.** *l' Evesché de Renes.*  
**Civitas Andegavorum.** *l' Evesché d' Angiers.*  
**Civitas Nannetum.** *l' Evesché de Nantes.*  
**Civitas Curofopitorum.** *l' Evesché de Cornouaille.*  
**Civitas Ciantium, id est, Venetorum.** *l' Evesché de Vennes,*  
*ou Vannes.*  
**Civitas Osismiorum.**  
**Civitas Diablinum, id est, Carifes.**

*Provincia Lugdunensis IV.*

**Metropolis Civitas Senonum.** *l' Archevesché de Sens.*  
**Civitas Carnutum.** *l' Evesché de Chartres.*  
**Civitas Autisiodorum.** *l' Evesché d' Auxerre.*  
**Civitas Treassium.** *l' Evesché de Troies.*  
**Civitas Aurelianorum.** *l' Evesché d' Orleans.*  
**Civitas Parisiorum.** *l' Evesché de Paris.*  
**Civitas Meldorum.** *l' Evesché de Meaux.*

*Provincia Lugdunensis V.*

**Metropolis Civitas Crispolinorum, id est Vesuntio.** *l' Arche-*  
*vesché de Besançon.*

Civitas Equestrium, id est, Nevidunum. *La ville de Nion entre Geneve & Lausanne.*

Civitas Elvicorum, id est, Aventicum. *Avanches.*

Civitas Basiliensium.

Castrum Viridunense.

Castrum Ebrodunense.

Castrum Argentariense.

Castrum Rauricense.

Portus Abucina.

*Provincia Belgica I.*

Metropolis Civitas Treverorum. *l'Archevesché de Treves.*

Civitas Mediomatricum, hoc est, Metis. *l'Evesché de Metz.*

Civitas Leucorum, id est, Tullo. *l'Evesché de Toul.*

Civitas Verdonensium. *l'Evesché de Verdun.*

*Provincia Belgica II.*

Metropolis Civitas Remorum. *l'Archevesché de Reims.*

Civitas Sueffonum. *l'Evesché de Soissons.*

Civitas Catalaunorum. *l'Evesché de Chaallon.*

Civitas Veromanduorum. *La ville de Saint Quentin en Vermandois.*

Civitas Atrebatum. *l'Evesché d'Arras.*

Civitas Cameracensium. *l'Evesché de Cambrai.*

Civitas Tornacensium. *l'Evesché de Tournay.*

Civitas Silvanectum. *l'Evesché de Senlis.*

Civitas Bellovacorum. *l'Evesché de Beauvais.*

Civitas Ambianensium. *l'Evesché d'Amiens.*

Civitas Morinorum, id est, Ponticum. *l'Evesché de Terouane.*

Civitas Bononiensium. *La ville de Bouloigne sur mer.*

*Provincia Germanica I.*

Metropolis Civitas Magontiacensium.

Civitas Argentoratensium. *Stratiburgo.*

Civitas Nemetum, hoc est, Spira.

Civitas Wangionum, hoc est, Warmacia.

*Provincia Germanica II.*

Metropolis Civitas Agrippinensium, hoc est, Colonia.

Civitas Tungrorum. *La ville de Tungres.*

*Provincia Viennensis I.*

Metropolis Civitas Viennensium. *l'Archevesché de Vienne.*

Civitas Genevensium. *l'Evesché de Geneve.*

Civitas Gratianopolitanorum. *l'Evesché de Grenoble.*

Civitas Deensium. *l'Evesché de Die.*

- Civitas Valentinorum. *l' Evesché de Valence.*  
 Civitas Tricastinorum. *l' Evesché de Saint Antoine de Tricastin.*  
 Civitas Vasionensium. *l' Evesché de Vaison.*  
 Civitas Arausicorum. *l' Evesché d' Orange.*  
 Civitas Carpentoraënsium, nunc Vindaufica. *l' Evesché de Carpentras.*  
 Civitas Caballicorum. *l' Evesché de Cabailon.*  
 Civitas Avennicorum. *l' Archevesché d' Avignon.*  
 Civitas Arelatensium. *l' Archevesché d' Arles.*

*Provincia Viennensis II.*

- Metropolis Civitas Narbonensium. *l' Archevesché de Narbone.*  
 Civitas Tolosatium. *l' Archevesché de Tolose.*  
 Civitas Agathensium. *l' Evesché d' Agde.*  
 Civitas Aletensium. *l' Evesché d' Alet.*  
 Civitas Beteriensium. *l' Evesché de Bessiers.*  
 Civitas Magalonensium. *l' Evesché de Magalane, ou Montpellier.*  
 Civitas Nemaufensium. *l' Evesché de Nimes.*  
 Castrum Luteva. *l' Evesché de Lodeve.*  
 Castrum Uctiense. *l' Evesché d' Usetz.*

*Provincia Viennensis III.*

- Metropolis Civitas Aquensium. *l' Archevesché d' Aix.*  
 Civitas Reiensium, id est, Reius. *l' Evesché de Riës.*  
 Civitas Aptensium. *l' Evesché d' Apt.*  
 Civitas Foro-Julienensium. *l' Evesché de Frejus.*  
 Civitas Wapincensium. *l' Evesché de Gap.*  
 Civitas Segestriorum. *l' Evesché de Sisteron.*  
 Civitas Antipolitana. *la ville d' Antibe, ou Antibol.*

*Provincia Viennensis IV. in Alpibus Maritimis.*

- Metropolis Civitas Ebrodunensium. *l' Archevesché d' Ambrun.*  
 Civitas Dinensium. *l' Evesché de Dine.*  
 Civitas Rigomagensium.  
 Civitas Solliniensium.  
 Civitas Saniciensium, id est, Sanici. *l' Evesché de Senas.*  
 Civitas Glannatena. *l' Evesché de Glandeves.*  
 Civitas Cemelevensium.  
 Civitas Venciensium. *l' Evesché de S. Paul de Vences.*

*Provincia Viennensis V. Alpium Graiarum Peninarum.*

- Metropolis Civitas Centronum, hoc est, Tarantasia. *l' Archevesché de Tarantaise.*  
 Civitas Vallensium, hoc est, Octodurum. *Saint Maurice.*



*Provincia Aquitania prima, VI Viennensis.*

Metropolis Civitas Bituricum, vel Betorigorum. *l' Archevesché de Bourges.*

Civitas Arvernorum. *l' Evesché de Clermont en Auvergne.*

Civitas Rutenorum. *l' Evesché de Rodés, ou Rodais.*

Civitas Albigenfium. *l' Evesché d' Albi.*

Civitas Cadurcorum. *l' Evesché de Caors.*

Civitas Lemovicum. *l' Evesché de Limoges.*

Civitas Gabalorum. *le pays de Givauldan.*

Civitas Velaunorum. *le pays de Velai.*

*Provincia Aquitania secunda, VII Viennensis.*

Metropolis Civitas Burdegalensium. *l' Archevesché de Bourdeaux.*

Civitas Agennensium. *l' Evesché d' Agen.*

Civitas Encolismensium. *l' Evesché d' Engoulesme.*

Civitas Sanctonum. *l' Evesché de Saintes.*

Civitas Pictavorum, vel Pectavonum. *l' Evesché de Poitiers.*

Civitas Petrogoriorum. *l' Evesché de Perigueus.*

*Provincia Aquitania tertia, Novempopulania, VIII Viennensis.*

Metropolis Civitas Ausciorum. *l' Archevesché d' Auch.*

Civitas Aquensium. *l' Evesché d' Aqs.*

Civitas Lactoracium, vel Lastoracium. *l' Evesché de Laitoure.*

Civitas Convenas. *l' Evesché de Cominges.*

Civitas Confarannorum, vel Conforannorum. *l' Evesché de Conserans.*

Civitas Boatum, id est, Borus. *Le pays de Buchs.*

Civitas Bearnensium, id est, Benaanus. *Le pays de Bearn.*

Civitas Aturensium. *l' Evesché d' Aire.*

Civitas Vasatica. *l' Evesché de Basats.*

Civitas Tarba, ubi castrum Begorra. *l' Evesché de Tarbe de Bigorre.*

Civitas Eloronensium. *l' Evesché d' Oleron en Bearn.*

Civitas Elusatium. *La ville & pays d' Euse en Gascoigne.*

**Hæ sunt XVII Provincie, in quas Augustus Cæsar Gallias divisit, & in quibus Constantinus Magnus alia officia, & magistratus constituit. Provincia aliquando dicitur Diocesis; Episcopatus autem, qui in ea continentur, aliquando etiam dicuntur Parochie. In Proclamatione Karoli Calvi *Tullensis Parochia* pro Episcopatu, aut urbe ipsa Episcopali positum est.**

QUÆ-

## QUÆDAM LOCA

IN

CÆSARIS COMMENTARIIS  
DISCUSSA.

Multa sunt in Commentariis belli Gallici apud C. Cæsarem, quæ nondum explorata sunt: multa etiam quæ male ad veteres appellationes relata, quæ nos castiganda suscepimus. Obscuritatem etiam peperit duplex appellatio locorum apud veteres: ut Scaldis, & Tabuda idem est; Phrudis & Sumina, *la riviere de Somme*; Obrinca & Mosella; Araris & Sagona, Bratuspantium, & Cæsaromagus: *la ville de Beauvais*. Bononia maritima, & Gessoriacus. Item nomina populorum pro ipsa urbe, ut Parisii pro Lutetia: Turones pro Cæsaroduno: Aureliani pro Genabo, & alia similia. Nos pauca sed magis necessaria in Cæsare delibabimus.



*Atuatici.* Atuaticum est urbs Tungrorum, quæ & hodieque *Tungres* dicitur. Quum à Barbaris vastata esset, episcopatus translatus fuit in Trajectum Mosæ, vulgo *Mastricht*: sed & illa quoque urbe à Normannis incensa, episcopatus in vicum Sancti Lamberti traductus: qui hodie *Leodium* dicitur, id est *Hominium*, quia esset de hominio & feudo Episcopi Tungrensis. In Conciliis Gallicanis episcopus Trajectensis pro Tungrorum episcopo legitur. Cave intelligas Trajectum *Reni*, vulgo *Utrecht*. *Bekkeselenus*, quo nullus mortalium magis abusus est & ingenio & otio suo, multum sudat, ut persuadeat *Atuaticos* Cæsaris esse *Antwerpiam*. Hoc verum fuerit, siquidem *Antwerpia* eadem cum *Tungrorum* urbe esse potest. Sed nugas *Bekkeselenicas* missas facimus. *Antwerpia* vetustiore

H h h

m. n.

mentionem non reperio, quam in Annalibus vetustis Franciæ editis à Pithæo nostro, in quibus sub annum Christi DCCCXXXV legimus: *Normanni Antwerpiam civitatem incendunt.*

*Agenticum.* La ville de Sens, non autem Provins, ut stulti.

*Avaricum.* Stulti purant esse oppidulum Bituricensis dioceseos nomine Vierzon. Sed hæc jam confutata sunt. Et nemo est hodie, paulo humanior, qui ignoret Avaricum Cæsaris esse urbem Metropolim Biturigum, quæ Boarges dicitur.

*Ausci. Auch.* ut supra diximus. Nam imperite faciunt, qui Auxitanos vocant.

**B***Ellocassi.* Apud Cæsarem male pro Baiocassii, qui & Baiocasses. *Bayeux.*

*Bigerrones.* In Notitia provinciarum, Civitas Bigerronum vocatur Tarba, ut hodie. Sed male excusum est *Turfa*, & *Turba*. Marlianus insanit, qui ait ibi hanc *Tursam* esse, & Castrum Begorram, ubi est Episcopatus Bitterensis provinciae Narbonensis. quæ sententia non est sobrii capitis.

*Bituriges* duplices sunt, cognomentis distincti. Bituriges Cubi, quorum Metropolis Avaricum primæ Aquitaniæ. Bituriges Vibisci, aut Vivisci, quorum Metropolis Burdegala, secunda Aquitania. Utraque Civitas libera sub Romanis.

*Bratuspantium.* Civitas Bellovacorum, sub Cæsaribus Romanis transnominata Cæsaromagus. *Beauvais.*

**C***abillonum.* Vide in Tribunali Divionensi.

*Cadnaci.* Lege Atuaci. vide supra Atuatici.

*Cadurci.* Eorum civitas Divona. *Caors en Querci.*

*Caletes.* Le bailliage de Caus en Normandie.

*Cantabri.* Le pays des Basques.

*Caturives* Sunt Alpes maritimæ. Metropolis Ebrodunum. *Les Alpes d'Ambrun.*

*Centrones.* Les Alpes de Tarentaise. Graiæ Peninæ Alpes.

*Curiosolitæ.* In Notitia Provinciarum, & in libro Fisci Romani Curiosolitæ, *Cornouaille.*

**E***Burovices.* l'Evêché d'Evreux en Normandie.

*Elaver.* Allier. Ingens fluvius, qui Ligeri excipitur.

*Elusates.* Ita legendum, non *Flusates.* Vide lectiones Ausso-

sonianas. *La ville d'Euse en Gascogne.* Hinc oriundus erat Ruffinus ille præpotens insidiator imperii Romani, in quem extant duo *επιλιτευτικά* poëmata Claudiani. In priorè ita legimus.

*Invadit muros Elusæ, notissima dudum  
Tecta petens.*

Quod enim media syllaba corripitur, pronuntiatio Vasconica id ostendit, quæ Elusa, tanquam Elsa effert. Nam l ante Consonantem, non solum Vascones in U semper convertunt, sed & Franci, & major pars Teutonismi inferioris. Qui Flussates legebant, dicebant esse Comitatum de Fuxio: & hoc stupore suo persuaserunt illustri viro nomen de Foix in Flussatem recudere. quo nihil absurdius. Nam aliud est Franciscus de Flussa, aliud Franciscus Flussas. Nam de Flussa esset verum cognomen familiæ. Sed Flussas esset nomen nationis. Itaque Franciscus Flussas esset natione Flussas, non de familia de Flussa. Sed Flussa non est Foix. Nam id esset Foxium, aut aliud quidvis potius quam Flussa.

**G**Abali. *Le pays de Givauldan.* Marlianus dicit quondam fuisse provinciæ Bituricensis, nunc vero provinciæ Arelatensis. Certe & nunc quoque est provinciæ Bituricensis. Sed inter Gabalos, & provinciam Arelatensem *Longa procul longis via dividit invia terris.* Et ridicula sunt hæc.

*Garumna.* Retinet nomen semper, sed integrum à capite ad Blaviam Castrum, ubi lingua Francica incipit. Nam tunc pro *Garonne*, dicitur *Geronde*, & *Gironde*. Vide in Tribunali Tolosano in Civitate Mimatensi. Excipit navigeros fluvios *Tarnim*, *le Tarn*: *Oliten*, sive *Oldum*, *Ooldt*, aut cum articulo *l'Ooldt*: *Duranium Aufonio*, *Dordoniam* apud Gregorium Turonensem, *la Dordogne*, unum ex præcipuis non solum Aquitanix sed etiam totius Galliæ fluminibus.

*Gebenna.* Scribendum *Cebenna* per C. *Les Cebenes & Cebenes.*

*Genabum* qui negant Aurelianensium urbem esse, habent opposita omnes veri vestigia apud Cæsarem & multa alia argumenta. Nam quo nomine vocandi sunt, qui *Gien* esse putant?

*Geneva.* Media corripitur debet, ut in Elufa: quod non solum Helveticus Germanismus ostendit, qui *Genff* vocat, sed etiam ipsi rustici suburbicarii, & reliqui Sabaudi: qui *Zeneviam*, accentu in prima enunciant. Sed Gallorum proprium est mediam correptam producere. *publique, facile*: quæ Latine corripitur.

*Gergovia.* Superfunt quædam vestigia cum veteri appellatione aliquot stadiis ab urbe Claromontensi Arvernorum.

**H***elvi.* Diximus supra esse *le pays de Vivarais*. ubi Alba Helviorum sine dubio *Aubenas*. id est Albanates. Cæsar trans Rodanum dicit esse, & extra provinciam Romanam, proximos Alvernis, & Cebennis montibus.

**I***cium.* Est promontorium prope Bononiam maritimam. Navale autem dicitur Gessoriacus. & delirant, qui aliud volunt esse à navali Bononiensi. Nam multa adversus eorum pertinaciam objici possunt. At qui Icium oppidum *Cales* esse putant, nullo negotio refelluntur à Ptolemæo; qui prius ponit Icium, deinde Gessoriacum; hoc est Navale Bononiæ, à quo oppidum *Cales* distat plusquam viginti millibus passuum: hoc est leucis Belgicis septem.

**L***emovices.* *Le pays & Seneschaussée de Limosin.* Urbs eorum Ratiastum. Sed Commentario octavo, ubi vulgo editum est, *ad oppidum Lemovicum contendit*; legendum *Lemonum*: cujus oppidi mentio in Itinerario Antonini, & apud Ptolemæum.

*Ligeris.* Ejus caput est in pago Velauno, & vulgo dicitur *la Font de Lerre*, hoc est fons Ligeris. Excipit ingentes & navigiorum patientes fluvios non paucos: in quibus Elaverim, æmulum ipsi, neque magnitudine cedentem, & magis pisculentum; Carum, vel Carem, ut habet Fortunatianus: vulgo *le Cher*. item *Vigennam, la Viane, la Vignane*, & alios præterea.

*Lexovii.* *l'Evêché & pays de Lisieux en Normandie.*

*Lingones.* *Langres.*

*Lutetia.* Græcis *λευκοτέκία, λυγοτεκία.*

**M***atisco.* *l'Evêché de Mâcon.*  
*Matrona, Marne.* Ingens flumen, neque minus ipso Sequana.

*Melo-*

*Melodunum.* Hoc nomen perperam insultum est apud Cæsarem bis, pro quo veteres omnes scripti codices habent Metiosedum. Verum quidem est Melodunum & Metiosedum unum idemque oppidum esse. sed Melodunum posterius est. Hodie *Melun* in insula Sequanæ instar Lutetiæ Parisiorum. Aliud Melodunum, vel, ut alibi reperio, Miliodunum in agro Bituricensi Vulgo *Meun*. Alii pro Metiosedum legunt *Josedum*, & *Corbeil* interpretantur. Quibus bonam mentem precamur.

*Med:omatrices.* Posterioribus temporibus urbs Mediomaticum vocata est Metæ, & vulgo nomen retinet, quum antea Divodurum ei nomen esset.

*Menapii.* Strabo cum Morinis continuat in maritimis Belgii, & Cæsar quoque indicat ibi esse. Denique Ptolemæus collocat ad ostia Mosæ. Non sunt igitur Geldrii, neque, qui sapiunt, hoc concedent. Sed pars hodiernæ Hollandiæ & Brabantiæ maritimæ, vel potius secundum Strabonem ora Flandriæ maritima, sunt veri Menapii. & Menapiscus pagus dicitur in Capitulariis Karoli Magni pro Flandriæ Comitatu. Nunquam persuaderi nobis potuit Menapios esse Geldrios.

*Morini.* Eorum urbs Teroana diruta à Karolo quinto.

**N***Antuates.* Cave credas esse monasterium hoc nomine in Sabaudia, ut quædam non sana capita volunt. Sunt ii, in quibus pagus Octodurus est, id est, Sanctus Mauricius. Cujus rei fidem faciunt monumenta passionis legionis Thebæorum, in quibus Octoduri est mentio: Octodurum autem à Cæsare in Veragris proxime Nantuatibus collocatur. Quidam legunt Antuates. Sed qui Nantuates ad Acronium lacum constituunt & Constantienses esse dicunt, non minus desipiunt, quam qui monasterium illud Benedictinorum interpretantur.

*Nitiobriges.* *Le pays & Seneschaucée d' Agenois.* Eorum civitas Aginnum Aufonio, Ptolemæo; Agennum Hieronymo, Gregorio Turonensi, aliis. Si vis ridere, lege quæ hactenus omnes de his delirarunt, quorum alii *Mompelien* esse dicunt, qui locus sex dierum itinere distat à Nitiobrigibus. alii *Engoulesme* somniant. Alii jubent pro Aginno legendum esse Agefinates. Et quo non processit audax inscitia?

*Nannetes.* *Nantes.* Vide in Tribunali Aremorico,

*Nervi.* Quemadmodum certo nobis constat non esse Tornacenses, quod vulgo persuasum est; ita quinam sint, & quo nomine hodie appellentur, haud temere affirmarim.

*Noviodunum ad Ligerim. Nevers.* Noviodunum Nivernensium, ut in quadam Notitia provinciarum Galliae legimus, quae penes Jurisconsultum Cujacium magnum erat. Et jam multis conjecturis nobis exploratum antea erat Noviodunum istud Eduis proximum civitatem Nivernensium: in cujus oppidi investigatione multi multa nugati sunt. Alia duo oppida hoc nomine memorat Cæsar, sed nobis ignota. Nam nugatoribus jurantibus non credimus. Quartum præterea est, quod Civitas Equestrium dicitur, & nomen retinet, ad Lemanium lacum. Dicitur enim *Nion*. Nam longe falluntur, qui Genevam Equestrium Civitatem esse credunt, quia quaedam vetus inscriptio Genevensis, ut ajunt, ejus mentionem fecerit. Hoc modo quot nominibus Roma vocanda esset, in qua tot monumenta & saxa hodie extant, quae tot urbium mentionem faciunt? Denique Provincia Sequanorum, in qua civitas Equestrium est, est in sinistra ripa Lemani: Geneva in dextra, in Provincia Viennensi. Et, quod caput est, Noviodunum civitas equestrium dicitur in manuscripta provinciarum Notitia: quamquam ibi positum est Neviduno, quomodo in ultimis illis obsolescentis Latinitatis temporibus omnia in pejus ac retro ferebantur, & ut imperii, ita Latini sermonis ruina sequebatur.

**P***Etrocorii. Le pays de Perigord.* Eorum civitas divisa est in duo oppida, vetus & novum. Vetus adhuc dicitur Vesuna veteri appellatione. Vide sextum libr. de emend. Temp.

*Pictones. Le pays de Poitou.* Sunt hodie in tres Episcopatus tributi, Pictaviensem, Maliaensensem & Luxoviensem. Pictavorum civitas olim Augustoritum dicta.

**R***Edones. l'Evesché de Rennes en Bretagne.*

*Rodanus.* In universum Gallis dicitur *le Rosne*: sed indigenis *lo Ros*. Excipit Isaram, Druentiam, Drunam, & Ararim non minorem eo, antequam in illum exoneretur.

*Ruteni. Le pays & Seneschaucée de Rodais.* Eorum urbs Sedunum Rutenorum.

**S***Abis. La Sambre du pays bas.*

*Samarobriua. Urbs Ambianorum. l'Evesché d'Amiens.*

Scal-

*Scaldis. l'Escault.*

*Segufiani. Le pays & Senefchaucée de Lionnois.* Nam Lugdunum est in Segufianis, ut illud alterum in Convenis ad Garumnam. Sed & totus pagus Forensis, qui hodie *le pays de Forest* dicitur, continetur in Segufianis. Et vetus inscriptio exrat in oppido *Furs*, in qua mentio est Fori Segufianorum. Nam à Foro Forenses dicti. & ipsum oppidum *Furs*.

*Senones. Eorum urbs Agendicum. l'Archevesché de Sens.*

*Sequana. Seine.*

*Sequani. Le pays de Besançon & Franche-Comté.* Est provincia, quæ dicta Maxima Sequanorum.

*Suessones. aliis Sueffiones. Souffons.*

**T***Arbelli. Le pays de Labord.* Urbs Aquæ Tarbellicæ.

*Aqs. vide Aufon. Lætion.* Aturrus fluvius, qui vulgo *l'Ador* vocatur, alluit illam urbem, unde Lucano dicitur Tarbellicus Aturus.

*Turones. Eorum urbs Cæsarodunum. l'Archevesché de Tours.*

**V***Elauni. Le pays de Velai.* Pagus Velaunus. In veteribus Martyrologiis Episcopatus Aniciensis. *Le pui en Velai.* id est, Podium in Velauno, quia urbs est in editissimo loco, qui lingua Gallorum *Pui*, id est, Podium dicitur.

*Velocasses* perperam edi putamus pro Baiocassibus. *Le pays, Bailliage & Evesché de Baieux en Normandie.*

*Veneti. Vennes en Bretagne.*

*Veromandui.* Eorum civitas Augusta Veromandorum. *Saint Quentin en Vermandois.* In vita S. Quintini diserte dicitur Augusta Vermanduorum.

*Vesuntio.* Aliis scribitur Bisuntio. *Besançon.* Maxima Sequanorum.

*Vienna. Vienne de Dauphiné.* Vienna Allobrogum.

*Vocates.* Susplicamur esse *Boates, Buchs.* quod omnino certum est. Siti sunt in finibus Lapurdensium post Medulos in Novempopulania.

*Vocontii. Le pays de Die jusques à Vaison.*

*Volcæ.* Duplices sunt. *Volcæ Arecomici*, in quibus *Nemausus, Ucetenses, Magalonenses, Bitierræ.* *Volcæ Tectosages*, in quibus *Carcasso, & Tolosa.* In Cæsare editum est *Volgæ*, ut & in quibusdam aliis scriptoribus.

*Uxellodunum.* Nomen retinet, *Ussoldun, & lo puech d'Ussoldun,*



*dun*, id est podium Uxelloduni. quia est in editissimo & valde prærupto loco situm. Locus est in finibus Cadurcorum, ut Cæsar quoque notat, prope oppidum Martellum. Flumen, cujus nomen tacuit Cæsar, est Dordonia: horrendum aspectu præcipitium, quale describitur à Cæsare. Multæ sunt ibi reliquiæ vetustatis venerandæ. Quotidie ab arantibus numismata Romana effodiuntur. Vix reperias rusticum, qui de loco interrogatus, non statim respondeat: Castrum Uxellodunum illud à Cæsare magnis operibus expugnatum fuisse. Præterea ostendunt fontem, cujus usum obsessis intercluserant Romani. Si uspiam scriptores hujus ævi in notandis veterum locorum appellationibus hariolati sunt, hic verò unus locus est, in quo melius fuisset illos tacuisse; Et quid opus eorum somnia referre?

Hæc pauxilla de appellationibus locorum & gentium in Cæsare delibavimus. Nam quæcunque omisimus, adeo inexplorata sunt, ut tantum abest, ea vere retulerint, qui de illis scripserunt, ut mihi constet nullam spem esse ad eorum indagacionem penetrandi. Quare in medio ea relinquimus, & ingenue fatemur nos ea nescire, quod tam salvo pudore facere possumus, quam impudenter multi se ea scire professi sunt, in quo exemplo temeritatis primas tenet Bekkeselenus cum suo Teutonismo, ex quo Hebraïsmum etiam propagatum esse jurat. *αὐτὸς θεός,*

Sequi-

*Sequitur Illustrissimi*

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,

JUL. CÆS. FIL.

*Ad Clarissimum Virum,*

PAULUM G. F. P. N. MERULAM,

EPISTOLA:

Ejusdem cum superiore Diatribâ de GAL-  
LIÆ NOTITIA argumenti.



*Erritorium Rupellæ* dicitur in veteribus monu-  
mentis Pagus Alnisiensis. Hodie *le pays d'Aul-*  
*nis*. Accensebatur Seneschalliæ Santonum. Sed  
ex quo Rupella excusso jugo Anglorum deditur  
se Regi Franciæ, pagus Alnisiensis cessit in pri-  
vatam præfecturam, & à Santonio seclusus est. Neque ulli  
supremæ Curiæ potest subditus esse, præterquam Parisiensi.  
Id enim inter capita eorum privilegiorum continetur.

*Le pays entre deux mers.* Pinguissimus tractus inter Garum-  
nam & Duranium ingentes fluvios, qui propter magnitudi-  
nem vocantur maria ab incolis.

*Le Marquisat de Fronsac*, est in Seneschallia Burdigalensi.

*Agenois*, Nitiobriges, vocant sese Aquitanos hæctenus; e-  
tiam si aliter instituerit Ludovicus XI.

*Medoc*, Meduli, pars Seneschalliæ Burdigalensis: arenosa  
regio. Meduli Aufonio.

*Boates.* Vide Aufon. Lektionen. Dominium illius tractus  
pertinet ad Comites Candallæ, qui vocant sese Capitales, id  
est, Dominos de Buchs. Sunt in finibus Medulorum.

*l'Isle Jordain.* Una ex quatuor civitatibus Comitatus Ar-

maniacensis, ubi est tribunal Seneschalli. Fuit quidem parvus Comitatus, sed hodie vix memoria superest.

*Garre*, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

*Estrac*, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

*Allebret* oppidulum in Syrtibus Lapurdensibus, quas Landas vocant, dedit nomen amplissimo Ducatui, qui memoria nostra institutus est, compositus ex mutilatione Seneschalliatu Agennensis, Armaniacensis, & Vasatensis.

*Vasconia* proprie est quicquid continetur intra Garumnam, Pyrenæos montes, & Oceanum: quod Julio Cæsari in commentariis belli Gallici dicitur Aquitania. Dicta est Vasconia à Vasconibus ferocissimis Pyrenæorum populis, quos devictos primum à Pipino, deinde à Ludovico Caroli Magni filio (qui postea dictus fuit Pius) rege Aquitanix, in plana Novempopulaniæ deductos postea nomen huic regioni dedisse certum est. Nam fuerunt pars Cantabrorum, quos etiam hodieque Hispani *Vascones* vocant. Itaque quæ prius Regio à Cæsare Aquitania, postea à novem populis Novempopulania dicta, ea tandem à Vasconibus devictis, & in eam à Pyrenæorum saltibus demissis Vasconia vocata fuit. Est autem tertia pars veteris Aquitanix. Nam Aquitania ab Augusto triplex instituta fuit. Prima, cujus caput & Metropolis Bituriges Cubi, *Bourges*. Secunda Aquitania, Bituriges Vibisci, cujus caput & Metropolis Burdegala. Tertia Aquitania, tota Trans-Garumnana, cujus Metropolis Augusta Auscorum, vulgo *Nichs*: quæ provincia, ut diximus, ab Augusti temporibus ad Pipinum vocata fuit Novempopulania. à Pipino ad hunc usque diem Vasconia.

*Guienna* depravatam quidem nomen est ex Aquitania, ut res ipsa loquitur: sed ex quo tempore Reges Angliæ per affinitatem Francorum regum fuerunt Domini Guiennæ, angustioribus finibus determinata est, quam olim. Nam Arverni, Biturigium (*Berry*), &c. seclusi fuerunt extra fines Guiennæ: quæ incipiebat à Confluentibus Viennæ & Crosæ fluminum ad Oceanum, Pyrenæos, Tarnim flumen, & montes Arvernorum. Itaque quum Edoardus tertius, nomine Aquitanix, homagium faceret Regi Franciæ, has præfecturas, sive Seneschallias, nominatim comprehendit. Citra Garumnam, Pictonium amplissimam regionem, Xantonium, Encholismenses, Lemovicum, Petro-

trocorium, Aginenses, Cadurcium (*Querci*), Rutenenses (*Rouargue*). Ultra Garumnam tota Novempopulania, præter Bearnum (*Bearn*), quod semper fuit absoluti imperii. Itaque omnium istorum tractuum nomine, rex Angliæ, aut primogenitus Angliæ (*Princeps de Galles dictus*) faciebat homagium regi Franciæ: Comites autem Armaniacus, Bigorrensis, Fuxensis, & alii faciebant ipsi Anglo homagium non Regi Franciæ. Hæc latissima, amplissima, & prædives regio nomine Guiennæ censebatur usque ad regnum Ludovici XI, qui cum Fratri attribuisset Ducatum Aquitaniæ; & ipsi promisisset quinque Seneschallias, ex una Burdegalensi Seneschallia fecit tres: Burdegalensem, quæ unam tantum Diocesim complectitur: Burdegalam ipsam; Vafatensem, in qua duæ Dioceseres, nempe Adurensis, & ipsa Vafatensis, & tertiam Lapurdensem, in qua duæ Dioceseres, Aquæ Tarbellicæ, & Lapurdensium civitas, sive Baiona. quartam Seneschalliam Xantonium addidit. Ab eo tempore Aquitania cœpit vocari totum illud, quod illas tantum quatuor Seneschallias continet. Sed Regum est, mutare terminos provinciarum, non memoriam rerum. Nam hætenus omnes reliquæ Seneschalliæ vocant sese Aquitanos vel Guiennenses. atque adeo Seneschallus Burdigalensis vocatur magnus Seneschallus, non quidem quod hodie talis sit, (est enim minimus omnium), sed quia Burdigalensis Seneschallia quinque Diocesibus finiebatur: & quum eo nomine magnus, ut re vera erat, vocaretur; hodie, ditio- ne imminuta nomen integrum retinuit. Quin etiam quicquid ad Burdigalam solam pertinet, id non Burdigalense hodie vocatur, sed Aquitanum, vel Guiennense. Et curia Burdigalæ minor, à qua provocatio est ad Parlamentum, curia Guiennæ, & iudices Guiennæ vocantur, non Burdigalæ. Hæc igitur Guienna, quæ hodie quatuor Seneschalliis censeatur, vocari jure merito potest Aquitania sive Guienna Ludovici XI. Quod dixi de Pictonio, quum in feudo Aquitaniæ sive Guiennæ comprehendit Edoardus III, scito sæpe exclusum fuisse ex Aquitania, ut sub Ludovico IX, (is est Sanctus Ludovicus) sæpe restitutum finibus Aquitaniæ. Certe hodie non parva pars Pictonii dicunt sese Guiennenses, ut olim erant re vera.

*Comitatus Avenionensis*, alias *Comitatus Venisse*, habet quatuor Dioceseres. Unum Archiepiscopatum Avenionem; tres Epi-

**Episcopatus Avenioni suffragantes : Carpentoraſte , Cabaſionem , Vaſionem.** ut alibi notavimus. Totus Comitatus ille comprehendens quatuor illas Diœceſes datus fuit Pontifici Romano à Johanna Regina Neapolis , & Comitiffa Provinciæ , in compensationem tributi Papæ per multos annos non ſoluti nomine regni Neapolitani , cujus feudatarium Dominum dicit ſe Papa. Itaque Rex Franciæ nihil juris habet in illum Comitatum.

*Burgundiæ Comitatus.* Eſt feudum Imperii ſub protectione Bernenſium Helvetiorum : quemadmodum Dunkerka eſt Borboniæ familiæ , ideoque regis Franciæ. Sed Comes Flandriæ eſt Dominus feudatarius , ad cujus tribunalia à Dunkerka judice appellatur.

*Charolois* eſt regis Hispaniarum ; ſed rex Franciæ eſt Dominus feudatarius. Eſt ſimplex feudum , neque ſupremi juris.

*Armaniaceſis* (vulgo *Armagnac*) Comitatus continet Diœceſes duas ultra Garumnam , nempe Lactoratenſem , vulgo *Laiſſoure* , & Auſcenſem (vulgo *Auchs*) Metropolim totius Novempopulaniæ , ſive Vaſconiæ. Subjicitur Parlamento Tolofano.

*Bigerronum Comitatus* (*le Comté de Bigorre*) continet unum Episcopatum Tarbam , ſedem Episcopalem : vulgo *Tarbe de Begorre* , aut *Bigorre* , ſub metropoli Auſcenſi in Vaſconia , nempe ultra Garumnam. Eſt ſub Parlamento Tolofano.

*Ducatus Allebreti* , ut ſupra diximus , quod de Conſtanti-nopoli dixit Hieronymus , eam nuditate omnium civitatum conſtructam fuiſſe , ita nuditate proximarum Senefchalliarum compoſitus eſt tam ultra , quàm citra Garumnam. Caput eſt Neracum. Totus Ducatus eſt ſub Parlamento Burdigalenſi.

*Lemovicium* (*Limofin*) Senefchallia comprehendit duos Episcopatus , Ratiatum Lemovicum , *Limoges* , & Tutelam , *Tulle*. Subjacet Parlamento Burdigalenſi.

*Petrocorium* (*Perigor*) Senefchallia continet duos Episcopatus , Veſunnam Petrocoriorum , *Perigueus* , & Sarlatum. Subjicitur Parlamento Burdigalenſi.

*Senefchallia Agennenſis* continet duos Episcopatus , nempe citra Garumnam Aginum Nitiobrigum (*Agen*) , ultra Garumnam Condomium , quod peculiari nomine dicitur Vaſco-

ſco-

fconia. Quemadmodum enim Africa dicitur tota illa magna continens, quæ patet à Nilo ad Gades, & tamen in ea erat provincia, quæ peculiariter dicebatur Africa, in qua Carthago: ita Vasconia quidem dicitur amplissima illa regio, quæ olim vocata fuit Novempopulania. Sed peculiariter Vasconia quoque dicitur in ea Episcopatus Condomiensis. Itaque Seneschallus Agennensis vocat se Seneschallum Agennensium & Vasconiæ, id est, Condomii. Quæ appellatio vetus est. Nam temporibus Pipini pagus Agennensis citra Garumnam & ultra Garumnam dicebatur. Itaque sub Pipino in vetustissimis Annalibus refertur pluisse frumento in pago Agennensi ultra Garumnam: id est in ea regione, quæ proprie dicitur Vasconia, in qua Condomium. Seneschallia Agennensis subjacet Burdigalensi Parlamento.

*Seneschallia Cadurcium* (*Querci*) continet duas Dioceses, Divonam Cadurcorum (*Cahors*), & Montalbanum. Subjacet Parlamento Tolosano.

*Seneschallia Rutenensis* (*Rouargue*) complectitur duas Dioceses, Segodunum Rutenorum (*Rodañ*), & Vabras. Subjacet Parlamento Tolosano.

*Languedokium* totum est sub Parlamento Tolosano. Comprehendit tres ingentes Seneschallas, Tolosanam, Carcassonensem, Belloquadrensem (*Beaucaire*), Episcopatus XXI.

*Arvernium* (*Auvergne*) dividitur in montanum, & planum. Planum dicitur Alimania. quod nomen jam obtinebat tempore Gregorii Turonensis; quæ regio opima est & fertilissima, civitatibus amplissimis: vicis, villis, prætoriis magnificis exulta. Duo Episcopatus sunt in Arvernio, in plano quidem Augustonemetum Arvernorum, *Clermont en Auvergne*, non longe à Gergovia Cæsaris. In montano est Episcopatus Sanctus Florus. Totum Arvernium est sub Parisiensi Parlamento.

*Pagus Gabalitanus*, vulgo *Givouldan*, unum Episcopatum habet Mimatensem, vulgo *Mende*. Subest Tolosano Parlamento. Est enim in Languedokio.

*Pagus Vellaunensis*, unum Episcopatum habet Aniciensem, *le Pui en Vellai*. Est pars Languedokii, ideo subest Tolosano Parlamento.

*Fuxensis Ducatus*, (*Foix*) ante paucos annos attributus est Lan-

Languedokio , cum antea Guiennæ censeretur. Continet unum Episcopatum Apamiensem.

*Convenarum Comitatus* , *le Comté de Cominges* , unum tantum Episcopatum continet , Sanctum Bertramum. est in Vasconia sub Parlamento Tolosano , ut diximus in Episcopatibus.

*Picardia* amplissima regio tota sub Parlamento Parisiensi.

**Trojanus equus** qualis 92. D.  
**tumultuarii milites** 632. D.  
**tunicas facere ex coriis** 546. V.  
**Tuticanus**, eques Rom. 569. V.  
**tyrannus** honestæ appellationis. 657. D.
- V.
- V**Agandi latrocinandique libera facultas 356. V.  
**L. Valerius Praconius**, legatus, exercitu pulso interfectus 174. V.
- F I N I S,
- men** hoc varie legitur *ibid.*  
**Vallum** 748.  
**Vallus** 561. D.  
**Varo** 645. D.  
**vasa militari more conclamare** 437. V.  
**Vedeliacus**, **Valetiacus** & **Valetiatius** legitur 279. V.  
**velle**, *pro* bene velle 25. V.  
**vendere sub corona** 110. V. sub hasta *ibid.*  
**Venetorum**, gens Galliarum olim potentissima, ne nomen quidem aut vestigium ullum extat 102. V.  
**venire in complexum alicujus** 509. V.  
**Venire in conspectu** 350. D.  
**Vercingetorix**, magnum victoriæ decus 327. V.  
**versura unciaria** 502. V.  
**vetere detrimentum in bonum** 571. V.  
**vertere**, signif. neutra 198. D.  
**Vertiscus**, & **Verutius** legitur 341. V.  
**vestigium temporis** 275. V.  
**veteranæ legiones** quæ 404. V.  
**vexilli propositio**, insigne fuit concurrenti ad arma 82. V.  
**viarum atque itinerum dux**, appellabatur **Mercurius** 224. V. item negotiator *ibid.*  
*vim suorum defendere*, insolens loquendi genus 600. V. *vis suorum*, *pro vis suis inlata* *ibid.*  
**vineæ**, non *vineæ*. in plurali 459. V.  
**vineæ altæ** erant pedes octo 468. V.  
**vineas agere** 77. D.  
**virgis cæcos securi percutere** 571. V.  
**uaciaria lex** 502. V.  
**Unus**, quidam 195. D.  
**voluntas**, *pro* benevolentia 25. V.  
**ὑπομνήματα** 3. D.  
**urbis direptione permoveri** 469. V.  
**urbium copia** sunt, quæ *praesidia* aut *garnisoenen* appellamus 517. V.  
**uri**, agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua in tantum protensa, ut regii mensis insigni capacitate ex eis gerulæ fiant 238. V.  
**ursus Numidicus**, Plinio est *leo* 2. V.  
**usuræ nomine numeratum aut per scriptum esse** 502. V.  
**usus pro commodo** 142. D.  
**uterque utrique** 607.  
**Utricenses** Casaris amicissimi 494. V.

# I N D E X

## AUCTORUM VETERUM,

*Qui in notis emendantur, aut notantur.*

- |  |   |
|--|---|
| <p><b>A</b>lbinovanus (Pedo) <i>emendatus</i> G. II, 25.</p> <p>Appianus <i>tentatus</i> C. I, 30.</p> <p>— <i>emendatus</i> C. III, 1. 5. 12. 84. 104. <i>not. ad fragm.</i> p. 786.</p> <p>Arnobius <i>emendatus</i> G. VI, 42.</p> <p>Capella (Marcianus) <i>emendatus</i> G. II, 17.</p> <p>Celsus (Julius) <i>emendatus</i> G. II, 4. 5. IV, 12. VII, 11. VIII, 10. <i>bis.</i> Af. 2. 87. <i>notatus</i> G. I, 31. VIII, 6. Al. 70. Af. 32. <i>vulgata lectio defensa</i> G. I, 49.</p> <p>Chalcidius <i>emendatus</i> Af. 60.</p> <p>Cicero <i>tentatus</i> C. III, 104. <i>vulgata lectio defensa</i> G. I, 8. 13. 22. V, 55.</p> <p>Curtius <i>emendatus</i> G. I, 15. VI, 19. <i>vulgata lectio defensa</i> G. I, 49.</p> <p>Dion Cocceianus <i>emendatus</i> G. III, 13. V, 48. Al. 72. <i>notatus</i> G. I, 5. C. I, 78.</p> <p>Dion &amp; Cæsar <i>conciliati</i> G. III, 14.</p> <p>Eumenius <i>notatus</i> G. VI, 12.</p> <p>Eutropius <i>notatus</i> Al. 70.</p> <p>Felix (Minucius) <i>emendatus</i> G. III, 1. C. I, 66. <i>vulgata lectio defensa</i> G. I, 12. VI, 34.</p> | <p>Festus <i>emendatus</i> C. II, 12. <i>notatus</i> G. I, 12.</p> <p>Firmicus (Julius) <i>emendatus</i> G. I, 54. <i>vulgata lectio defensa</i> G. VII, 78.</p> <p>Florus <i>emendatus</i> G. V, 22. C. III, 88. <i>notatus</i> G. III, 13. 15. 21. V, 58. VII, 1. 89. <i>vulgata lectio defensa</i> G. V, 13.</p> <p>Frontinus <i>emendatus</i> C. I, 66. III, 88. 89. 94. Af. 44.</p> <p>Gellius (Aul.) <i>notatus</i> G. I, 15.</p> <p>Glossæ <i>vett. emendatæ</i> G. VII, 73. C. II, 2. 9.</p> <p>Gratius <i>emendatus</i> G. I, 49.</p> <p>Joannes Sarisberiensis <i>emendatus not. ad fragm.</i> p. 795.</p> <p>Isidorus Hispalensis <i>emendatus</i> G. VI, 21. C. III, 29. Al. 43.</p> <p>Justinus Martyr <i>emendatus</i> G. III, 1.</p> <p>Justini (Juniani) <i>vulgata lectio defensa</i> C. III, 83.</p> <p>Lactantius <i>emendatus</i> G. II, 19. III, 19.</p> <p>Livii <i>vulgata lectio defensa</i> G. I, 46. C. III, 98.</p> <p>Lucani <i>vulgata lectio defensa</i> G. VIII. <i>Præf.</i> C. III, 26.</p> <p>Mamertinus (Cl.) <i>emendatus</i> C. I, 39.</p> <p>Martialis <i>emendatus</i> C. III, 93.</p> <p style="text-align: right;">Ma-</p> |
|--|---|




INDEX AUCTORUM.

- |  |   |
|--|---|
| <p><b>Maximus (Valerius) emendatus</b> C. III, 105.</p> <p><b>Melæ (Pomp.) vulgata lectio defensa</b> G. IV, 24.</p> <p><b>Obsequentis (Julii) vulgata lectio defensa</b> G. V, 55.</p> <p><b>Orosius (Paul.) notatus</b> G. II, 4. V, 42. <b>emendatus</b> C. I, 18.</p> <p><b>Paterculi (Velleii) vulgata lectio defensa</b> C. I, 4.</p> <p><b>Petronius emendatus</b> G. V, 29.</p> <p><b>Plutarchus notatus</b> G. II, 10. 26. <b>emendatus</b> G. IV. 1. Al. 72.</p> <p><b>Polyænus notatus</b> G. I, 10. 12.</p> <p><b>Ptolemæus (Cl.) emendatus</b> G. IV, 1.</p> <p><b>Seneca Philos. emendatus</b> G. IV, 4.</p> <p><b>Servius notatus</b> G. VI, 28. C. III, 44. Af. 36. 91.</p> <p><b>Severus (Corn.) emendatus</b> G. II, 19. IV, 20. VIII. <i>præf.</i> <b>vulgata lectio defensa</b> G. IV, 25.</p> <p><b>Severus (Sulpicius) emendatus</b> G. II, 33. C. III, 40. <i>bis. ten-</i></p> | <p><i>tatus</i> C. VII, 61. <b>vulgata lectio defensa</b> G. VIII, 8. 49. C. III, 28.</p> <p><b>Silius Italicus suppositiciis versibus liberatus</b> G. II, 33. <b>emendatus</b> G. III, 12. 20. VII, 27. C. III, 20. <b>vulgata lectio defensa</b> G. VIII, 19.</p> <p><b>Sisenna apud Nonium emendatus</b> C. III, 67.</p> <p><b>Spartianus tentatus</b> G. I, 8.</p> <p><b>Stadius emendatus</b> G. VII, 1.</p> <p><b>Strabo notatus</b> G. III, 13. VII, 4. <b>emendatus</b> C. I, 38. Al. 61.</p> <p><b>Tacitus &amp; Cæsar conciliati</b> G. I, 12. <b>vulgata lectio defensa</b> G. III, 26.</p> <p><b>Tatianus emendatus</b> G. I, 15. VIII, 47.</p> <p><b>Terentii vulgata lectio defensa</b> C. I, 41.</p> <p><b>Tibullus emendatus</b> C. III, 40.</p> <p><b>Vegetius emendatus</b> C. I, 66. III, 40.</p> <p><b>Vitruvius emendatus</b> G. V. 14.</p> |
|--|---|

F I N I S.

JULII CELSI  
COMMENTARII  
DE VITA  
JULII CÆSARIS.



# L E C T O R I S

J. G. GRAEVIVS.



Um mecum ageret anno superiore, nomine Societatis Amstelodamensis, Henricus Boomius, vir spectata fidei & industria, de Julii Caesaris editione nova, quam dare constituisset, ei ostendi Dionysii Gerardi Joannis F. Vossii notas & observationes in Casarem servari ab ejus patruo, Viro Nobiliss. & Ampliss. Gerardo Joanne Vossio, Senatore supremae Curiae Flandriae, quae est editionis foederatorum Belgarum; nec me dubitare, quin hujus lucubrationis copiam ei sit factururus Vir humanissimus. Istius voti non longe post compos petiit à me ut, quem in museo meo viderat, Julium Celsum, ut vocatur, de vita & rebus Julii Caesaris secum communicarem, quem librum esse rarissimum intellexerat, cum in nulla Galliae bibliotheca, illum reperiri testatus sit Joannes Godwinus V. Cl. Professor Regius, in editione Caesaris in usum Sereniss. Delphini adornata. Nam cum is disputasset de Floridi Sabini & Ludovici Carrionis opinione de commentariis, quos habemus de bello Gallico & Civili, ac si illi falso Julio Casari tribuerentur, cum illorum parens sit Julius Celsus, quia hinc adscribantur in nonnullis Mss. ut & à Joanne Salisberiensis, Vincentio in speculo, auctore Margaritae poëticae, qui non pauca ex Casare deprompserint, quae Julio Celso adsignent, subjicit, hunc scrupulum sibi exemisse Gerhardum Joannem Vossium. Eum enim docere Celsi commentarios dicit *Μετὰ παρασώων* à Commentariis Caesaris differre, ut sciunt, verba sunt Vossii, qui cum Casare contulerunt editionem Celsi anni M CCC LXXIII. paulo post subnectit his Godwinus: Ego vero fateor me ejusmodi Celsi editionem anno MD CCCCLXXIII factam, quamvis sedulo in celeberrimis Bibliothecis requisitam non invenisse. Accipis igitur nunc hic illos quæsitos, & à multis viris doctis expetitos Julii

Mmm

Celsi

## AD LECTOREM.

*Celsi commentarios. Nam hunc indicem magni Vossii auctoritatem secuti prefixerunt, quamvis nec in fronte illius, unde hæc prodit, editionis auctoris nomen, aut ipsius libri & ejus argumenti inscriptio conspiciatur, nec in calce, in qua tantum legitur: Explicit liber. Deo gratias. Anno Domini cjo cccc LXXIII, ut rectius scriptorem hujus commentarii Dionysius Vossius anonymum vocet. Certe Julius Celsus in illo laudatur, ut Celsi esse non possit. Nam cum is commemorasset cladem Romanæ legioni ab Ambiorige illatam: admonuisse, inquit, lectorem vellem, quod Suetonius Tranquillus, auctor certissimus, Germanorum hoc in finibus accidisse ait: Julius autem Celsus comes, & qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum censet. Meminit etiam Celsi in aliis locis, imprimis in illo, ubi narrat Cæsarem Bibracte hiemare constituisse, de quo ipse Cæsar agit in Commentarii septimi de bello Gallico fine. Hic, inquit, incipit octavus Commentariorum liber quem fecit Julius Celsus; septem autem primos & usque ad hunc passum fecit ipse Cæsar, quamvis hic actor (leg. auctor) aliquot in locis contradicit, & male Cicerone teste, & ipso Celso in prologo suo. Hæc tamen non videntur ipsius anonymi esse, sed ab imperito homine adscripta, qui hunc anonymi librum credidit esse ipsos Cæsaris Commentarios, cum anonymus Julio Celso illos tribuat ut ex verbis his videre licet, Julius autem Celsus comes, & qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum censet. Nam in Cæsare legimus, victoria illius Ambiorigem potitum esse in Eburonibus sui juris populis. Si anonymus est auctor illorum, que de octavi libri scriptore apud illum prodita modo cognovimus, æque suum commentarium in VIII libros divisit, ut Julius Cæsar. In editione tamen vetere nulla est librorum distinctio, quam hic ut in aliis sumus secuti. Sed quicquid sit de scripto & auctore, liquet utique anonymum esse, quem Vossius Julium Celsum vocat, quo auctore ignoro, nisi forte, cum legisset, libri octavi scriptorem haberi Celsum, ut vidimus, nec tamen alius esset illius libri auctor, quam qui sit*  
pre-

## AD LECTOREM.

*præcedentium, quod nemo iverit inficias, qui vel dictionem vel sententias attentius consideret, animum induxerit ut crederet totius hujus operis conditorem esse Julium Celsum. Fuit autem anonymus hic Christianus. Laudat testimonium sancti Augustini de morte voluntaria Catonis, & non raro damnat & irridet gentiliū, Romanorum præcipue in auspiciis & sacris superstitionem. Nulla in illo antiquitatis sunt vestigia. Quin vix quadringentorum, summum quingentorum annorum ætatem fert. Nam, ut omittam alia, Morinos dicit suo tempore Flandros appellari, & Reges Germania Cæsares. Quamvis vero Julii Celsi non sint hi commentarii, si ulli unquam Celsi commentarii exstiterunt, de quo valde dubito, ac non potius decepti sunt omnes, alii, qui emendatorem operum Cæsaris Julium Celsum habuerunt pro illorum auctore, alii, qui hunc anonymum crediderunt & Celsum illum, qui sæpe laudatur à scriptoribus, qui ante trecentos annos vixerunt, quorum supra meminimus, quia, ut in editione vetusta nostra liber octavus Celsi nomen gerit, sic forsitan in nonnullis manuscriptis codicibus omnes libri hoc nomen ostentarunt, quod viri docti observarunt in Cæsaris quoque commentariis manuscriptis; sunt tamen digni hi anonymi commentarii, qui ex istis latebris in celebritatem protrahantur. Sic enim satisfiet eruditorum desiderio, qui olim eum videre gestiunt, inter quos fuit Vir probitate, doctrina, & cum superesset studio benemerendi de præclaris artibus, illarumque cultoribus in primis nobilis Emericus Bigotius, cujus epistolam ante multos annos ad Nicolaum Heinsium datam legi, in qua petebat quadam sibi ex hoc anonymo describi, optabatque totum aut solum, aut cum Julio Cæsare, si quando typis iterum mandaretur, publicari, ut scrupuli nonnullis à Sabino & Carrione injecti, inter quos & Tanaquillus Faber fuit, ex animis hominum penitus evellerentur. Nec equidem indignus est anonymus hic lectione, cum multas graves sententias aspergat, quæ lectorem possunt erudire, ut non est in cognoscendis causis, cur quæque gesta sint, obtusus, nec inutilis aut legentibus aut edentibus Cæsarem. Non fuit enim imperitus rerum humanarum,*

*nec*

## AD LECTOREM.

*nec pro captu illius aetatis indoctus, quippe qui in scriptis Tullianis, praecipue in epistolis ad Atticum minime fuerit hospes, ex quibus non pauca excerpfit, quae faciunt ad Julium Caesarem defendendum, quem admiratur unice, & ad refellenda quaecunque in illo criminabantur. Editio illa unica anni MDCCC LXXIII mendis infinitis inquinatur, & praecipue foedissime dedecoratur compendiis syllabarum & vocum, quae illius temporis librarius & primis typographis erant familiaria. Prater haec expressimus eam in omnibus fere, intactosque reliquimus errores sive scribarum sive auctoris in orthographia vocum, tam hominum & locorum, quam aliarum rerum, quae facile poterant emendari, ut Lector hanc editionem legens se primam legere sciat. Conjecturas & correctiones, quas exigebat sententia, singulis paginis subjecimus. Speramus hujus libri paucis cogniti, Simlero certe & Gesnero, diligentissimis illis librorum indagatoribus ignorati, nec in bibliothecis locupletissimis Gallicis reperti, ut in dubium vocaretur, num unquam extitisset, aut lucem vidisset, editionem non ingratoram futuram hominibus belle curiosis. Vale. Anno MDCXCVII.*



JULII CELSI  
 COMMENTARII  
 DE VITA  
 JULII CÆSARIS.

*Quum Cl. J. Daviesius in notis ad Cæsarem ubique sectus sit editionem J. Celsi Londinensem; his in margine notis numeralibus ejusdem editionis paginas annotare visum fuit, ne ad aliam editionem recurrere lector cogatur.*

**G**aji Julii Cæsaris dictatoris exordia, ut pleraque mortalium fragilia: progressus magnifici: finis præceps. adolescens haud sane fuit dives, quamvis nobilissima de stirpe. Siquidem ab ipso Romanæ urbis initio & ante urbem conditam præclarum nomen Juliæ gentis invenio. Accessit ad domesticam difficultatem intempestiva mors patris! qui illo annum ætatis sextum decimum agente obiit. Cujus aliquando de nomine à meipso & ab aliis dubitatum memini. Crediturque quod ut sol stellas, sic paternum nomen filii claritas obscurasset. legendo tamen comperi (quod nescientibus prodo) patrem hujus Lucium Julium Cæsarem fuisse. sed ut revertar ad filium, accessit & quartana febris; iners tædium longæque molestiæ, & omni febre periculosius Sullæ odium dictatoris. qui civili bello victor, tam crudelis vir, tam potens jam tum Cæsarem inter adversarios numerabat, & de illo loquens sæpe his verbis & Pompejum & nobiles admonēbat: *Male præcinctum puerum cavete.* Etsi enim Cæsar circa ornatum corporis multus esset, fluxe tamen cingebatur; mos illa ætate reprehensibilis. unde est illud Ciceronis; à quo dum post bellum civile quæreretur, ut quid ita in electione deerrasset, Pompejum Cæsari præferendo: *præcinctura, inquit, me decepit.* His ille simul vexatus incommo-

M m m 2                      dis ;



dis; pene quotidie latibula permutabat, seque nonnunquam ab inquisitoribus pecunia redimebat; futurus regum dominus ac regnorum. & tam diu hoc in statu fuit, donec <sup>1</sup> Mamer-  
 mercus Æmilius & Aurelius Cotta viri nobilissimi & affines  
 ejus, Sullæ vero amicissimi; simulque Vestales virgines (qua-  
 rum summa tunc erat auctoritas) multis ac validis precibus  
 sibi veniam quæsierunt. ubi illud memorabile, quod cum  
 Sulla diutius obstetisset, neque ullus <sup>2</sup> peccandi modus esset;  
 victus ad ultimum exclamavit, vel divino instinctu vel hu-  
 mana tantummodo conjectura; & *vincite* ait, *atque habe-*  
*tote vobis cunctisque nobilibus hoc damnosum donum. Prædi-*  
*co autem vobis, \* hic, quem enixe adeo saluum vultis, opti-*  
*matum partibus, quas vos mecum defendistis, quandoque erit*  
*excidio. Cæsari enim multi insunt Marii. Hæc sane minutio-*  
*ra viri hujus his fortasse profuerint, qui laboriosam ado-*  
*lescentiam degunt, ne desperent vigilando ac intendendo*  
*ad altiora conscendere! dum virum principem, tantis ob-*  
*sessum difficultatibus prima audiverint ætate. Militavit*  
*adolescens in Asia, Græciaque & Cilicia; fama nunc*  
*clara, nunc obscura. audita autem Sullæ morte, <sup>3</sup> iterum*  
*novandarum spe trahente, Romam rediit. sed civili motu*  
*præter spem compresso, ne nihil ageret, Cornelium Dola-*  
*bellam consularem ac triumphalem virum repetundarum ac-*  
*cusavit. Quo judicio magnam sibi famam eloquentiæ, sed*  
*& multum quæsitivum invidiæ. quam ut leniret absentia, abso-*  
*luto reo, rebusque undique citra vota fluentibus, in insulam*  
*Rhodum se conferre disposuit. simul ut otio operam daret*  
*ac literis, apud Apollonium <sup>4</sup> Milonem clarissimum tunc*  
*facundiæ præceptorem, sub quo Cicero ipse Romanæ prin-*  
*ceps eloquentiæ didicisse creditur. Sed dum eo navigat à pi-*  
*ratis captus, familiaribus omnibus, præter tres remissos ad*  
*redemptionis suæ pecuniam procurandam; mansit cum præ-*  
*donibus dies circa quadraginta, non sine tristitia & indigna-*  
*tione gravissima. Cumque illi eum ex convictu familiaritate*  
*orta percunctarentur: quid eis si in sua potestate essent, fa-*  
*ceret, respondebat jocanti similis se illos crucibus affixurum,*  
*idque ita fore jurejurando tacito confirmabat. Cum vero co-*  
 miti-

1. Lege, *Marcus*.

2. Lege, *precandi*.

\* Interferitur hic *qui* in editis,

hoc est *quum* aut *quantum*, quod sen-  
 tentia respuit.

3. Lege, *rerum novandarum*.

4. Lege, *Molonem*.

mitibus ac servis Roma redeuntibus & quinquaginta talentis pro ejus pretio persolutis libertati redditus fuisset; classe illico conquisita illos attigit apprehenditque. In quibus jam tum securæ<sup>1</sup> levitatis ac clementiæ gustum dedit. Nam cum & fontes plectere & juramentum servare fixum esset; modum excogitavit quo utrumque levioere supplicio completur. Itaque jugulari illos primum, post exanimes crucibus jussit affigi; nec per orium tamen publicas res neglexit. Mithridate enim Asiam infestante continentem transgressus, congregatis auxiliis, etiam præfectum regis Asia pepulit & provinciam conservavit.

His actis Romam rediit, primusque illi honos fuit tribunatus militum, in quo quidem imminutam à Sulla tribuniciam potestatem restituere summo studio nisus est. Inde quaestor ulteriorem fortitus Hispaniam, apud Gades in templo Herculis forte Alexandri Macedonis contemplatus imaginem, vehementer indoluit, quod cum ætate illa, quam ipse tunc ageret Alexander, in fines terræ famam sui nominis extendisset; à se nihil adhuc dignum gloria gestum esset. visionem igitur à senatu petiit, cupiens esse ubi majoris famæ materiam inveniret. Romam reversus foedo illico turbatus, est somnio, visus sibi dormiens cum matre<sup>2</sup> concubere. Est hæc quidem una miseriarum humanarum: ut quamvis verum sit, quod ait Cicero, quodque de Homero scribit; <sup>3</sup> ejus plerumque ea videre dormientes de quibus sæpissime vigilantes sint soliti cogitare & loqui: tum illud quoque verissimum est, solere se quieti<sup>4</sup> homini ingerere visiones foedas ac turbidas & a somniante anima peregrinas, ut quod nunquam vigilantes cogitarent, & quod potius quam facerent mori optarent, consopiti<sup>5</sup> facere videantur, rejecta ad conjectiones visione. Illi, ut quorum vafrum fallaxque est artificium, extimatis credo viri moribus ac natura, consentanea interpretatione, magnalia, terrarumque orbis imperium significari somnio dixerunt, quod ea scilicet quam sibi subditam habuisset, nil esset aliud quam terra parens publica, sic, ut perhibent, ad amplissimam spem incitaverunt. Quod ego potius narro, quum sic ab aliis scriptum scio, quam

M m m 3 quod

1. Lege, lenitatis.
2. Lege, concubere.
3. Forte, homines.
4. Forte, hominum.

5. Lege & distingue, facere videantur. Rejecta ad conjectores visione, illi, ut.

quod verum credam, virum tanti animi, tantæque prudentiæ, ad immensam spem somnio inani, & nocturno fantasmate, aut omnino circulatorum & fataciunculis incitatum; ad quam implendam quanto ingenio, quantis bellicis artibus, quantis laboribus, quantis denique rebus aliis opus fuisse quam somnio, quis non videt? Dehinc ædilis factus est. quo tempore in suspicionem magnam venit. non semel modo, sed pluries conspirasse creditur cum viris insignibus, ut totum statum reipublicæ perturbaret. Sed nunc seu pœnitentia, seu metu, nunc morte conspiratorum effectu consilium caruisse. In ea ædilitate multa fecit ac magnifica ad ornatum urbis, quorum omnium ipse solus excluso collega populi gratiam consecutus, speransque nil sibi negatum iri, <sup>1</sup> tentavit extra ordinem Ægyptum provinciam adipisci, quod Alexandrini regem suum solio deiecissent. sed ab optimatibus impeditus, ut quo poterat modo se de illis vindicaret, in illorum contemptum Gaji Marii novi hominis trophæa de Jugurtha scilicet & Cimbris ac Theutonis, quæ Sulla hostili superbia dejecerat, reparavit. Idemque dum quæstionem de sicariis exerceret, eos qui proscriptione Sullana relatis capitibus civium Romanorum ex ærario pecunias accepissent, quamvis legi Corneliæ tunc exemptos, pro sicariis duxit. quod & si adversariorum odio faceret, <sup>2</sup> in se tamen iuste quidem ut arbitrator faciebat. non enim potest naturæ legem lex humana evellere. Perdita spe Ægypti, pontificatum maximum petiit, non absque fluxu munerum ingenti. Ita jam tunc ambitio Romanum orbem invaserat: Jam pontificatus pecunia vendebantur, minus malum quod deorum erant. Qua in re non ipse sibi sufficiens, alienum non modicum æs contraxit. quod ipsum secum extimans, dum in campum candidatus mane descenderet, matri se deosculanti domum, inquit, *nisi pontifex non revertar*. Reversus est autem pontifex duobus clarissimis competitoribus superatis, ætate licet ac dignitate præstantibus. Inde prætor factus est. quo tempore cum Catilinæ conjuratio erupisset, & complices scelerum tenerentur: universo senatu supremum in eo supplicium decernente, solus est ausus suadere non morte illos affici expediens esse; sed publicatis bonis, per custodias municipiorum dividi ac servari. persuasissetque fortassis; tantum omnibus terroris incusserat, invidiæque eis imposte-

TUM

1. Forte, *vaticiniolu*.2. Forte, *ipse*.

rum imminenti, si tales cives contra legem Porciam peremissent, ut Decimus Sullanus consul designatus sententiam suam, quam mutare <sup>1</sup> prohibebat, interpretari non erubesceret, atque in sensum mitiorem fando reflectere. Denique alii atque alii inter <sup>2</sup> certos Ciceronis consulis frater, eloquio capti, illius in sententiam ibant. poterantque scelera-<sup>12</sup> tissimi cives linguæ unius auxilio poenam justissimæ mortis evadere, nisi Marcus Cato vir gravissimus oratione contraria pessimam in partem inclinatos animos erexisset. Extat utraque oratio apud Crispum Salustium temporis illius historicum. Neque tamen coeptis abstinuit, donec Romani equites ad præsidium senatus armati mortem sibi strictis mucronibus minarentur. Ita ut proximi metu poenæ omnes effugerent, paucique eum complexu rogæque sinu obvolutum periculo mortis eriperent. Quo permotus non modo coeptum obmisit, sed ad tempus ipsam curiam intermisit. nec diu tamen valuit quiescere quominus tribuniciis procellis se ingereret. Itaque Cæcilio Metello tunc tribuno plebis novis legibus & collegium tribunorum & rempublicam perturbanti, non fautorem modo se præbuit; sed auctorem: novarum ubique rerum aucupans materiam, donec ab administratione publica jussu senatus uterque prohiberetur. Neque vel sic magistratum gerere & jus reddere destitit, donec in armis esse, qui eum vi cogerent parere senatui, deprehenderit. Enimvero tunc dimissis licitoribus clam discessit, statuitque tantisper pro tempore, ac rerum qualitate quiescere. Cumque certatim multi ad eum diebus proximis convenirent, ad laceffitæ præsidium dignitatis opem illi atque operam offerentes; seu modestia seu diffidentia recusavit, atque effrenatius instantes sobria oratione coercuit. quæ res <sup>3</sup> ea gratior omnibus, quo ab omni opinione remotior fuit, unde est effectum, ut senatus ei per illustres viros grates ageret; & in curiam evocato, ac verbis honorificentissimis collaudato præreptum restitueret magistratum. Non multo post graviori nunc etiam suspicione laboravit. accusatus apud Nonium Nigrum quæstorem à Lucio Vettio quod fuisset inter complices Catilinæ, qua nulla major esse posset infamia. In senatu autem à Quinto Curio delatus, cui eo plus esse fidei videbatur, quo conjurationem illam ipse primus revelasset,<sup>13</sup>

M m m 4 atque

1. Forte, pudor prohibebat. Suct. ait  
cap. 14. quæ mutare turpe erat.

2. Lege, ceteros.  
3. Lege, eo.

atque ob id decerni sibi de publico præmia meruisset, & hic quidem ex Catilina didicisse, alter se chirographum Cæsaris Catilinæ datum ostensurum asserebat. contumeliam hanc tantam, <sup>1</sup> tanquam acres livoris aculeos nullatenus perferendos ratus Cæsar, Ciceronem suæ innocentiae testem fecit. seque illi tunc consuli de ea ipsa conjuratione, quam loquimur, aliquid denunciaffe monstravit. atque ita confutatis adversariis, ut decretis præmiis Curius privaretur obtinuit; Vectius vero ut pignoribus captis direptaque suppellectili, gravi multa affectus pro rostris pene à concione discerpere-tur atque in carcerem mitteretur; similique constantia & Nonium ultus est, quando quæstor apud se prætorem, majorem scilicet potestatem passus esset accusari. Adhuc prætor Hispaniam periit, & tanta erat viri illustris inopia, ut à creditoribus profectio ejus impediretur, nisi illos datis fidejussoribus quietasset. Rebus autem illic gestis compositaque provincia festinanter, & successore non expectato ad consularum pariter & triumphum rediit, sed cum legibus ambos simul assequi non liceret, omisso imprimis triumpho, consularum maluit, rerum cupidus gerendarum. Comitibus quidem consularibus non collegam nactus quem volebat; obstante optimatum factione, cum Marco Bibulo factus est consul. Quem exorta postmodo quæstione legis Agrariæ, dissentientem foro armis ejecit, & de hoc in senatu queri ausum, nullo se ultorem, aut saltem cognitorem injuriæ offerentem, eo pavoris impegit, ut quisvis mallet esse quam consul, totoque tempore consulatus domi metuens latitaret, & siquid decernendum esset, per edicta decerneret, & Cæsar solus rempublicam gubernaret, nemine profus obstante; & siquis obstetisset, non tantum minis, sed factis exterrito. In quibus Marcum Catonem tantæ virum sapientiæ ac virtutis, actis obstrepentem suis, manu lic-toris extractum curia, mitti fecit in carcerem. Quo euntem illum senatus omnis persecutus est, non aliter quam si unius in persona omnes capti viderentur. sunt qui dicant, vestem quoque velut in luctu publico permutasse. Qua quidem tanta veneratione ac pietate, nisi fallor, injuria carceris compensata est; ut optabile fuisse videatur Catoni sic in carcerem duci, unde mox sic educeretur. siquidem <sup>2</sup> hic senatus

<sup>1</sup> Lege, tamque.

<sup>2</sup> Forte, hæc senatus tanta consensio Cæsarem.

natus tanta consensione Cæsarem ipsum movit; utque ait Valerius, divini animi perseverantiam flexit. præter hæc Cæsar initio consulatus, sentiens contra se invidiam laborantem & consulibus a senatu provincias nullius laboris & gloriæ decretas, idque in se unum fieri cogitans, & ad suam, sicut erat, injuriam trahens, quod collegam scilicet ista non tangerent, atque incensus cupiditate vindictæ; Cneum Pompejum Magnum, tunc senatui infensum, quod Mithridate perdomito ad ipsius honores <sup>1</sup> silentiis habuisset, omni obsequio promereri studuit; utque solidior nexus esset Marci Crassi & Pompeji amicitiam vetusto odio interruptam ex consulatu, quem simul diffidentissime gesserant, refarcire n̄sus est, effecitque sollicito ac solerti ingenio, ut ipsi tres <sup>2</sup> qui republica unum essent; fore ratus, ut quod eis placuisset nullus infringeret. nec fefellit spes. utque amicitiam consanguinitate firmaret, filiam suam Juliam Pompejo conjugem dedit. & undique sibi adminicula coacervans, ipse Calpurniam J. Pisonis successuri sibi in consulatu filiam in matrimonium accepit. generisque ac soceri suffragiis fultus, ex omnibus provinciis Gallias atque Illyricum prælegit, amplissimam scilicet opum viam atque uberrimam materiam triumphorum: non quod senatus ei Transalpinam Galliam libere daret, sed veritus ne a se negatum populus largiretur, & quod suum nollent munus <sup>3</sup> fieret alienum. Nec dum invidia quiescente, jam <sup>4</sup> proventus in provinciam, accusatus <sup>5</sup> ab æmulis procuravit ut absens reipublicæ causa vocari ad iudicium non posset, posuitque in animum, omnes qui ad magistratus <sup>5</sup> assensuri essent, sibi amicos efficere, atque ex illo nullum adjuvare, sed pro viribus impedire, nisi qui sibi pollicerentur se ejus absentiam defensuros; ut a nonnullis hac de re jusjurandum ac chirographum non <sup>6</sup> veretur accipere. Audiens vero L. Domitium consularem candidatum qui eum prætor anno alio vexare voluerat, jactare solitum se, quod prætor nequivisset, consulem effecturum, sibi que exercitum erepturum; illius consulatum impediendi viam unam meditatus, novos amicos Pompejum & Crassum ad se Lucam jure amicitiae in colloquium evocatos, induxit ut anni instantis consulatum peterent. quatenus tantis com-

M m m 5 peti-

1. Lege, *silentium*.

2. Forte, *in*.

3. Forte, *fieri*.

4. Lege, *profectus*.

5. Lege, *ascensuri*.

6. Lege, *vereretur*.

petitoribus ille succumberet; providensque in posterum, ne quid in se livor possit hostilis, illud quoque suffragatoribus tantis obtinuit, imperium à senatu sibi in quinquennium prorogari. quæ quidem & in Gallia, & in Italia, & in toto orbe magnorum motuum causa fuit. His enim ad vota fluentibus jam securior, & despexit adversarios, & legionibus novis pro arbitrio conscriptis, omne quantumlibet periculosum & grave belli genus aggressus illa gessit de quibus ipse jam hinc agere aggrediar.

Scripturus res Julii Cæsaris gestas in Galliis, primum esse mihi credidi Galliarum situm ubi res gestæ erant describere. quod à quibusdam confuse adeo factum est, ut legentis ingenium à notitia rerum arceat ipsa descriptio. Quæ res eo facilior mihi esse debet, quo regionum illarum distantissimos fines fere omnes, nunc ex otio & solo videndi noscendique studio, nunc ex negotio circuivi: quamvis ipsa nominum mutatio in his terris, ut in aliis fere omnibus, multum novæ difficultatis & scribenti objiciat & legenti. sed emergam ut potero. Gallia ergo <sup>1</sup> in omnes primis diffusa magnam Europæ partem occupat, bifariam distinguitur. & nomina à Romanis imposita vel hinc patet, quod eam partem quæ propinquior Romæ erat Cisalpinam <sup>2</sup> dicet ut, quod cis Alpes ipsi etiam essent. Illam vero quæ remotior, Transalpinam, quæ distinctio & in Hispaniis observata est, ut hanc scilicet ob causam, hæc citerior, illa autem ulterior diceretur. unde horum nominum auctores fuisse illos, qui rerum potirentur facile quidem ingeniosus lector intelligat, & Cisalpina quæ fuit olim Gallia terminosque habuit hinc Apenninum ab occidente ac meridie, illinc Alpes à Septentrione, ab oriente autem sinum maris Adriatici, fluviumque exiguum Rubiconem, qui haud procul Arimino ipsi Adriatico mari & Apennino infunduntur, quæ multis magnisque urbibus insignis, multis clara fluminibus ac lacubus per medium Pado, quem Græci Eridanum vocant, regio amne distinguitur. Hic inquam ambitus terrarum jam non Gallix sed Italiæ pars est. Transalpinam vero sive ulteriorem Galliam Cosmographi & Historici varie diviserunt, quam rem, quod & apud eos satis obscura est, & ut clarior fieret,

1. Videtur legendum: *qua in omnes partes diffusa.* | 2. Lege, *dicerent.*

ret, plurimum indigeret verborum, transeo. Quod inter omnes convenit &, quod verum reor, attigerim, universæ Transalpinæ Galliæ fines ac spatium, fuisse in longum ab Alpibus Italiæ ad Oceanum Britannicum 3 Pirivesque montes qui Gallos dirimunt ab Hispanis; in latum vero amnis Rheno ac Rodano geminoque mari in quod flumina ipsa descendunt, Oceano scilicet ac Tyrreno, patuisse, at in circuitu, ut Suetonius Tranquillus ait, ad bis & tricies centena millia passuum. Ex omnibus sane divisionibus ejus ac partibus, unam Galliam Belgicam dictam constat. De cujus finibus etsi varient scriptores, hoc tenendum, habitasse Belgas Gallos ad sinistram Rheni ripam, ubi maxime ad Oceanum appropinquat, qui enim dextrum latus accolunt, jam non Galli 2 erant sed Germani. Incipiens ergo Belgarum regio ab Oceano, qui inter 3 archon & occasum Britannicæ à continentibus separat, adverso fluminis alveo inter septentrionem & orientem tendebat, quibus hodie in finibus Flandria & Brabantia est atque 4 Pannonia, plurimæque aliæ, & regionum decus adjacentium à Marco Agrippa postmodo fundata, & conditoris sui nunc etiam nomen servans, sedet illa nobilis Agrippina Colonia. Et hos quidem cunctis Galliarum incolis tam corporum viribus, quam morum experientia atque omni bellica præstantes industria, & fuisse olim legimus & nunc scimus. ea vero tota natio paulatim, nec vetuit Rhenus, in nomen Germaniæ linguamque concessit, ut jam se Gallos dici nesciant, si audiant indignantur. Belgis proximi Helvetii fuere pari propemodum & belli gloria & virtute. horum fines ab occasu Jura mons præaltus à Sequanis discriminat, a septentrione autem Rhenus adhuc proximus fonti à Germanis, quamvis & ii quoque, quemadmodum de Belgis diximus, in Germaniæ nomen tempore labente transferint. atque ita Galliæ Transalpinæ magnas partes sibi Germania vindicavit. Sicut totam Cisalpinam sibi vendicavit Italia. ab oriente autem claustra Alpium 5 per Helvetios ab Italia fecernunt jugis aëriis & 6 nunc perpetua. à meridie Lemanus lacus & Rhodanus, qui lacum interfecat, inter eos atque

1. Lege, Pyreneosque.

2. Forte, sunt.

3. Lege, archon &amp; occasum Britanniam,

4. Lege, Hannonia.

5. Delendum illud per.

6. Forte, rectis nivo perpetua.



que Alobroges limes erat. Quorum finium ut Julius Cæsar affirmat, milia passuum ducenta quadraginta; latitudo autem centum octuaginta patebat, & tamen pro numerositate hominum, ac bellorum studio, angustis sibi carceribus circumscripti & clausi videbantur. Ex præmissa descriptione nisi fallor patet, horum in finibus fuisse, quos Burgundiones ab Burgis modo dicimus, ad meridionalem plagam: ad <sup>1</sup>8<sup>1</sup> archoam vero illam Rheni ripam, ubi Argentina nunc & illæ Basilea & Constancia urbes sedent. Cis Rhodanum Alobroges tenuere lævam amnis: ad ripam quorum, ut idem Julius Cæsar extremum proximumque Helvetiis angulum <sup>2</sup> Genua olim oppidum tenebat, nunc Gebenna civitas tenet exigua & Lemano imminens & Rhodano, ipso ibi de lacu auctiori quidem, quam intraverat, erumpenti. <sup>3</sup> Pono illic haud magnus est hodie, fueratque olim Julii Cæsaris ætate, qui à muro civitatis incipiens in finibus Helvetiorum desinit, adeo nullum gentibus inter se ea tempestate discordibus nisi adhuc parvi fluminis obicem <sup>4</sup> naturæ posuerat. sed huc postea revertar. Nunc descriptionem cœptam paucis expedio. Igitur ad occidentem propius, & à Rheno longius Sequani fuere, qui nescio an fluminis patrii nomen acceperint an dederint. his ad dexteram Belgæ, Helvetii à tergo erant: ad lævam provincia Lugdunensis, ad Helvetios illa quidem pertinens. itemque Arelatensis ac Narbonensis; ante autem occidentalis Oceanus, <sup>5</sup> fluminique Garunna. cujus dexteram ad ripam <sup>6</sup> Æquitania est gens mitis & tranquilla, Bituricum; Pictavia; Petrogoricum; Cadurci; Lemovices & <sup>7</sup> Alumni. supra ipsum flumen est Tholosa ampla civitas. extra vero flumen <sup>8</sup> Vastonia gens immitis ac subita, Galliarum limites ad extremos, <sup>9</sup> Pirenum scilicet & Oceani littora extenta. Sequanorum vero ut sic dixerim in gremio Parisii fuere, & <sup>10</sup> Sataniæ amnis in medio parva insula quæ Parisiorum Lutetia dicta est. ubi ab ipso Julio Cæsare tunc fundata creditur, civitas nunc famosa Parisius. hæc hæctenus.

Nunc

1. Lege, *archoam.*
2. *Gebenam* etiam infra nominat auctor hanc civitatem, quam tamen Cæsar semper *Genuam* appellat.
3. Lege, *Pons.*
4. Lege, *natura.*

5. Lege, *flumenque.*
6. Lege, *Aquitania.*
7. Forte, *Ausci.*
8. Lege, *Vasconia.*
9. Lege, *Pyrenaum.*
10. Lege, *Sequana.*

Nunc ad historiæ seriem atque Allobroges redeo. hi quidem non multo ante Cæsaris consulatum pacati, & in fidem<sup>19</sup> populi Romani recepti erant. Ex Gallis vero trans Rhodanum habitantibus aliqui foederati Romanis erant, <sup>1</sup> quidem sine foedere suis sibi legibus vivebant. Helvetiorum gens virium fiducia maximarum, simulque desiderio exæstuans Galliarum omnium imperio potiendi, Orgetorige primum duce, mox ubi ille affectatæ tyrannidis suspectus in carcere diem obiit, cœpto nihilominus insistentes, per se ipsos, nullo duce, armis expeditis frumentoque quantum visum est itineri satis esse; quidquid reliqui erat, (tanta illos non audacia, sed rabies invaserat) una cum ædificiis suis, vicisque & oppidis <sup>2</sup> eruerunt, ut spe reditus prærepta obstinatiores in omnem pergerent fortunam. Idque ipsum facere finitimis quibus potuerunt populis persuaserunt. sic in proximos facile serpit amentia. sic stultorum sunt periculosa colloquia. Junctis ergo copiis, conspiratione acerrima atque ardenti <sup>3</sup> irreditura patrios fines egredi parant, quasi nihil pejus patria; nihil melius exilio. sane <sup>4</sup> digressurus iter erat duplex; alterum sub montem Juram in Sequanos, arctum quidem ac difficile & hinc impendentium asperitate rupium, illinc rapidi vicinitate fluminis tanto suspectum exercitui; alterum per pontem Rhodani cujus supra mentionem feci. <sup>5</sup> quidam ab Allobrogum gente facile se vel vi vel precibus impetraturos confidebant, inde se longe lateque quo tulisset impetus effusuri. Altero igitur itinere omisso diem statuunt quo armati omnes ad Gebennam adsint, qui dies erat <sup>6</sup> ad quinto kalendas Aprilis L. Pisone, Cæsaris focero, atque Aulo <sup>7</sup> Gabino consulibus. Et <sup>8</sup> hic quidem ab Helvetiis majore animo quam consilio parabantur. Imperitabat tunc Germanis Ariovistus <sup>9</sup> quidem, vir bellicosus ac ferox, magnæ quidem potentiæ, majorisque superbiæ: qui tamen ante paucos menses in ipsius Cæsaris consulatu, rex atque amicus à <sup>20</sup> senatu appellatus cum populo Romano amicitiam barbaricam <sup>10</sup> contraxisset. Inciderat autem in hoc tempus <sup>11</sup> Eduos atque

1. Lege, quidam.  
 2. Puto, exusserunt.  
 3. Lege, irredituri.  
 4. Lege, digressuris.  
 5. Forte, quod quidem.  
 6. Forte, a. d. quintum. ut apud Jul. Cæsarem.

7. Lege, Gabinio.  
 8. Forte, hac.  
 9. Lege, quidam.  
 10. Lege, contraxerat.  
 11. Videtur deesse, inter, & legendum, inter Eduos atque Arvernos, vid. Cæs. de bello Gall. 1. 31,

atque Alumnos, de summa rerum grave bellum; quo gē-  
 rendo pars utraque stipendiarios de more Germanos adhi-  
 buit. Et primo quidem adventu non supra quindecim milia  
 Germanorum in Gallias pretio conducti transferant. ac mox  
 capti <sup>1</sup> suaviores cœli & uberrimos soli dulcedine quod olim  
 in Italia fecerant, faciuntque continue, ultra alios atque alios  
 arcessendo ingenti multitudine cuncta compleverant, erant-  
 que jam in Galliis ad centum viginti Germanorum milia.  
 Quamobrem qui illos evocaverant Edui auxiliorum nimietate  
 perterriti cum poenitere jam cœpisset incepti, finibusque  
 illos pellere tentassent, multis fracti præliis, nobilitatem  
 vero omnem senatumque & equitatum miserandis ac variis  
 amiserant casibus. ac statu veteri immutato, quo prosperri-  
 mo usi olim summa inter omnes Gallos majestate floruerant,  
 in extremas miserias delapsi facile à Sequanis Gallis, hosti-  
 bus antiquis, <sup>2</sup> edomito datis obsidibus & jurejurando in-  
 terposito in illorum ditionem ac pene in servitutem vene-  
 rant. neque illis aut virtus propria, aut Romanus favor in  
 tanta calamitate <sup>3</sup> posuerat. quamvis pridem senatus decre-  
 visset ut quisquis provinciam Galliam obtineret quantum  
 posset amicos populi Romani, nominatim Eduos, armo-  
 rum ope protegeret. Ceterum nihilo melior Sequanorum  
 post victoriam, quam Eduorum post ruinam conditio facta  
 erat. Siquidem Ariovistus cum ingenti manu fines eorum in-  
 gressus lateque victor magnam soli natalis partem illis eri-  
 puerat, seque & reliquam erepturum minabatur. Jamque  
 obsides <sup>4</sup> nobilitas extorserat, & pro levi qualibet causa  
<sup>21</sup> inhumanos illos suppliciis atterebat. Quibus ira se haben-  
 tibus, jam tempus instabat, ut Germanis assidue Rhenum  
 transeuntibus Galli omnes aut cederent, aut perirent. hic in  
 præsens Galliarum status erat, & imposterum timeri pote-  
 rat, ne Gallis expugnatis Germani victores in provincias po-  
 puli Romani transmissis Rhodani gurgite penetrarent, &  
 proxima quæque vastantes, quod multis ante seculis fecerant,  
 in Italiam irrumperent. Horum tamen omnium motuum  
 nullus periculo proximior Romæque vulgatior quam Helve-  
 tiorum apparatus & dies ad Rhodani transitum publico præ-  
 fixus edicto. Idque Julium Cæsarem ut ad rem redeam ce-  
 lerare

1. Lege, *suavioris cœli & uberrimi.*

2. Lege, *edomiti.*

3. Lege, *profuerat.*

4. Forte, *nobilitati.*

5. Forte, *inhumanis.*

lerare compulit; reputantem quanti discriminis esset quantum lacumque cunctatio, atque id præcipue recolentem qualiter gens eadem quondam L. Cassio consule obruncato, Romanum fudisset exercitum, misissetque sub jugum. Eapropter omnibus impigerrime comparatis profectus ab urbe atque in Galliam ulteriorem mira velocitate transgressus Gebennam ad periculi locum venit, statimque provinciæ quanto maximum pati posset militum numerum imperavit. Cognito Cæsaris adventu Helvetiorum legatio ex primoribus gentis illico eum adit, orant iter per provinciam Romanam, iterque sibi nullum <sup>1</sup> adesse restantur, seque sine cujusquam damno, sine injuria transituros spondent. Cæsar etsi male meritis placere nollet & pollicitis nullam fidem haberet, atque ideo jam responsi certus esset, ne tamen exercitum itinere fatigatum seque <sup>2</sup> tamen maxime conquærendis militibus occupatum repentina hostium turbaret incursio; deliberandi spatium poposcit. Jussis legatis Idibus Aprilis ad se redire, medio tempore suorum pariter & incolarum fretus opera ab ipso lacu ad montem Juram, quem prædiximus decem <sup>3</sup> milia passuum murum, altitudinis pedum sedecim fossamque perfecit. præsidiis armatorum oportune dispositis; castellisque & propugnaculis impositis. opus mirum, vix credibile, <sup>22</sup> nisi à Cæsare factum esse & à claris auctoribus scriptum, mandatumque memoriæ qui ipsis rebus interfuere \* magnum <sup>4</sup> tamen nihilominus animosæ, sed incautæ gentis judicium. <sup>5</sup> provide legatis redeuntibus ad præfixum diem, negat aliquid de iis quæ peterent se facturum Cæsar. neque sibi Romano more licitum dicit per amicorum fines armatis exercitibus viam dare. Illi responsione habita se delusos ubi intellexerunt mœsti & irati per vada fluminis alia atque alia, ubi profunditas minor esset, nunc pedibus nunc junctis navigiis, & sæpe per tenebras aditum tentaverunt. <sup>6</sup> his conatus tamen frustra fuit, Romanis omni tempore ac loco ad resistantiam paratis. hac necessitate ad iter aliud, quod inter consilia prima damnaverant, redire compulsi sunt; quod quoniam Sequanis nolentibus periculosissimum sciebant, primo illos precibus nequidquam experti, Domnorigis ad auxilium confugiunt. ut per illum quod per se nequeunt assequantur.

Is

1. Forte, aliud esse.

2. Forte, tum maxime.

3. Lege, milium.

4. Sic infra, tamen nihilominus.

5. Forte, proinde.

6. Forte, hic.

Is 1 Edui pollens, vir magnanimus, & 2 uterque genti amicus erat & crescendi cupidine inflammatus & 3 mediocribus infuetus curis 4 multorum gentium gratiam studio quærebat. 5 Cupidine ergo se pro Helvetiis apud Sequanos interponens transitum impetrat. ultro citroque datis obsidibus ne transire 6 prohibebant, hinc ne vocavit transeundo. Hæc cum Cæsari innotuissent veritus hostium transitum multa gravia sociis illaturum, neque sat paucitati suæ fidens, neque quod intendebat per nuncios fieri posse sperans, consilium capit ex tempore. Dumque Helvetii in consiliis tempus trahunt, ipse 7 dimisso ad Gebennam ad munitiones quas fecerat; quanta poterat celeritate in Italiam redit. raptimque ibi conscriptis 23 duabus legionibus subnixus, brevissima per medias Alpes via in ulteriorem Galliam pari celeritate revertitur, dumque per 8 arbuta montium conscendit ab Alpinis gentibus iter ex alto prohibere volentibus multis locis excipitur; multisque parvis quidem præliis ubique victor nusquam vel prælio vel victoria retardatus intra paucos dies in Allobroges perveniens mox cum toto Rhodanum transit exercitu. Illic castra habentem Ambarorum Eduorumque legationes adeunt fatum patriæ miserantes 9 suæ fortunæ, quo sint in statu edocent. transisse per Sequanorum fines Helvetiorum rabiem, & in suos effusam fines; omnia vastare, agros jam colonis vacuos, ægre opida defendi, nihil spei esse nisi in Cæsare. Siquidem de populo Romano bene meruissent ut afflictis opem ferat mæsti orant. Idem & Allobroges qui vicina locorum, trans Rhodanum terras, 10 humerant, & queruntur & flagitant. Quibus vocibus motus Cæsar nilque differendum ratus cito agmine hostes insequitur. It per Eduorum ac Sequanorum fines fluvius tanta laticum segnitie ut quonam pergat vix dignosci queat. sed stagno 11 simul quiescit, antiquo nomine Arar, novo autem 12 Sona. hic Lugdunensem coloniam egressus ibi ante civitatis muros Rhodano miscetur tam veloci amni quam ipse lentus. hunc ratibus Helvetii transibant. quos dum transitu in ipso nox superveniens op-

1. Forte, in *Aduis*.  
 2. Lege, *utrique*.  
 3. Forte, *haut mediocribus*.  
 4. Lege, *multarum*.  
 5. Forte, *Cupide ergo se*.  
 6. Forte, *prohibeant, hinc ne no-*  
*ceant.*

7. Forte, *T. Labieno misso*. vide  
*Cæs. Bell. Gall. l. 10.*  
 8. Forte, *per ardua*.  
 9. Lege, *suaque*.  
 10. Forte, *habitant*.  
 11. Forte, *similis*.  
 12. Lege, *Saona*.

pressisset, tribus copiarum partibus transvectis, quarta substituerat mane proximo transitura: atque ita fortuna disponente contigerat, ut hæc esset illa pars Helvetiorum, quæ multos ante annos consule, de quo diximus, interfecto, exercitu sub jugum misso, cladem populo Romano gravem atque ignominiam inflixerant, in qua unus ex multis legatus consul L. Piso ceciderat ejus Pisonis avus qui nunc consul, ac Cæsaris focer erat. Eo lætior Cæsar oblata occasione & privatas simul & publicas injurias ulciscendi, cum tribus tantum legionibus intempesta sub nocte castris egreditur atque ad transitum occupatos & nil tale metuentes aggressus insigni strage delevit, paucis silvas in proximas fugæ præsidio delapsis. His actis Cæsar nihil substitit, sed confestim properato ponte flumen transiit, eodem torrente fortunæ reliquas hostium copias oppressurus. Quo transitu turbati hostes, eo maxime, quod ardorem animi stupebant, qui uno die transisset, in quo ipsi diebus viginti frustra desudaverant, illico legatos ad eum dirigunt, quorum princeps fuit Divico ingentis apud suos famæ vir. Et qui clade illa Cassiana dux contra Romanos belli fuerat. Is, credo, qui Cæsarem nondum nosset, fecit verba pacifica, sed comminationibus interjecta in hanc sententiam. *Si pacem cum Helvetiis Romani vellent, paratos imperio parare. Si autem bellum malent, decere eum meminisse, & Romanæ calamitatis & virtutis Helvetiæ eis ante alios cognitæ & expertæ. iterum atque iterum præcaveret, ne quod sibi tale contingeret, quale olim suis majoribus accidisset. neque vero spem Romanis in eo magnam esse debere, quod Helvetiorum unam partem incautam & à suis indefensam noctu per insidias fudissent. non fraude etenim, sed aperta vi solitos se pugnare. Proinde si collatis signis in acie ventum esset, videret ne recenti ipse etiam clade locum alterum insigniret, & antiquæ historiæ novam adderet. \* Cassii memoriam, si sibi videatur, illis in finibus satis esse. Ad hæc Cæsar se & Romanos illius cladis meminisse respondit eoque magis ingemiscere, quo nullæ prorsus in Helvetios Romanorum injuria processisset. facile declinandum si ullius offensæ sibi consciu fuissent. non timuisse quidem Cassium nec cavisse, quod nullæ causæ timendi cavendique essent & timere sine causa nec viri fortis esset ne Romani. Securum ergo & incautum opprimere & ne operosum facinus fuisse, nec adeo*

N n n

glo-

1. Forte, interjectis.  
2. Lege, parere.

3. Lege, nec viri fortis esse, nec Romani.  
4. Forte, nec operosum.

gloriosum, ut eis forsitan videatur. desinerent igitur gloriari cogitantes longam sæpe multis impunitatem scelerum deos dare; quo  
 25 acrius post prosperitatis excursus <sup>1</sup> torquent rerum inexpectata mutatio, & quo serior eo amarior sit vindicta. Ceterum ut veterum offensus esse possit oblivio, recentium non posse, quibus nuper socios Romanorum affecerint, nisi nova itidem satisfactione deleantur, quodque iis servandis obsides dent. Ad ea legatus, Helvetios à majoribus suis obsides non dare, sed accipere didicisse respondit; ejus se rei testes nolle alios, quam Romanos. sic infecto pacis negotio digressi die proximo utrinque castra <sup>2</sup> Cæsar ad explorandas vias quatuor milia equitum Gallicorum quos ab Eduis eorumque auxiliariis contraxerat, anteire jubet, forte quod itinerum peritiores essent. Illi autem inconsulte progressi iniquisque locis cum hoste congressi plures à paucioribus victi sunt, quo successu tumentes Helvetii contemnere, insultare, velle quamprimum committere rem fortunæ. Cæsar vero tempus trahere ac differre. Ita quindecim spatio dierum parva tellure separantur, & pene semper in conspectu, mutuo prælio tamen abstinerunt. At quocumque hostis pedem protulisset, vestigiis Cæsar instabat, contentus in præsens metu illos à <sup>3</sup> prædonibus arcuisse. In hoc rerum statu quærenti Cæsari apud magistratus ac principes Eduorum, qui se comitabantur, de eo, quod frumenta promissa non mitterent, seque in eo bello destituerent Edui, quod eorum maxime suscepisset hortatu: certis indiciis notum fit, Domnorigem Eduum, cujus & potentia & audacia par & apud suos gratia ingens erat, omnibus consiliis atque omni studio callidis orationibus Eduorum animos à Romanis avertere, asserentem, Romanos, si Helvetios vicerint, non illic bellandi finem facturos esse, nempe Galliæ, imo orbis ad imperium anhelantes. proinde si penitus serviendum sit, multo æquius Eduos suæ jugum gentis laturos esse, quam externæ. His atque horum similibus ne  
 26 frumentum exercitui & necessaria quælibet in tempore convectet obstare. quin etiam Helvetios illius precibus per fines Sequanorum negatum primo iter obtinuisse, clademque ejus opera nuper acceptam esse, quod ipse qui præfuisset Eduorum equitatu, simulato metu primus fugiens cæteros fugere docuisset. Is erat Domnorix junior frater Divitiaci, qui

tunc

1. Lege, torqueat.

2. Lege, utrinque castra moveret.

3. Forte, prædando.

tunc apud Eduos, collega Lisco, summæ rerum præerat. <sup>1</sup> Cujus ne erga Romanos ac Cæsarem spectatissima fides erat. Ac Domnorix multum à fratre diversus occulto Romanorum odio atque Helvetiorum studio æstuabat. Nam & illorum de gente nobilissimo ortam loco conjugem habebat, adhæc magnas amicitias & finitimarum gentium favorem, domi quoque de vectigalibus publicis, in quibus se illi licitando opponere nullus auderet, ad immensas divitias primum iter. his quoque omnibus spem non ad altum modo, sed ad summum gradum regni fastigium ostendi. quæ cuncta sibi frivola atque alio recasura Romano sub imperio providebat. super omnia Romanorum judicio se fratri posthabiturum indignabatur ac dolebat. Et Romanorum Cæsarisque præsentiam oderat atque potentiam vehementer horrebat. Quibus rebus Cæsar cognitis justa commotus iracundia primo quidem de ipsius supplicio cogitavit. Ad hoc enim singula animum inclinabant, & nihil in rebus erat ambigui, unum omnibus his obstabat amor fratris. hinc <sup>2</sup> recenter distulit, ne minus apud eum videretur majoris fratris fides, quam minoris perfidia valuisse. Divitiaco igitur evocato totam fraternæ nequitie pandit historiam, petit ut vel ipse in eum animadvertat, vel si pietas justitiam remoratur, per populum animadverti velit. Ille lacrymis manans, neque excusans fratris insaniam, sed accusans non in alios tantum, sed in se. Quem cum natura conjunctissimum fecisset, beneficia vere conjunctiorem facere debuissent, qui sub se non ut frater, sed ut filius crevisset, & omni suo incremento non <sup>3</sup> auctoris in damnum modo, sed pene in perniciem usus esset. nec præter ea quidquam negans omnium quæ à Cæsare dicerentur, quo confessus veniam facilius inveniret: sed nota sibi dicens omnia seque ex his dolorem, quantus ulla de re capi unquam posset, & capere & cepisse. tandem <sup>4</sup> singulares obsecrabat, ut fratrem sibi qualitercunque meritum condonaret, eo præsertim, quo publice erga se cognito Cæsaris affectu, siquid in eum statueretur asperius, & nulli in animum veniret sine ipsius conscientia factum esse. quæ suspicio omnium populos Galliarum sibi vehementer alienaret,

N n n 2

vi-

1. Lege, *cujusque*.2. Sententia loci postulat *supplicium*, aut *vindictam*, aut tale quid.3. Lege, *singulariter*.4. Videtur legendum, *nulli non in animum veniret, sine ipsius conscientia non factum esse*. vide Cæsar. lib. 1. cap. 20.



victus amici lacrymis Cæsar, arrepta ejus dextera trepidum mœstumque consolans Domnorigem arcessit. & præsentem fratre quod egerit, quod molitus sit, <sup>1</sup> omnis conatus ejus se posse profiteretur. indicia exponit, scelus aggravat, perfidiam detestatur. quid ille sit meritus. quid ipse de illo in animo <sup>2</sup> habet, clare edocet. ad postremum omnia se non sibi, sed germano ejus remisisse. hortari ut deinceps se non culpa tantum, sed suspitionibus liberum præservaret. Sic admonitum submissis tacite, qui omnes viri gressus, & non modo actus sed verba <sup>3</sup> & etiam observarent, dimisit. Sub hæc nuntiatur hostes ad radicem proximi montis octo milia passuum a Romanis castris abesse. Cæsar præmissis, qui montis aditum explorarent, ubi facilem accepit, Titum Labienum unum ex ducibus suis cum parte copiarum noctu castris emittit, & montis verticem occupare jubet, nec prius descendere quam ipse in hostes impetum fecisset. paret ille. & cum jam summaprehendisset, Cæsarque ipse paulo post secutus non nisi mille quingentos passus distaret ab hostibus, nec ab illis, aut de Cæsare aut de Labieno, sicut postea ex captivis cognitum est, <sup>28</sup> aliud sentiretur, Confidius præmissus à Cæsare, vir qui longo bellorum usu rei militaris doctissimus credebatur, ut qui diu sub Marco Crasso, & Lucio Sulla militasset, mirum qua consternatione animi, quoque errore Romanos ascendentes procul aspiciens, hostes ratus, equo calcaribus adacto regressus ad Cæsarem, Helvetios montem præoccupasse denuntiat. Substitit Cæsar. ipse etiam Labienus Cæsarei non immemor præcepti se continuit. Sic vano nuntio, mane illo rei ingentis occasio prætermissa est. ad multum diei, cum digressis hostibus se delusum Cæsar intelligeret, more solito insecutus haud procul ab eis castra metatus insedit. Die autem tertia cum Cæsar inopia frumenti, cui præcipuam causam Domnorigem dedisse constabat, ab insequendo desistens aliorum pergeret; Helvetii, seu <sup>5</sup> pridicinarum memores <sup>6</sup> tarditatisque Romani ne de altioribus quidem locis se invadere fuissent ausi, quod errore contigerat, metu factum, eodemque nunc pugnae metu discedere illos rati; seu <sup>7</sup> frumentum ituros aversuri; magnis gressibus insequuntur. Quod ubi Cæsar

1. Forte, omnes conatus ejus se nosse.

2. Lege, habeat.

3. Lege, ejus.

4. Lege, quicquam sentiretur.

5. Forte, pridiana.

6. Lege, tarditatis, quod.

7. Forte, frumentatum, aut frumentum petituros.

far agnovit, in vicinum collem omnes copias farcinasque omnes contrahit. sic ut totus collis à summo ad imum impedimentis & hominibus regeretur, ipse acie instructa, equis autem omnibus non dimissis modo, sed è conspectu abductis, ut fugæ spes erepta \* spesque par periculi oculis objecta pares animos darent. pedes ipse cum legionibus in hostem ruit, pedestrique cum equitatu proelium atrox cruentumque <sup>1</sup> inferitur. ab hora lucis septima ad multum noctis variis licet eventibus dubio Marte certatum est. Romanorum tandem impetu ac vulneribus fatigati Helvetii, primo pederentim retrocedere, mox & terga vertere, ad extremum magna strage delati sunt. Impedimenta eorum simul & castra capiuntur, pars nocturna fuga elapsi, irrequieti & insomnes ad centum triginta milia superstitem quarto<sup>29</sup> die in Lingones pervenere. Cæsarem, ne eos è vestigio sequeretur, fauciorum cura & cætorum sepultura detinuit. præmisit tamen qui Lingonibus nuntiarent, si Helvetios frumento aut ope aliqua adjuvissent eos quoque se pro hostibus habiturum. Ipse tamen nihilominus post triduum insequitur. Helvetii bello victi, rerum insuper omnium accedente penuria, deditionem per legatos <sup>2</sup> extulerunt. ad sex milia ex iis fugam in Germania meditantibus, Cæsar ex ipso retraxit itinere, proque hostibus habuit reliqui flentes ac supplicantes misericordiam consecuti sunt, traditis armis & obsidibus & profugis restitutis. præceptumque eis à Cæsare ut incensos vicos atque opida reformarent. ne forte Germani vicinia locorum freti desertas terras invaderent ac tenerent. ita cum Helvetiis tam superba gente tamque indomita uno quidem, sed ingenti proelio debellatum est. illud inter multa memorabile, quod in castris inventæ sunt tabulæ, quibus Helvetiorum numerus cæterarumque gentium, quæ auxilio illis exierant, literis Græcis inscriptuserat. Fuerunt autem omnis generis hominum capita trecenta sexaginta octo milia. quo comperto Cæsar, Helvetiis in potestatem redactis, Iustrum condi fecit, in quo capita non nisi centum decem milia sunt inventa. unde facile numerus colligitur, vel cætorum vel in bello consumptorum, simulque illud apparet, ex iis qui noctu è proelio fugere, præter illa sex milia, quæ ad Cæsarem ex itinere retracta memoravimus, quatuordecim milia vel

Nnn 3

vul-

1. Lege, *conferitur*,2. Forte, *obtulcrunt*.

vulneribus, vel lassitudine, vel aliis, quos bellum fert, casibus perisse. Hæc 1 in Gallis prima Cæsaris nacta victoria est, quæ non Romanis ipsis, quam Gallis fere omnibus lætior fuit ac gratior, quibus Helvetiorum potentia dominandique libido invisa pariter ac suspecta erat. Ferme igitur ex omnibus Galliarum urbibus legationes principum gratulantes ad Cæsarem veniunt.

30 His peractis dies totius Galliæ consilio, legatis petentibus, Cæsare permittente, præfigitur. Is cum venisset primores Gallorum revertuntur, petitoque & concesso secretiore colloquio, gementes ac mœrore nimio perfusi ad pedes Cæsaris procubuerunt cuncti. præfatique sunt se de rebus acturos, quæ si qua vel tenui rimula in publicum erupissent, mortem eis atque ultimum excidium allaturæ essent. data fide silentii Divitiacus in loquendo partes omnium executus, Ariovisti insolens & immane jugum atque abjectum & flebilem Galliarum statum verbis multis miserabilibus deploravit. *Unum se ex omnibus dicitans, nec jurejurando nec obsidibus obstrictum, & olim Romam ad senatus præsidium confugisse. & nunc pro omnibus coram Romano Imperatore liberius loqui. Denique nihil eis præter Cæsarem ac Romanos spei reliquum: qua si destituerentur; quod Helvetii cœperint, Gallis omnibus imitandum, ut desertis laribus patriis, quocumque illos sua sors tulerit evadant. nullam enim fortunam non jugo Germanico præferendam.* His ad finem peroratis, & statu Galliarum pluribus verbis exposito, quæ non repeto, quia superius attigi, certum se esse ait, quod si hoc ullo modo ad Ariovisti notitiam perferatur, de omnibus, quos haberet, obsidibus inhumanum ille supplicium sit sumpturus, & opem se igitur rebus adversis, & verbis necessitate ultima expressit fidum silentium implorare. Quæ cum dixisset cæteri omnes affusi certatim verbis, at mitibus, misericordiam atque auxilium Romani Imperatoris exposcunt. Cunctis autem obsecrantibus, soli Sequani mœsto silentio defixos in terram oculos servabant. Quod admirans Cæsar, cum quid rei, quæ silentio causa esset ex his iterum atque iterum quæfivisset, ipsi vero ne hiscere quidem ausi in eadem mœstitia ac taciturnitate perstarent, respondens Divitiacus pro eis: Scito, ait, Cæsar miserorum omnium hos esse miserrimos, quod Ariovistum alii juxta, hi autem intra suos fines quasi venenum in suis visceribus habeant. his denique libertatem fortunaſque omnes

funditus excidisse. & quæ aliis pateat, his solis adeundi te spem<sup>3</sup> I  
 ademptam. occupatis enim opidis præclusisque tramitibus, ceu qui-  
 busdam compedibus convictos esse: & se transferre volentibus, non  
 aliter quam carcerum effractoribus, præsto esse tortores. Fure er-  
 go ubicunque sint cruentam tyranni crudelis imaginem ante oculos  
 habere, semperque cervicibus impendentem credere. ob eamque  
 nunc causam cunctis lamentantibus solos obmutuisse. Miseratus  
 Cæsar miserrimos Galliarum stratos animos leviter erigit,  
 promittens se de illorum calamitatibus curaturum. & spera-  
 re Ariovistum, hinc Romani nominis majestate, hinc priva-  
 tis suis in eum meritis sponte temperaturum ab injuriis. So-  
 luto concilio, & legatis reversis ad propria, Cæsarem super  
 auditis attentius cogitantem, multa quidem ad suscipiendum  
 miserorum patrocinium impellebant. sed inprimis considera-  
 tio Eduorum, quos non amicos modo, sed consanguineos &  
 fratres à senatu totiens appellatos sub servitio Germanorum  
 cernere & sibi & populo Romano ignominiosissimum exti-  
 mabat. Accedebat illa quoque cogitatio, quod Germanos  
 passim ac temere in Gallias effundi, non modo cum Gallo-  
 rum pernicie, sed non sine periculo Romani imperii videba-  
 tur. cum præsertim Ariovistus & natura<sup>1</sup> superbet & suc-  
 cessibus timens supraque hominem elatus nihil non ausurus  
 appareret. Quibus ex causis visum est factu optimum lega-  
 tos ad eum mittere, qui nuntiarent, habere secum Cæsarem  
 de reipublicæ statu magnisque de rebus colloqui. loci ad id  
 ac temporis oportuni<sup>2</sup> electione regis esse. huic tam mode-  
 stæ legationi insolentissimum ille responsum reddidit. *Et quis  
 inquit est Cæsar, aut quid mihi commune cum Cæsare? ego si Cæ-  
 saris egerem ad eum venirem. ipse si mei eget ad me veniat. Equi-  
 dem in possessionem Cæsaris neque pedem positurus sine exercitu,  
 neque exercitum eo facile perducturus sum. Proinde fateor me mi-  
 rari, quid ad Cæsarem nostra Germania. Numquid ego rebus me  
 Romanis immisceo? aut quæ causa in fines Galliarum, quas mihi<sup>3</sup>  
 belli jure quæstas scirent, Cæsarem & Romana signa pertraxe-  
 rit. Hoc responso accepto Cæsar legatos ad eundem remit-  
 tit, qui hæc referant. Quando ipse & privatim Cæsaris, &  
 publice Senatus & populi Romani beneficiorum immemor, nihil sibi  
 cum illis judicans commune, cum tamen inter amicos cuncta so-  
 leant esse communia, tam superbe Romani imperatoris & amici*

Nnn 4

sui

1. Lege, superbus &amp; successibus tumens.

2. Lege, electionem.

sui colloquium recusaret; se quod sibi dicturus fuerat hæc mandare: Ne scilicet ullam Germanorum novam manum transferret in Gallias: Eductis amicis populi Romani eorumque sociis obsides restitueret, bello impostero atque injuriis <sup>1</sup> temeraret. Si hæc faceret posse amicitiam inter eum Romanosque consistere. Alioquin quoniam ita Senatus consulto cautum esset, non se posse sociorum injurias negligere. huic legationi nil placatius respondens Ariovistus, numquam se Romanis imperitandi legem præscripsisse ait. Non ergo æquum esse sibi leges à Romanis statui. & suo jure suoque illos arbitrio belli parta moderari. & ipse cur non suo jure uti possit in victos? Fura hæc esse bellorum æqua gentibus omnibus. Quid ad injurias spectet, non se bellum Eductis sine causa, hoc est si imperio pareant, illaturum, obsides <sup>2</sup> miserrime redditurum. Sin imperium detrectent re ipsa probaturos, quid de tam longinquo in illis proficit Romana fraternitas. Postremo comminatione Cæsarea nihil se moveri. nullam gentem ad eum diem secum sine suo discrimine concurrisse. facturum se Cæsari ac Romanis quotiens vellent pugne copiam, ostensurum, quid indomiti Germani inter arma geniti & nutriti, humi ad imbrem & ad solem jacere soliti, qui jam multis annis sub tecto non fuerint, contra omnem gentem bello valeant. His intentum Cæsarem Eduorum & Trevirorum uno tempore legationes advenerunt. Edui fines suos vastari novis populis è Germania nuper in Gallias transvectis querebantur. Treviri infinitam multitudinem Suevorum ad Rheni ripas duorum fratrum imperio pervenisse nuntiabant <sup>3</sup> transitumque moliri. His rumoribus Cæsar expectatus ne conjungendi copias daret hostibus spatium, expeditissime dispositis quæ in rem erant, festinanti agmine in Ariovistum proficiscitur. jam tridui iter exegerat <sup>3</sup> dum egressum illum finibus ad nobile Sequanorum opidum Vesunionem occupandum ingenti cum exercitu properare comperit. Quod summo sibi studio prohibendum ratus erat, cum locus & fluminis ambitu, & ubi flumen eum deserit, montana arce validissimus; insuper & rerum copia bellis aptissimus: flectit iter, & noctes diebus interserens, maximis itineribus Vesunionem ante regis adventum pervenit, opidum introgressus præfidiis opportunis firmat. Hic vero exercitum Romanum incredibilis rumor, tremorque <sup>4</sup> persuaserat, initium trahens

1. Lege, temperaret.  
2. Puto, minime.

3. Lege, cum.  
4. Lege, persuaserat.

hens à quibusdam, qui, ut fit, Cæsarem non nisi amicitiae jure profecuti, belloque inexperti, atque ideo ad omnia trepidantes, Gallos præcipue mercatores de statu hostium assidue inquirebant. auditaque mole corporum, ac virtute & experientia Germanorum, quotiensque cum his Gallorum exercitus concurrissent, conspectum eorum tollerare nequivisse, ingentem formidinem mente conceperant, territique alios terrebant. Jamque velut contagione quadam totis castris effuso metu, alii simulatis causis necessariæ profectionis missionem flagitabant, alios pudor solus continebat, sed tristitia oris & interdum lachrymis metum <sup>1</sup> concordiamque testantibus. & jam vulgi trepidatio ab <sup>2</sup> inhabitibus ad egregios viros serpens centurionum quoque & militum fortissimos animos attigerat. & quos fateri metum verecundia non sinebat, non se hostem formidare, sed angustias silvestrium locorum, perplexumque durius iter, & difficultatem comeatuum, dicebant. Hæc ad Cæsarem cum relata essent, non ignarus quantum in animis hominum falsa etiam possit opinio, quamprimum hos terrores excutere instituit, priusquam in consternationem pestiferam coalescant. præcipue-<sup>34</sup> que illud inter cetera ferebatur; obtorpuisse adeo omnes metu, ut si forte in aciem velit educere, neque signifer neque miles imperia excepturus sit. Convocatis ergo ad concionem castris, orationem habuit plenam animosis exhortationibus, acerrimisque reprehensionibus. *Quod temerarie ac superbe consiliis se suis ingererent. non enim militum esse sed ducis meditari & providere quibus viis exercitum ducat; quibus artibus regat. quæ quoniam sibi provisæ sint omnia, frustra eos vanis ac ridiculis terroribus quatit. Non milites ducem ducere, sed sequi oportere qua jussi sint, fidere quidem se, non commissurum Ariovistum, <sup>3</sup> ut amico hostis fiat populi Romani. Esto autem, male sana mens præcipitem oblitumque sui ageret: non se tamen intelligere, cur hos tantos sibi fingerent pavores, aut de sui providentia, aut de propria virtute diffiderent, aut minus de se sperarent, <sup>4</sup> tali viro & certe nobili saltem ac quod de Gajo <sup>5</sup> Marco rustico Arpinate sperassent patres eorum, qui <sup>6</sup> Thetonicos ac Cimbros, duobus cruentissimis & post hominum memoriam maximis præliis de-*

Nnn 5 lessent.

1. Forte, recordiamque.

2. Forte, inhabitibus.

3. Lege, ut ex amico.

4. Suspecta verba: tali viro &amp; cer-

te nobili saltem ac.

5. Lege, Mario.

6. Lege, Thetonicos.

lessent. neque vero desperandum vinci posse Germanos, qui, ut Romanæ de eis victoriæ tacerent, sæpe ab ipsis Helvetiis nunc Romano subditis imperio victi essent. & si quando contrarium evenisset, non militum virtute, sed Ariovisti consilio gestum esse, qui cum se suumque exercitum multos menses palustribus tenuisset, jam de prælio desperantes ac dispersos aggressus inopino fudisset incursum. proinde nil sibi ac suis ad victoriæ deesse, Romana modo constantia non desit. Nam qui degeneris causas metus in frumenti penuriam vertant, rursus arroganter facere, qui se curis sui ducis immisceant. sibi utique jam provisum quibus à populis frumenta suppedientur. & præterea jam in campis frumenta maturescere. Denique nec <sup>1</sup> famam, nec errorem viæ, quam prætendant quidam; nec omnino aliquid obstare, tantum non obstet ignavia: <sup>2</sup> minime

35 Romanum malum. Quod vero signa illos non secuturos audierit; non <sup>3</sup> cedere. non id enim nisi vel adversa fortuna, quæ longe ad eum diem abesset ab eorum signis; vel avaritia vel scelere aliquo solere contingere, quæ de illis suspicari nullo modo possit. Experimentum tamen se quamprimum, quod alioquin <sup>4</sup> delaturus fuerit; an Romanis metus in mentibus nova pestis; an virtus solita pudorque plus possint. edicere igitur jam hinc se, ut nocte proxima vasa colligant, castraque moveant. idque illos se sperare facturos alacriter atque enixe. Si spes eum falleret, nec euntem in bellum quisquam alius sequeretur, iturum se tamen sola cum decima legione, de cujus fide nulla sibi esset hæsitatio; & hanc sibi prætoriam cohortem fore. Mirum unius viri virtus ac facundia quantum <sup>5</sup> poscit in perplurimos; quanta his horumque similibus, & quam repentina mutatio animorum, quantus ex argenti metu fervor audaciæ; quanta totis castris alacritas. Nominatim decima legio per tribunos sibi gratias egit, tali sui ducis honestata judicio. reliquæ omnes imperatori offenso verbis ac rebus satisfacere studuerunt, ad bellum & imperia cuncta promptissimæ. Cæsar per Divitiacum, cui plurimum fidebat, itinere præparato, nocte castra movit; ut quod iratus edixerat, placatus impleret, & ambitus quinquaginta passuum milibus, <sup>6</sup> qua planius pergeretur; continuo itinere dierum septem hosti tam proximus factus, ut inter amborum castra non nisi quatuor & viginti milia passuum

in-

1. Lege, famem.  
2. Lege, minime.  
3. Lege, credere.

4. Lege, dilaturus.  
5. Lege, poscit inter plurimos.  
6. Lege, quo.

intereffent, constitit. Quod ubi Ariovistus agnovit, seu animi mutatione aliqua, seu metu forsitan; accidit enim nonnunquam in bello, ut pars una vehementer alteram timens, non minus ab altera timeatur: Cæterum quacunque motus ex causa, legatos misit ad Cæsarem, colloquio se paratum offerens, quod <sup>1</sup> pervicinitas sibi facilius fecisset ac tutius. Non recusavit Cæsar, neque despexit oblationem. neque aliter quam in partem optimam interpretatus est, ad mentem se saniozem rediisse; suisque & reipublicæ beneficiis obstric-<sup>36</sup> tum, coactumque petitionis æquitate, cuncta deliberantem, coepta duritie desitutum. colloquio dies quintus constituitur. Oravit tamen Ariovistus ne quos secum pedites Cæsar adduceret. alioquin non se ad diem colloquii venturum, timere enim se ab illis insidias. Noluit Cæsar hac de causa rem quam putabat utilem impediri. sed decimam legionem, dum ad colloquium iret, Gallorum qui in castris erant equis imposuit, ut equitum specie falleret pedites metuentem: & ipse, si res posceret, fidissimo omnium præsidio uti posset. Qua in re jocatum unum ex peditibus non ineleganter accepimus: *plus, inquit, Cæsar præstat quam promisit. Dixit enim se decimam legionem loco cohortis prætorie habiturum.* <sup>2</sup> *Eccue equites nos facit.* Erat exiguus tumultus plantie in gentis in medio, locus apparatus, ab utrisque castris æquo spatio semotus. legio Cæsaris equis imposta ducentis passibus, pari itidem intervallo Ariovisti equitatus astiterat. Orationis Cæsareæ prima pars fuit commemoratio beneficiorum Senatus erga illum, quod regem eum, quod amicum dixisset, quod amplissimis muneribus honorasset, quæ eo gratiora esse debuerint, quo & in alios rariora, & in ipsum gratis absque ipsius collata essent meritis & absque notitia. idque sibi cum Senatus eximia liberalitate, cum <sup>3</sup> tamen ipsius Cæsaris efficaci opera contigisse. Secunda pars de Eduorum cum Romanis antiqua necessitudine, propter quam non modo possent salva honestate destitui, præsertim cum ante Romanam quoque amicitiam totius Gallie principatum sine lite possederint. Solere autem Romanos amicorum fortunas non tantum defendere sed augere. Eduos ergo florentissimo in statu suo Romanam amicitiam consecutos: sub eadem præstea, principatum servitio, prosperitatem calamitatibus permuasse, qua

1. Lege, vicinitas.

2. Lege, Ecce.

3. Videtur tamen delendum.



fronte quove animo tollerari posse? Finis fuit, ut peteret eadem ipsa, quæ legatorum ore petierat. bello in Eduos atque injuriis abstineret, obsides redderet, Germanos si emittere forsitan non posset; at saltem ne alios in Gallias transportaret. Barbarus ad in-  
 37genium reversus, 1 plenæ superbix jactantiæque responsum reddidit. Et primo quidem virtutes ipse & res suas multis extulit. Quod ad transitum in Gallias attineret, transisse quidem non iponte, sed coactum precibus Gallorum. Et noli, inquit, ô Cæsar, opinari, sine magna præmiorum spe, & promissis ingentibus, me propinquos & patriam reliquisse. habeo ego sedes in Gallia, habeo & obsides & tributa. Nihil horum vi, sed Gallorum omnia voluntate, præter tributa, quæ jure belli victis imposui. quod non ego quidem bellum illis, sed ipsi primum intulerunt. omnes simul Galliæ populi in me arma movere, quos ego omnes uno prælio vici. si deceptos se vel insidiis circumventos dicant, non recuso pugnare iterum, certamque victoriam in ambigua fortunæ lance reponere. sin pacem bello præferunt; cur non tributa persolvant, quæ pro pace convenerint, & hætenus sine contradictione persolverunt. Quod de multitudine Germanorum dicis, hanc in Gallias non cujusquam injuriæ, sed meæ defensionis gratia traduco. Idque vel hinc patet, quod rogatus veni, bellumque non intuli, sed repuli. amicitiam sane populi Romani ut decori & præsidio mihi esset appetii. Si mihi 2 contrarium verferit, cupidius etiam illam abjiciam quam assumpsi. vergit autem in contrarium si mihi jus meum longo usu præscriptum, sedes, obsides, ac tributa subtrahitis. Adde quod prius ego, quam tu in Gallias veni: ut mirer quid tibi negotii in provincia mea sit. Sunt ut vobis, sic & mihi fines 3 quidem; & sicut inique agerem vestros irrumpendo; sic injuste nostros fines irrumpitis. sed enim Romanorum fratres Eduos dicis. non sum adeo rudis ac barbarus ut ignorem; neque vos vestris in bellis Eduorum ope, 4 neque illos in suis usos auxilio. Quid superest aliud suspicari, nisi te gentis externæ, nihil ad vos pertinentis, fraternitate simulata, ad mei solius excidium in Gallias exercitum adduxisse, quem nisi abiens mature deduxeris; non pro amico sed pro hoste te futurum scito, & si præliq congregimur, teque ego forte victor occidero, unum  
 38dicam, 5 quid, ut reor nescis: non me solum infesto hoste libera-  
 vero, sed multorum quoque principum gratiam Romanorum hac  
 una

1. Lege, plenum.

2. Lege, in contrarium verterit.

3. Lege, quidam.

4. Lege, neque illos in suis vestros usos auxilio.

5. Lege, quod.

una mihi cæde quæfiero, qui nil magis quam te perditum optant: idque mihi per nuntios intimarunt, ut intelligas <sup>1</sup> qui charus patriæ tuæ sis. Sin abieris, Galliamque mihi <sup>2</sup> natura expeditamque reliqueris; magno ego te præmio prosequar abeuntem. nominatim quæcumque geri bella volueris, ego illa seu semel pro omnibus stipendio accepto sine ullo tuo discrimine ac labore conficiam. Adversus hæc multa Cæsar differuit cur cœptis abstinere nullo modo posset. neque enim sui aut Romani moris, socios atque amicos bene meritos in sua adversitate deserere, Galliam sane non tam Ariovisti esse quam Romanorum, qui antè eum per Quintum Fabium Maximum hunc ultimum, Ruthenos & <sup>3</sup> Alvernos Gallorum populos domuissent, primique armis possessionem Gallie apprehendissent. hæc inter utramque victoriam interesse, quod libertatem quam Ariovistus victis abstulerit, Romani reliquissent, eamque eis in perpetuum salvam vellent. Ita enim senatum censuisse, ut Galli in libertate viverent, & suis legibus uterentur, atque ideo Romanorum in Gallia <sup>4</sup> tamen antiquius tamen justius imperium esse quam illius. Quod si quis forte huic senatus iudicio <sup>5</sup> abstiterit, eam sat justam causam esse bellorum. Hæc dicenti & plura etiam nunc dicturo, Cæsari nuntiatur; equitatum Ariovisti propius admotum jam tela jactare, & in eo rem esse ut proelium inchoetur. Itaque Cæsar inexploto sermone digreditur, & reversus ad suos imperat, ne quid omnino missilium in adversarios jacerent. nam etsi legionis, quam præsidio sibi delegerat, adversus præsentem hostium equitatum tutum satis esse certamen intelligeret, timens tamen, ut erat famæ studiosissimus, ne forte sermo vulgaris sæpe culpam à nocentibus ad insontes vertere solitus sibi<sup>3</sup> apud gentes imponeret, quod hostem colloquio circumvenire voluisset. Cæterum ubi in castra est reditum, cognitumque, qua superbia Ariovistus Gallia <sup>6</sup> quasi sua Romanis introdiceret, <sup>7</sup> quo non impetu sui jactis in Romanos telis colloquium pervertissent, mirum in modum crevere animi <sup>8</sup> amicorum ardorque pugnandi. Post biduum nutante, quantum intelligi datur, animo, misit iterum Ariovistus ad Cæsarem, velle se de rebus agi cœptis nec perfectis secum, si ei

1. Forte, quam charus.

2. Forte, vacuum.

3. Lege, Arvernos.

4. Forte, tum antiq. tum just.

5. Forte, abstiterit.

6. Lege, quasi sua Romanis interdiceret.

7. Forte, &amp; quo non impetu,

8. Forte, Romanorum,

ei placeat, latius agere. alioquin è suis aliquos ad se mitti petiit, cum quibus ut cum Cæsare loqui posset. non censuit \* Cæsarem pacificam furori barbarico iterum committendam; ne quis forte subitus motus inter verba confurgeret, unde sibi aliqua conflare posset infamia. Rursus & legatos mitti periculosissimum judicabat <sup>1</sup> fidesque homines, namque alios non misisset, barbaris objici ratione modestiaque carentibus. Consilium tandem cepit, ut Gajo Valerio Pro-cillo Gallicæ originis, sed Romanæ virtutis adolescenti, & Romano civi, legationis <sup>2</sup> heroë munus imponeret, & propter eximiam erga imperatorem fidem, & propter linguæ Gallicæ notitiam, quam ipse etiam Ariovistus diu Gallis incumbendo didicerat. Addidit ei collegam M. Metium, Ariovisti ipsius hospitem, quod in hos duos & originis & hospitii jure minime sæviturus barbarus videretur. Sic neque illis hospitium, neque origo, neque jus gentium valuit. Illico enim ut ad se venientes illos vidit, audiente exercitu quasi rabidus exclamavit. *Quomodo inquit huc venistis, an explorandi gratia? An quid rei est vobis in castris meis?* parantes causam sui adventus loqui, vetuit & in vincula conclusit. Hoc facto statim inde discessit. & sex milia passuum prope Cæsarem castra metatus est. <sup>3</sup> Cumque ipse locum die proximo mutavit. & <sup>4</sup> dimissis à tergo castris Romanorum, ad duo milia passuum ab altera parte confedit, quo scilicet com-meatus inde venturos ad Cæsarem impediret. Cæsar autem quotidie instructam aciem castris educens, pugnæ copiam hostibus faciebat. Ariovistus se castris assidue continebat. sex tamen equitum milia, & totidem expeditissimorum peditem <sup>5</sup> qui dieterim levibus præliis Romanos incesserent. Id vero cum diebus quinque continuis actum esset, cognito Cæsar hostium proposito, non diutius tulit se com-meatibus intercludi. sed castra hostium transcendens ad sexcentos non amplius passus, locum novis castris idoneum occupavit. & præfagiens barbarum obstitutum, tres acies ordinaverat, quarum duæ in hostem versæ & in prælium intentæ essent, tertia metandis castris incumberet. quod Ariovistus intelligens, magna parte pedestris exercitus & <sup>6</sup> omnium equita-  
tum

1. Forte, fidesque.

2. Forte, hujusce.

3. Lege, eumque ipsum.

4. Dimittere, pro relinquere, sæ-

piissime utitur hic auctor.

5. Deest aliquod verbum,

6. Lege, omni equitatum,

tum immisso, turbare rem voluit nec valuit. Ita devotierant omnes ad imperium Cæsaris exequendum. Jam duo inter Romana castra coartatus hostis, & multis insultibus laceffitus, castris tamen pertinaciter se tenebat. quod cum Cæsar admirans ex captivis inquireret; quid causæ esset quod Germani <sup>1</sup> bellatissimi homines sic bella metuerent, deprehendit eos fortibus muliercularum castra sequentium absterritos, ne ante novam lunam manum cum hoste consererent. <sup>2</sup> cumque moram Germanorum perverustum esse ut talibus regerentur. Cæsar vero cui nulla videretur gravior jactura quam temporis, vix adhuc triduo expectato, firmavit, quod ingenio non posset, vi aperta hostes in proelium elicere. Itaque suis castris duobus dimisso gemino præsidio, cum omnibus copiis castra hostium invadit. Videns Ariovistus trahi amplius ratione non posse, plurimis ex populis Germanorum ingentem aciem instruxit atque ita omnem exercitum <sup>4</sup> rhedis & curribus circumclusit; ut nulla fugæ spe, præferim equitibus superesset. Fuerunt & viris intermixtæ fatiloquæ, de quibus diximus mulieres aliæque viros secutæ; fletibus altis orantes, ne Romanis ad servitium traderentur. Concurrerunt autem tanto impetu Germani, ut, consumpto mox spatio, quod acies dirimebat, jactandi pila nulla occasio superesset aut facultas. Projectis igitur missilibus, res gladiis acta est, eventu alioquamdiu dubio. fracta tandem pertinacia Germanorum, omnes terga verterunt. & diruptis obicibus plaustrorum quibus firmasse aciem dux sperabat, usque ad Rheni ripam fuga perpetua fuit. cujus alveum nando quidam; alii parvis navigiis transferunt; quo ex numero ipse fuit Ariovistus, qui deposita credo superbiæ suæ sarcina, quæ tanta erat, ut eam nec Germania caperet, nec Gallia tolleraret; cimba unica casu in ripa citeriore annis inventa; solus in adversam ripam se proripuit. Reliqui pene omnes instante Romano equitatu <sup>3</sup> fugæ medio periere. In quibus duæ Ariovisti conjuges altera Sueva, Norica altera, quarum primam domo digrediens eduxerat, secundam dum in Galliis moram traxit, duxerat, filiarum quoque altera cæsa fuit, capta altera. G. Valerius, quem ab Ariovisto captum memoravimus, in ipsum Cæsarem, hostem insequen-

tem;

1. Lege, bellacissimi.  
2. Lege, eumque morem.

3. Forte, fuga in medio.

tem; dum tribus catenis vinctus traheretur incidit; quo nil lætius in tota illa victoria Cæsar vidit. summa sibi lætitia ac voluptas fuit, virum talem, tamque ei familiarem crudelissimis hostium manibus, quibus ipse eum objecerat, ereptum recepisse. neque de sua prosperitate aliquid amici miseria diminutum. Ille vero jam liber flebile ridiculum narrabat, coram se fuisse de sua salute sortibus inquisitum. an scilicet flammis exurendus esset, an in tempus aliud differendus, seque jam jactu sortium dilatatum, beneficio Cæsaris salvum esse. collega quoque ejus reinventus Metius & Cæsari præsentatus auxit gaudium. Hac victoria divulgata; Suevi, qui ad Rhenum transitori convenerant retrocessere; effuseque domos suas ac trepide repetentes, à finitimis magna strage deleti sunt. magnosque in Germania & in Gallia rerum motus hujus prælii eventus excierat. Cæsar autem æstate una duabus inclitus victoriis, <sup>1</sup> & Sequanos, paulo antequam tempus exigeret, in hiberna perduxit exercitum, quibus Labienum præficiens ipse <sup>2</sup> interiorem Galliam properavit.

## LIBER II.

CÆsari Cisalpina in Gallia demoranti & famæ vocibus & Labieni litteris nuntiatur, Belgas quos Gallorum præcipuos esse monstravimus conjurasse omnes adversus populum Romanum; & jurejurando, <sup>3</sup> obsidibus conjuratione firmata. Rei hujus causam esse multiplicem; unam quod timerent, ne statu superioris Galliæ composito; ad eos ex ordine <sup>4</sup> venirentur; alteram, quod ad bellum, Gallorum reliquorum consiliis urgerentur. quibus urgendi quoque causæ erant variæ; quibusdam, ut nidificare Germanos in Galliis ægre tulerant; sic ibidem Romanos hibernare & perpetuas sedes eligere, animo nihil æquiore ferentibus. aliis causa erat sola vanitas & stultorum animis novandarum rerum semper innata cupiditas. Erant quibus abunde opes affluerent ad conducendos homines; & hac via in populis præminentiam; & quasi quædam sibi regna conflarent, quod Romanis imperantibus, æquatique rebus omnibus, se, ut soliti erant, facere posse <sup>5</sup> differrent. Sane his rumoribus Cæsar motus, duas

1. Lege, in Sequanos.

2. Lege, in citeriorem.

3. Lege, &amp; obsidibus.

4. Lege, veniretur.

5. Fortis, diffiderent.

duas nunc etiam legiones citeriore scribit in Gallia, easque per Quintum Pedium legatum suum, ulteriorem in Galliam transmittit, ipse mox sequitur: & Senonibus, proximisque Belgarum, curam inquirendi statum propositumque hostium<sup>4</sup> imponit; quibus haut dubie unanimi assertione referentibus, bellum grave contra Cæsarem parari, ire ad eos, & periculis sese obvium ferre disposuit. Confestim ergo motis castris quintodecimo die Belgarum fines attingit. insperato adventu moti Rhemi legatos ad eum principes civitatis duos mittunt excusantes innocentiam: non se cum reliquis conjurasse, imo quidem Sueffionis fratres ac proximos suos à furore publico retrahere voluisse, neque ullo ingenio potuisse. <sup>1</sup> tanto enim esse conjurationis impetum ut frænari nequeant. Conjurasse autem Belgas omnes, & cum his Germanos, qui cis Rhenum habitarent. se à belli consiliis alienos; itaque deditio- nem & obsides & opida & frumentum & omne genus obsequii promptis offerre animis. Cumque ex his jam in fidem receptis quæreret scrupulose de viribus hostium, comperit eos antiquitus à Germanis originem ducere, Rhenumque olim transgressos omnem sæpe Galliam vexasse, populos suis sedibus eiecisse; auctis denique viribus; & Cimbros & Theu- tones gentis auctores suis finibus <sup>2</sup> circuisse. Dum vero de numero, deque excellentia quæreret; deprehendit inter Belgas plurimum posse <sup>3</sup> Bellionatos; eos centum milia, in quibus essent electa sexaginta milia hominum, armasse, bel- lique totius primas sibi partes exposcere. proximos esse Sues- siones amplissimos atque uberrimos agros <sup>4</sup> incolere. eos ha- bere quinquaginta milia armatorum. totidem Nervios om- nium ferocissimos, Atrebatas autem quindecim milia, Am- bianos decem milia, Morinos viginti quinque milia, Mena- pios septem milia, <sup>5</sup> Caltes decem milia, <sup>6</sup> Catuanos de- cem novem milia, reliquos aliquot populos qui Germani es- sent cis Rhenum quadraginta milia. Horumque omnium & totius belli ducem consensu publico delectum Galbum quendam, <sup>7</sup> Sueffionem regem, prudentia clarum virum ac<sup>4</sup> justitia. His compertis Cæsar Rhemos honorifica oratione complexus, senatum eorum ad se venire imperat, & princi-

O o o

pum

1. Lege, tantum.
2. Forte, atcuiffe.
3. Forte, Bellovacos.
4. Lege, incolentes.

5. Lege, Caltes.
6. Galba dicitur Cæsari.
7. Sueffionum sic vocat Cæsar.

pum filios obsides adducere. quæ ad destinatum diem obedientissime adimpleta sunt. Numero autem motus, Divitiacum Heduum curiosius admonet, quantum reipublicæ salutique omnium expediat, vires hostium distrahi, nè tanta simul cum multitudine decertandum esset. Id autem nullo modo melius fieri posse, quam si Hedui summa vi Bellocorum fines irrumpant atque omnia populentur. Sic instructum oratumque illum in patriam suam mittit. Cæterum digresso illo Belgarum copias contractas appropinquare, & à Rhemis, & à suis exploratoribus intellexit. Ilico igitur <sup>1</sup> Maronem amnem per Rhemorum fines ultimos decurrentem transit. <sup>2</sup> Ubique tuto & oportuno loco castra communit, flumine unum castrorum latus ambiente, tutumque iter & Rhemorum & urbium aliarum venturis comitatibus adhibente. Castris omni sollicitudine <sup>3</sup> ingenieque firmatis, & præsidio ponti, qui fluminis ripas conjungebat imposito, & trans pontem Titurio Sábino legato cum sex cohortibus ad custodiam misso, nova Cæsaris animum ferit cura. Nempe <sup>4</sup> Bracem opidum Rhemorum non nisi octo milibus passuum ferotum à Romanis castris, Belgas tantis viribus oppugnare nuntiatum est; ut præ multitudine lapides ac tela jactantium nec defendi opidum nec in muris consisti possit. Denique jam murum dirui; jam portas incendi, nec dubium quin jam dudum oppugnatio consummata esset, nisi <sup>5</sup> direptrix proeliorum nox intervenisset nec sustineri posse amplius nisi confestim laborantibus succurratur. Hæc cum Iccius Rhemorum nobilissimus; & populo acceptissimus, unus ex his duobus qui ad Cæsarem legati cum <sup>6</sup> dedicatione urbis advenerant, tum vero opidi præfectus nocte denuntiasset, statim quia moram necessitas ultima non ferebat, per medias tenebras, his eisdem, qui à Iccio missi erant, ducibus, Numidas Cæsar & Cretenses sagittarios, & fundatores Belearicos intra opidum destinavit; quorum adventus opidanis spem defensionis attulit, Belgis expugnationis abstulit. Mane igitur agris circa opidum vastatis atque incensis ædificiis oppugnatione omissa in Cæsarem tota belli mole <sup>7</sup> utuntur. Jamque ad duo milia passuum juxta erant, quo-

1. Lege, *Axonam.*

2. Forte, *ibique.*

3. Lege, *ingenioque.*

4. Lege, *Bibracem.*

5. Lege, *diremptrix.*

6. Lege, *deditione.*

7. Lege, *vertuntur,*

quorum castra plus quam octo milia occupabant, quantum è flammis fumoque intelligere erat. Itaque Cæsar & numero motus ut dixi & fama virtutis simul ac <sup>1</sup> magnanimus & differre prælium decrevit, & assiduis congressibus quid hostibus virium, quid suis animorum esset experiri. Postquam abunde esse perpenderit. statuit fortunam prælii tentare. Fossa tamen circumducta, ne forte ea, quam solam verebatur, multitudine circumiri quiret; nec nisi in faciem pugnaretur, & duas quidem legiones nuperrime scriptas ut de quibus nondum expertis in acie forte non fideret; ad castrorum posuit tutelam; ut tamen si res posceret, auxilio egentibus subvenirent. ipse cum reliquis copiis ante castra aciem instruit. Idem hostes ab adverso jam fecerant. unum erat quod prælium moraretur, quod scilicet inter duos exercitus exigua palus erat. hanc ut hostes transirent, utraque partium expectabat, ut prius ingressos iniquis locis invaderent. sed quod utraque pars sperabat, utraque differebat, quo temeritas prius ab hostibus inciperet. <sup>2</sup> Dum tum interea equites invicem miscerentur, essetque illo in congressu superior equitatus Romanus, quem Cæsar in castra prælio prosperiore reducere contentus fuit. hostes ubi intellexerunt frustra se paludis transitum expectare flumen <sup>3</sup> vadere, nisi sunt. ut si possent castellum à Titurio <sup>4</sup> incessum caperent pontemque <sup>5</sup> confringerent, <sup>6</sup> si minus, vicina arva vastarent Romanis utilia, eaque parte venturos interciperent commeatus. certior de eis Cæsar à Titurio effectus, equitatum levemque armaturam ad præsidium loci ducit. ibique durissimo Marte concursus est. dum Romani primos hostes in transitu fluminis occupatos è ripa dejicerent cæderentque, & proximos animosius quam consultius per priorum cadavera transeuntes, densa missilium nube comprimerent <sup>6</sup> arcentesque. & si forte transissent in aperto inventos ac præventos occiderent; sic repulsi undique & frumenti inopia laborantes communi consilio decreverunt operæ pretium fore, ut gens quælibet in suam patriam rediret. & cui Romani primum arma intulissent, eo omnes accurrerent. sibi que invicem opem ferrent & suis frugibus alerentur; & suis in finibus potissimum dimicarent. Accessit ad alias discedendi causas, quod Divi-

O o o 2 tiacum,

1. Lege, *magnanimitatis.*

2. Forte, *Cum tamen.*

3. Forte, *vadere.*

4. Lege, *inseffum.*

5. Forte, *sin.*

6. Lege, *arcerentque.*



tiacum, cui hoc Cæsarem imperasse supra retuli, Bellovarorum terris obequitare perceperant, & ferre suis auxilium utilius extimabant, quam procul domo cum Romanis arma conferre. Abeuntes nocte nullo ordine magnisque clamoribus Cæsarem exciverunt. ibant autem non ut ire, sed ut fugere viderentur. itaque veritus insidias, ut qui profectiois idoneam causam non videret, suos in castris nullo tenuit tumultu. ubi rem omnem, sicut erat, exploratorum fides, & lux superveniens patefecit, equitatum Romanum hostium vestigiis instare & novissimos retardare imperat. Tresque hinc legiones subsequi. equitatu, Quintum Pedium, & <sup>1</sup> Lucium Arunculeum Coctam; legionibus Titum Labienum præficit. qui impigerrime profecti & nocturna fuga fessos ac dispersos affecuti maximam ex his stragem edidere, dum resistunt ultimi cogente periculo, primi autem tumultu eminus audito quasi res ad se minime pertineret, fuga sibi <sup>47</sup>bi quisque consuleret. ita his urgentibus, illis autem vel vane resistentibus vel plane \* reddentibus ipsa quidem. sed quam longa dies tam longa fuit etiam hominum cædes. sero autem Romani in castra fessi, ut auguror, & jejuni, sui ducis imperio rediere. Triduum illic egit Cæsar. ubi hostes fuga evanuisse cognovit, Sueffionum fines Rhemis proximis ingressus <sup>2</sup> Nomodimum opidum aggreditur, quod indefensum fama vulgaverat & sic erat. sed nocte Sueffiones introgressi defensionem apparant. Et dum vineas admoveri muris cernerent, turres & machinas quales nec viderant quidem unquam, nec audierant, stupefacti, oppugnatione non expectata, nuntios opidum seque sua dedentes ad Cæsarem transmittunt, ac datis obsidibus nobilissimis gentis, inter quos duo filii regis erant, traditisque armis omnibus in Romanam fidem Rhemorum precibus sunt recepti. Hinc in Bellovacos itum, qui cum se in opidum munitum ac validum contulissent, cui <sup>3</sup> Bratuspantium nomen erat, exercitu propinquante, omnes publico de consilio maiores natu, obviam egressi manibus tensis ad Cæsarem alta voce se in fidem <sup>4</sup> ejus committere neque contra Romanos arma movendi animum habere testati sunt. Cumque exercitus opidum propius accessisset, idem de muris faciebant clamabant.

1. Lege, *Lucium Arunculeum* }  
Cottam.

2. Lege, *Noviodunum*,

3. *Bratuspantium* legitur in Cæsa-  
re.

4. Lege, *se in fidem ejus se committere*,

bantque mulieres ac pueri. motum Cæsarem spectaculo Divitiacus Eduus in hanc sententiam allocutus est: *Semper Bellovacos servasse fidem & amicitiam Heduarum, nunc falsis consiliis agitados à suis primoribus, qui dicerent Eduos turpi servitio oppressos à Cæsare digna & indigna pati, execratos patientiam amicorum, Romanumque recusantes imperium, consurrexissè cum cæteris, & <sup>1</sup> furore publico scripsissè, tandem fraude recognita, & Bellovacos ad misericordiam Cæsaris confugere, & perfidos consultores recogitantes quid mali suis civibus inoexerint, meritumque <sup>48</sup> supplicium metuentes in Britanniam profugissè. Orare non eos modo qui erraverunt, sed se quoque, suo simul atque Heduarum nomine ut eis indulgeat. Id enim & ipsius Cæsaris & Eduorum ad gloriam pertinere, si & eum tam miti esse animo & apud eum Eduos tantum posse innotuerit. Annuit Cæsar seque & Divitiaci & Eduorum gratia Bellovacos recipere; eosque se incolumes servaturum bona fide professus est, traditis tamen armis omnibus, ac sexcentis obsidibus, quorum tantum numerum ut peteret, urbis suadebat ac populi magnitudo. Inde Ambiani, fines eorum ingresso Cæsari, statim se suaque omnia dedidere.*

Nervii restabant; ferox genus, & mercatoribus adversum. his præsertim qui delitias aut vina conveherent, opinione infita, enervari rebus mollibus animos, & à belli studiis elanguere ac lentescere. viri acres, quibus cæteros à patria virtute degenerantes, qui se Cæsari tam facile tradidissent, irridere magis & arguere quam imitari mens esset, aut legatos mittere, aut ullam conditionem pacis, vel summis auribus audire. hi quidem & cum eis Atrebates ac <sup>2</sup> Veromandui trans fluvium Sabin conjunctis copiis Cæsarem expectabant. Aduatuci quoque sic enim scriptum invenio, sive ut reor Aduaci, ut eis se conjungerent properabant. Cæsar exploratores ac deinde centuriones militiæ peritos ad locum castris idoneum occupandum miserat. Erant tamen in Romano exercitu Galli quidam ex dedititiis, qui contra fidem sacramenti mores & consilia Romanorum Nervii aperirent; & seu rerum ignorantia, + naturali consuetudine mentiendi, addendique semper rebus aliquid; spem fecerant, si forte incompósitos aggrederentur, facile Romanas

O o o ; acies

1. Forte, furori publico consensissè aut subscripsissè.

2. Veromandui Cæsari dicuntur.

3. Aduatici in Cæsare dicuntur.

4. Lege, seu naturali, consuetudine.

acies posse turbari ; & Nervii quidam intra silvarum latebras se tenebant ; nunc in apertum erumpentes, nunc vicissim se in silvam retrahentes, Romanis propter imperitiam locorum insequi non audentibus. Jam Romani exercitus pars maxima ad metandum castra præcesserat. proxima impedimenta medium de more locum occupabant. duæ legiones ad eorum custodiam sequebantur. In hos Nervii omnes, ut à proditoribus docti erant, præcipiti impetu irruerunt, atque inde præter spem repulsi pari velocitate conversi ad eos, qui in opere occupati erant ; miram perturbationem Romanis injecerunt. ita ut Cæsar cura multiplici distractus variarum rerum cui primum occurreret, in tanta temporis brevitate parumper hæsitaret. uni enim simul hæc omnia exequenda erant. explicandum vexillum solemne apud Romanos indicium inchoandi prælii. ad idem quoque dandum tuba signum. milites ab opere castrorum ad opus armorum retrahendi. qui petendi valli causa longius 1 illum abiissent evocandi. ordinandæ acies. firmandi oratione ducis animi. quibus ne dum omnibus, sed nec singulis quidem, hinc temporis angustia, hinc hostium instantia spatium dabat. sed experientia militum Romanorum, quibus novi nihil accidere poterat, per se ipsam sine cujusquam quoque ducis imperio prompta erat casibus cunctis occurrere. Præterea Cæsar ipse cunctis legionibus singulos præfecerat legatos, 2 vetuerat vel nummum digredi, quorum quisque dux magnus haberetur. nisi sub maximo militasset. Horum & ducum virtus & militum egregie primum hostium impetum sustinuit repulitque. Cæsar quoque pro tempore nulli rei deerat, & milites hortabatur præsertim prædilectæ sibi legionis decimæ. sed exhortatio necessario brevis erat, virtutis ut pristinæ meminissent, neve insolita rerum specie turbarentur. & quoniam differri res amplius non valebat, signum pugnæ tuba dedit. & tam nihil spatii fuit ; ut ne dicam consuetæ solemnitates præliorum omittèrentur, sed vix galeas induendi licentia superesset. Nullus fuit acierum ordo, nulla ars militiæ, fortuna, quæ primas solet, omnes sibi pugnæ tumultuariæ partes usurpaverat. qui ab opere ad prælium redibant, quæ casu quisque signa conspexerat, illis se confestim applicabat, atque illa sequebatur ; ne suum proprium inquirendo confu-

sis

1. Lege, *illinc abiissent.*

2. Forte legatos, *quos vetuerat vel* | *minimum digredi, aut forte hæc verba*  
| *delenda sunt,*

sis omnibus tempus amitteret, omne quod in hostes iret suum signum extimabat. ancipiti & terribili Marte pugnatum. sed per medias difficultates atque pericula Romana virtus erupit. Et quum per gentes divisus erat hostium exercitus, nona simul ac decima legio fessos labore victosque vulneribus fregit Atrebares. Octava vero & undecima Viromandos cum duce suo <sup>1</sup> Buduognaco quodam, qui summi apud eos loci erat. Cum Nervii obstinacius certamen fuit usque adeo ut pene in dubio fuerit Romana fortuna. & Treviri equites opinatissimæ virtutis inter omnes Gallos, qui auxilio Romanis advenerant, dispersas legiones, & referta hostibus castra atque omnia circum turbata cernentes, actum de Romanis rati, fugerent, victosque illos ac deletos suæ patriæ nuntiarent. Cæsar tamen ubique semper magnus, tum magnis etiam periculis permaximus, ubi signiferos interfectos, centuriones autem cæcos aut faucios, interque alios Pub. Sextium Baculum fortissimum virum multis debilitatum vulneribus, & jam pedibus suis insistere non valentem vidit, aliorum quosdam segniter pugnantes, tela tantum hostium vitare; quosdam sensim cedere; quosdam proelio excedere, hostes instare ac premere; & nihil omnino respiramenti suis dare; denique in extremo rem positam intellexit; nilque jam præsidii superesse quo vel perdita restauraret vel ruinæ occurreret: auxilium quod aliunde non poterat à seipso cogitans exigendum; quod ipse tum forte sine clipeo esset militi lentius dimicanti scutum abstulit. & in primam aciem proventus magna voce centuriones proximos, suo quemque nomine increpans atque appellans, cæteros generali exhortatione sollicitans, nec præire, sed se sequi jubens, reintegrare pugnam jam languentem; hinc amore ducis, hinc pudore compulit. Crederes unius animi robur atque ardorem in omnes subita inspiratione diffusum, tantumque vox ducis & exemplum <sup>2</sup> fervide omnes fortiterque pugnant. & qui in fugam verti cœperunt, & qui vulneribus tardabantur, simul in hostes vultu atque animis versi mutationem rerum adeo repentinam peperere, ut vix credi posset, exercitus illos esse, qui paulo ante conflixerant. Nervii modo victores victi illico deletique sunt; non multi tamen, nec ut dictu sic & factu facile; nempe suorum cadaveribus

O o o 4

infi-

1. *Boduognato Cæsari.*2. *Deest valuit, ut aut simile quid.*

insistentes, factoque ex iis 1 cumulo ut quasi de loco altiore pugnarent, usque ad mortem forte propositum tenuerunt. fregit tamen eorum pertinaciam Romana perseverantia. sic nutantem labentemque fortunam publicam unius viri virtus felicitasque sustinuit. Senes ac feminae puerique quos cum fortunis suis omnibus Nervii in proelium exeuntes in paludibus procul abdidierant; audita suorum clade, ut nihil usquam clausum victis, sic victoribus nihil 2 imperium opinantes, communi omnium superstitum consilio per legatos sese Caesari 3 dederunt. & ut publicae professione miseriae facilius victoris misericordiam impetrarent; populum Nerviorum à sexaginta milibus ad quingentos; senatum à sexcentis ad tres redisse memorabant. Misertus est Caesar fortissimae gentis, & 4 reliquas liberas suis uti legibus sanxit, praecipitque finitimis ne quis eorum calamitatibus insultaret. Aduaci, qui ut diximus opem Nerviiis ferebant, audito proelii huius eventu, suam in patriam rediere, seque omnes in 5 forte unum ac munitum opidum abdidere. ibi eos Caesar obsidione conclusit, qui machinas procul 6 intuitu irridebant, quaerebantque de muro, quibus illas viribus moturi, quibus manibus laturos essent, tantillae praesertim homines staturae. solent enim praesuum mole corporum gentes 7 Arthorae Romanam spernere mediocritatem. 8 post admoveri muris machinas aspexerunt, insueto & nunquam alias viso spectaculo stupefacti, legatos ad Caesarem destinarunt; quorum unus in hanc sententiam verba fecit. *Credimus o Romani vos non sine caelesti auxilio praeliari, qui haec omnibus impossibilia tam 9 innumerabili facilitate perficitis; quamobrem resistere vobis non est nostri propositi. sed in potestatem vestram nos & nostra committimus. unum hoc exposcimus, si tanta est clementia tua Caesar, quanta fama loquitur, si salutem nobis tribuis, ut arma non auferas. vicini enim nostri omnes fere nos oderunt, nobisque invident, à quibus nos amissis armis protegere nequeamus. alioquin optabilis est, quidquid libuerit à vobis talibus viris pati, quam supplicii ad necem dedi ab iis, quibus imperare consuevimus. Ad haec Caesar. Servassem, inquit, vos libentius si*

403

1. Forte, tumulto.  
2. Lege, imperium.  
3. Lege, dediderunt.  
4. Lege, reliquias.  
5. Forte, forte unum.

6. Forte, intuiti.  
7. Lege, Arthorae.  
8. Lege, postquam.  
9. Forte, mirabili.

vos dedissetis antequam muris machinas admoverem. sed & nunc servabo magisque in vobis naturam, moremque meum, quam meritum vestrum sequar. Ita tamen ut sine armorum traditione deditio non procedat. Nam quod de odio vicinorum dicitis curandum mihi linquite: ego indemnitati vestræ providebo, ut Nerviorum providi, jubendo finitimis ne vos lædant. Jussu meo, quam vestris armis eritis tutiores. hoc præcepto vis armorum ingens tradita. sed & magna pars retenta, atque abdita, ut ab iis qui metu belli, non amore pacis agebantur, traditum quoque opidum. Et quietus ille dies fuit; nocte proxima Cæsar milites suos muris egredi claudique portas jusserat, ne quid injuriæ cives à militibus paterentur. sed huic Cæsareæ pietati hostium fraus \* obiectus erat. Itaque barbarica <sup>1</sup> lenitate mutato repente consilio rebellarunt. neque victori opidum abstulisse contenti, castra etiam invasere, tanto impetu, tantoque ardore, non modo contra Romanam virtutem, sed contra iniquitatem etiam locorum, ut facile apparet, desperantes de salute pugnare. Eo congressu ex illis ad quatuor milia cecidere. cæteris intra opidum compulsis. sic omni penitus spe abjecta ut die proxima frangentibus portas Romanis nullus obstiterit. captum opidum, <sup>2</sup> venditque omnes, quorum turbam quinquaginta trium milium numerum impleffe compertum fuit. Per eosdem dies à legato Cæsaris P. Crasso, quem modo ad Venetos, aliosque quamplures populos, qui extremum accolunt Oceanum præmiserat, nuntiatur, omnes illas gentes sponte sub Romanum imperium venisse. Jam ad Barbaros, qui trans Rhenum habitant, Romanæ Cæsareæque virtutis & clementiæ fama pervenerat, <sup>3</sup> adeo percrebuerat, ut omnes ultro ad Cæsarem legatos mitterent. qui se & daturos obsides & jussa facturos <sup>4</sup> sponderunt, quos ad se redire <sup>5</sup> insecuturæ æstatis imperavit, cum ipse scilicet ex Italia rediisset; <sup>6</sup> quæ deductis <sup>7</sup> in Carnites ac Turones in hiberna legionibus festinabat. præmissis Romam litteris de rebus à se gestis; quarum merito quindecim dierum supplicatio est indicta, quem honorem ante eum ducum nullus habuerat.

O o o 5 LIBER

1. Lege, levitate.  
2. Lege, venditque.  
3. Forte, adeoque.  
4. Lege, sponderunt.

5. Forte, initio secutura.  
6. Lege, quo.  
7. Lege, in Carnites.

## LIBER III.

**D**igresso Cæsare ex Galliis, Sergius Galba, quem legatum in Sedunos aliasque urbes proximas cum parte equitatus & duodecima legione dimiserat, Sedunorum aliorumque do-  
 54 lentium filios suos obsidum nomine sibi eripi, & Romanos publicæ utilitatis <sup>1</sup> contentu, vere autem dominandi libidine illis in regionibus consedisæ ægro animo ferentium, eorumque <sup>2</sup> contemnentium <sup>3</sup> insuperatis insidiis circumventus, adeo in angusto fuit, ut consilium ipse sui que omnes caperent erumpendi seque fugæ præsidio salvandi. quo tamen consilio non rejecto, sed dilato, elegerunt armis potius experiri quam fuga, si qua esset ad salutem via. Cum vero hostes castra invasissent & multitudine freti, fessis integros submittendo; quod apud Romanos non modo fessis, sed ne vulneratis quidem fieri poterat; quibus ne dum requiescere, sed ne loco arrepto vel parumper cedere liceret; usque adeo eos attrivissent, ut oppugnatione sex continuis horis sine intermissione <sup>4</sup> portenta, res Romana jam ad desperationem ultimam spectaret; nec tam pro salute amplius quam pro ultione resisterent, ne inulti perirent: P. Sextius Baculus centurio primi quem in congressu Nerviorum multis afflictum vulneribus memoravi; simulque Gajus Volusenus tribunus militum, consultissimi duo, fortissimique viri prope Galbam adeunt; *et una est inquit spes salutis, si consilium quod primum sumpsimus vel ultimum exequamur. Nam quid hic agimus laborantes? longe isti nos numero antecedunt. 5 Cum in hos Barbaros violenter irrumpimus, et nil tale cogitantes agredimur; aderit pro forsitan fortuna conatus. Alioquin nisi impetu vincimus pugna vincemur ordinaria.* Acquievit fides Galba consiliis. & erant quibus merito <sup>6</sup> credentur. Mox edoctis centurionibus ac tribunis quod factu opus esset, militibus edicitur, ut respirent. neque aliud quidquam agant quam tela hostium sustinere: intentique interim signum eruptionis expectent. vix brevi hora laboriosæ tradita quieti,  
 55 dato signo, quod convenerat, subito præter spem castrorum  
 por-

1. Forte, obtentu.

2. Lege, paucitatem contemnentium.

3. Forte, insperatis.

4. Lege, protenta.

5. Forte, Quin.

6. Forte, crederetur.

portis erumpitur tantis animis, ut stupentes barbari ferre impetum non possent & dicto citius pugnae status mutaretur; ut qui modo invadebant, invaderentur, & qui invadebantur, invaderent; quique in castris clausi oppugnatione terribili ad captivitatem & supplicium petebantur in medios hostes investiti ferro obvia cuncta prosternerent. ita ut ex triginta milibus barbarorum, qui legionem unam <sup>1</sup> cum stererant; brevi temporis in spatio plus quam decem milia caesa essent. reliquos morti non virtus; sed fuga præripuit. Sic virorum fortium prudentiumque consilia prosperis prosequitur fortuna successibus. his actis Romani victores sese in castra recipiunt. sed Galba memor se illis in locis à Cæsare dimissum, non ut bellum gereret, sed ut <sup>2</sup> inter illud ex Gallis per Alpes ad Italiam difficile; ac mercatoribus onerosum & pene <sup>3</sup> obstrusum perplexumque portoriis, periculosumque latrunculis patefaceret, suaque tutum redderet præsentia. Insuper victor licet, nolens tamen rem fortunæ sapius committere, & rursus extrema tentare, inde statim nullo obstante in Allobroges <sup>4</sup> Romanam est reversus. atque ibi tranquillus hibernavit. Alia subinde belli materia per ducis absentiam orta erat. Publius Crassus egregius; & adolescens cum septima legione dimissus à Cæsare fecus Oceanum hibernavit. Is frumenti <sup>6</sup> finitimas legatos singulos; ad Venetes vero geminos destinavit: quod gens illa esset omnium ejus regionis potentissima; cujus hodie quod sciam, sic transeunt res humanæ, ne nomen quidem aut vestigium ullum extat. Illi autem cogitantes, hoc fortassis modo sese obsides, quos Romanis non sponte dederant, recuperaturos, legatos detinuerunt, ac vinculis astrinxerunt. hoc exemplo freti populi <sup>7</sup> vicia, ut quibus levia mobiliaque sunt ingenia, legatos etiam ad se missos redire ad suos <sup>5</sup> pari proposito vetuere. Dum hæc adversus Romanos in Gallis contra fidem contraque jus Gentium agerentur, Cæsar nihil inde sollicitus, quod pacata omnia extimaret in Illyricum jam profectus erat. <sup>8</sup> & his qui terras incognitas ac remotas videndi infinita cupidine traheretur. Erat autem Illyricum

1. Forte, *circum*.2. Lege, *iter*.3. Forte, *obstructum*.4. Forte, *coloniam in Romanam*.

5. Dele, &amp;.

6. Cum aliquid desit, sic restitui potest ex Cæsare: *inopia ad finitimos*.7. Lege, *vicini*.8. Forte, *ut ita*.



lyricum provinciae suae pars, lege sibi 1 Natuna superaddita. cujus latissimi fines sunt. hinc Italia superiorque Germania; inde Macedonia & 2 Trachea & Epirus. hinc sinus Adriaticus. Inde maximus nostri orbis amnium Danubius. Sane hac rebellione Crassi litteris nuntiata remandavit Caesar, ut in Ligeri praclaro amne Galliarum qui nomen & aquas in Oceanum fert, classem navium longarum quantum potest extruat, gubernatores ac remiges ex provincia conquirit; ut ipse cum veniat his copiis ad hostes Oceanum accolentes secundo alveo descendat. Et idem ipse illico, ut caeli Alpiumque conditio hominibus ullo modo permeabile iter fecit; dimisso Illyrico festinantissime remeavit in Gallias. Cum enim haud dubio cunctos honores omnium bellica virtute superavit, & alios & seipsum sua illa incredibili celeritate transcendit, quae saepe multis in locis cognita effecit, ut quantolibet absentem spatio; semper & praesentem & imminuentem cervicibus cogitent. Nemo unquam expeditior agiliorque, non dicam imperator, sed viator fuit. Caesare igitur reverso, Venerii, Gallique alii, factum suum reputantes, qui legatos gentis potentissimae barbarica immanitate violassent, non ad veniam petendam sed ad vim inferendam sese apparant, vicissimque se populi in bellum alter alterum 3 coartantur. neque solum a proximis contrahunt auxilia; sed etiam a Britannis, qui Oceani aestu 4 semotu non magno intervallo contra illam plagam habitant. Et haec faciunt non tam armis, quam locis fidentes 5 inperviis atque palustribus, ubi nec expeditus pedum usus esset, nec navium aut equorum. & ut navigari posset, sentientes se navibus abundare, quibus egeant Romani, dabat insuper animos aestus ille reciprocus; qui 6 alterius littus motibus quatit, regitque & nudat, Oceani incolis notus, exterisque terribilis. Navium praeterea suarum robur; & armamenta pro qualitate fluctuum & ventorum quibus agitandae erant ac pulsandae, 7 propterque maris hostiumque violentiae perferendae multo Romanis navibus aptiores viderentur. harum omnium dif-

1. Lege, *Valina*.

2. Lege, *Thracia*; aut, ut posteriores scripserunt, *Trachta*, sic *Trachum* pro *Thracum* in inscriptionibus antiquis.

3. Lege, *cohortantur*.

4. Lege, *semoti*.

5. *Inperviis* sic rescripti, cum in codice esset *inperviis*.

6. Forte, *alternis*.

7. Forte, *propterea maris aestuumque violentiae*.

difficultatum nulla Cæsarem latebat, magna tamen laceffitus injuria veritusque, ne si ista diffimulasset, reliquæ nationes, ut sunt animi in superbiam ac perfidiam proni, inultæ rebellionis exempla sequerentur. hoc sibi nullatenus <sup>1</sup> negligendi extimabat, sciensque naturaliter hominibus insitum libertatem amare & odisse servitutem; ante alios Gallis ingentiam levitatem, ut de facili mobiles, atque ad subita bella volubiles essent. Jam per extrema Galliarum præfagia novitatum variarum multa conceperat. itaque ne, ut fit, motus alii super alios orirentur, essentque ubilibet qui <sup>2</sup> cohortis occurrerent, per diversa terrarum divisit exercitum. Titum Labienum cum equitatu magno misit in Treviros. huic jussit ut & Remis & amicis aliis in obsequio conservandis, & Germanis Rheni transitu <sup>3</sup> coercendis intenderet. Publium Crassum cum parte etiam equitatus; & duodecim legionariis cohortibus misit in Aquitaniam, cui injunxit ut curaret, ne qua inde in Venetos, aut alias Galliarum partes auxilia mitterentur. <sup>4</sup> Titurum Sabinum cum <sup>5</sup> tribus in <sup>6</sup> Jurellos vicinasque gentes misit; quibus <sup>7</sup> omnium studio continendis ut insisteret imperavit. <sup>8</sup> Decurium Brutum adolescentem classibus <sup>9</sup> proposuit; & illi, quæ se jubente in Ligeri facta erat; & illi, quam suo quoque jussu venturam ex Pictonibus Sanctonisque & cæteris tractus illius officiosis gentibus expectabat. huic præcepit ut ad primum <sup>9</sup> expectare classis adventum cursum agat in Venetos. Ipse ad eos cum reliquis legionibus terrestri præcessit itinere, multisque passim opidis expugnatis, quæ inexpugnabilia videbantur, cœptis instabat alacriter, sperans pedetentim rem conficere. At Veneti virium usu ac peritia & navium abundantia copia; impositis in eas fortunis suis conjugibusque & filiis, cum inhiberi fuga nullo modo posset, & liberi & incolumes abibant in opida alia atque alia, quo Romani locorum ignorantia & navium penuria non poterant sequi. Ibi se iterum atque iterum defendebant; resque in longum ibat & in irritum desinebat. nec belli finis ullus ostendebatur, eoque magis quo Romanæ naves aliter fabrefactæ, Oceani-

1. Forte, negligendum.

2. Lege, cohortis.

3. Lege, arcendia.

4. Lege, Titurium.

5. Lege, Vnellos.

6. Lege, omni.

7. Lege, Decimum.

8. Lege, proposuit.

9. Forte, expectata.

ceanique fluctibus impares tempestatibus insolitis tradebantur. Ita rem Cæsar intelligens inefficaci labore prætermisso, classem expectare duxit honestius, <sup>1</sup> quam præsentem res non <sup>2</sup> vanius nec se dignis subterfugiis, sed uno videbatur transigenda certamine. Has inter curas expectata classis affuit alio veniens Oceano, quam cernentes Veneti suis littoribus propinquantem cum ducentis viginti minutissimis navibus illi obviam exiere, eratque Romanæ pugnæ ratio difficillima, quod & fortiores essent & majores barbarorum naves & turribus <sup>3</sup> præminebant, unde ex alto pugnantibus illis, quasi iniquis proelium in locis ageretur. vela quoque & mali <sup>5</sup> & antennæ immensa mole præstabant, qui se Romanas naves facile oppressuros confidebant & fecissent si naves navibus concurrissent. Sed omnia vincit ingenium & virtus. Erant Romanis falces <sup>4</sup> inaudito magnitudinis. <sup>5</sup> quas artificioso quodam impulsu rudentibus hostium iniecissent, navigio remis in adverso acto, & rudentes velut <sup>6</sup> culta acie consorcii scindebantur, & antennæ simul ac superba ruebant armamenta, fiebantque suarum impedimenta navium. Sed virorum pugna <sup>7</sup> in qua longe superior erat acies Romana. Et virtutem insitam spectator eximius expectabat. Cuncta enim in conspectu Cæsaris agebantur, & exercitus circumfusi qui littoribus proximos occupavit colles. in quo bellicarum rerum multi magnique erant iudices; noti omnes belantium & amici: quorum sub oculis nec <sup>8</sup> vir nec ignavia esse posset occulta, & sua parte ergo viri fortes; & his acti stimulis strenuissime rem gerebant, sic ut brevi fracta hostes pertinacia spem salutis fugæ ventisque committerent. quibus cum vela credidissent, quasi Romanos <sup>9</sup> verti subito sulerunt; & stagnante freto destituras quas vehebant navibus, mira cœli marisque tranquillitas consecuta est, sic ut immobiles languentibus vadis starent. affecti Romani, cum jam hora diei quarta esset, usque ad occasum solis incendere ac ferire nunquam ullo momento temporis destiterunt; omnibusque fere vel exustis vel oppressis. <sup>10</sup> paucis beneficio

1. Lege, qua.

2. Lege, vanis.

3. Lege, præminebant.

4. Lege, inaudita.

5. Forte, quas cum.

6. Forte, velut cultri acie consorcii.

7. Lege, pugnam, in qua longe superior erat acies Romana, &amp; virtutem.

8. Lege, virtus.

9. Lege, verti.

10. Lege, paucis.

vicinæ noctis elapsæ sunt. Hoc proelio non modo flos juvenum Venetorum, sed provec̄tæ etiam ætatis consilium ac fructus intercudit. Perditis ergo viris ac navibus & omnium insuper spe amissa, se suæque Romanorum potestati atque arbitrio commiserunt. Hos Cæsar contra morem tractavit inimicius, ut barbaros à violandis legatis exemplo supplicii deterreret; senatum ergo morte, populum servitute, pœna<sup>60</sup> bonis animis graviore, multavit. sic cum Venetis debellatum. qua victoria non ipsi tantummodo subacti, sed maritima ora omnis ad obsequium redacta erat. Ecce autem alia ex aliis bella consurgunt. Titurius Sabinus jussu Cæsarum Unellorum fines introierat, apud quos tunc summæ rerum<sup>1</sup> Viridonix. Multæ in circuitu civitates à Romanis defece- rant, quarum aliquæ senatum quod neque<sup>2</sup> defectio neque bello consentiebant, interfecerant. latronum quoque manus ingens, partim bello, partim præda illiciente, dimisso agriculturæ studio, sese istis adjunxerant; quibus omnibus magnus exercitus jam in armis erat. Sabinus locum castris aptissimum nactus, intra vallum suos, laceffitus sæpe licet ab hostibus, continebat, ut jam non hostium modo sed suorum in contemptum paulatim incidisset. Ipse vero non id motu alio faciebat, nisi quod absente Cæsare tanta cum multitudine congregari, quisquis exitus sequeretur, ne temeritati tribui posset potius quam virtuti, anxius suspensusque erat animo. ubi se sperni autem intellexit, pugnare tandem, sed imprimis contemptum hujuscemodi quantum posset aggregare disposuit. Itaque Gallum quendam sibi familiarem, versutumque hominem noctu in castra transfugere jubet. & quod fieri velit edocet. paret ille, & origine dictis astipulante fidem meritis, coepit hostibus suadere & animis<sup>3</sup> crudelis facile persuasit. Primo quidem Venetorum in finibus Cæsarem extremis periculis circumventum. Deinde in Romanis castris; hinc fama ducis; hinc hostium præsentia tantum esse formidinis, ut de nocturna agitent fuga. qua & Cæsarem adeant, ducique opem ferant, & instantibus sese malis eripiant. Id cum publice creditum esset, est etenim non vanis modo, sed omnibus insitum, ut quod valde cupiunt; facile etiam credant, totis passim castris una omnium

VOX

1. Deest præerat. Deia lege Viri-  
donix.

2. Lege, defectioni.

3. Lege, credulis.

61 vox audiri, providendum modis omnibus, ne tam felix occasio per ignaviam dilabatur. Exercitus instantia victi duces, furori publico manus dant. discurretur hac illac, & consensu ducum sarmentis, variaque materia ex agris collecta ad implendas fossas, & in castra penetrandum onusti, & cursu & sarcinis defessi omnes redeuntes grave opus supraque suas vires, Romana castra ad laboris cumulum in alto posita, invadunt: haud dubii, Romanos præter fugam aut deditioem nihil aufuros. fefellit gentem <sup>1</sup> crudelam una spes. nam Sabinus suis militibus valida exhortatione firmatis; & pugnam vehementer oprantibus erumpendi signum dedit. Qui cum subito præter spem hostium erupissent, idque duabus simul portis, & virtute atque experientia bellandi & natura loci & lassitudine hostium adjuti, integri ipsi virium, & quiete recreati fundunt illos facile prosternuntque. Quo metu non modo qui evaserant ex proelio; sed vicini etiam se Romanis dedidere. Sunt enim Galli ineundis bellis promptiores quam adversitatibus tolerandis. & forte ita accidit, ut una & eadem die, & Sabinus Cæsaris, & Cæsar Sabini victoriam audiret. Per hos ipsos dies Publius Crassus in Aquitaniam missus à Cæsare, quamvis adolescens, senilibus animum exercebat curis. & secum cogitans in his terris multa illis annis adversa Romanis accidisse, multa sibi utendum prudentia sentiebat; assumpta igitur primum sollicitudine rei frumentariæ atque equitatus comparandi, quod eæ gentes plurimum eo genere virium pollere dicebantur, multis equitibus, & fortioribus viris, expressim Tholosa ac Narbona amicis urbibus accersitis, cum jam virium satis esset Sontiatum fines ingreditur. Illi autem non contenti hostem expectasse, progressi obviam, <sup>2</sup> & Romanos, hinc eorum paucitatem, hinc ducis ætatem contemnentes, in itinere sunt congressi. <sup>3</sup> Sæpe autem in contrarium versa, equitatus eorum, cui unice fidebant, Romano funditur equitatu; cæsisque quamplurimis eodem impetu, Crassus hostium opidum invadit, multamque post resistenciam datis ad extremum armis & obsidibus per deditioem cepit. Erant tunc in Gallia, (qui nunc neque ibi neque alibi usquam sunt) homines tantæ in amicitiiis fidei tantæque

1. Lege, *credulam vana.*2. Forte, *cum Romanis.*3. Lege, *Spe,*

que constantiæ, ut cum iis, quorum se amicitia<sup>1</sup> deve-  
nissent, omnem subire fortunam, & ad ultimum etiam mo-  
ri vellent, neque post eos vitam ullam pati possent, quin si  
mori aliter non daretur, mortem sibi ipsi manu propria con-  
fiscerent; mirum genus, multum his modernis, amicitias  
utilitate<sup>2</sup> mentientibus, adversum. neque quisquam ex eo  
numero inventus à seculis ferebatur, qui hoc facere renuif-  
set, vulgo Soldurios vocitabant. Ex his sibi sexcentos<sup>3</sup> A-  
diaterinus princeps gentis beneficiis & fide paraverat. Cui  
quibus inter ipsam deditioem, quæ illi utique non place-  
bat, eruptionem in Romanos fecit, ita ut improvidos pene  
repentina<sup>4</sup> spem turbaverit; sic devoti omnes morti in præ-  
lium ruebant. <sup>5</sup> Reversus ad se militibus Romanis, cum a-  
liquamdiu graviter pro <sup>6</sup> hoste paucitate pugnatum esset, sub  
cum duce victi, orantesque cum populo in deditioem dux  
atque Soldurii sunt recepti. Dehinc Crassus in ulteriora pro-  
grediens vicinarum gentium conspirationibus magnis excipia-  
tur. Ita ut etiam ab Hispanis <sup>7</sup> horis, quæ proximiores bel-  
lo erant, per legatos auxilia peterentur, & duces eligerefi-  
tur ex iis, qui sub Quinto Sertorio rebelle quidem, sed Ro-  
mano usu militaris scientiæ magisterium adepti bella gerefe  
prorsus Romano more didicerant, loca idonea <sup>8</sup> cupiendi,  
castra communiendo, commeatus hostium impediendo, a-  
cies instruendo, præsidia disponendo, prælio ac receptui ca-  
nendo; omnia suis horis & suis ordinibus faciendo. Quæ  
Crassus cuncta conspiciens; cogitansque quod erat, se pro-  
pter suorum paucitatem non posse diutius hostium consiliis  
atque artibus obstare, pugnae fortunam experiri statuit.  
Quam rem cum ad consilium rejecisset, idque ipsum omnia  
bus visum esset, mane proximo aciem eduxit, expectans ut  
in prælium hostes egrederentur. Illi vero & si de victoria  
non diffisi, tutius tamen rati sunt sine prælio vincere. quod  
per frumenti penuriam eventurum sperabant. propter quam si  
Romani loco <sup>9</sup> crederent tergis instare decreverant. <sup>10</sup> ad  
spe castris se tenebant, neque pro victoria obsidionis infamiam  
<sup>11</sup> recubant. Romani hostium tarditatem non consi-

P p p

lio

1. Forte, devovissent.  
2. Lege, mentientibus.  
3. In Cæs. libris dicitur Adcan-  
tuanus.  
4. Forte, species.  
5. Forte, Reversis.

6. Forte, hostium.  
7. Lege, oris.  
8. Lege, capiendo.  
9. Lege, cederent.  
10. Lege, hac.  
11. Lege, recusabant.

lio imputantes, sed pavori, & hortante duce, & militibus pugnae signum una voce poscentibus, signo dato castra aggre-  
diuntur. Quo in actu auxiliares, in quibus ad proelium modicum spei erat, missilibus suggerendis; fossis implendis, aggeribus <sup>1</sup> connectentibus multiplici opere occupati; spem majoris exercitus exhibebant. Addebatque error hic animos Romanis atque hostibus minuebat, utrimque tamen pug-  
nabatur asperrime. Dum ecce equites quidam Crasso nuntiant castra hostium ab adversa parte negligentius custodiri. Is praefectos equitum <sup>2</sup> committit. Illi autem his cohortibus, quae castrorum praesidio <sup>3</sup> subederant, à vulneribus & labore integris longe à conspectu hostium circumductis, partem illam castrorum inprovisò adeunt, & antequam sentirentur vallo disjecto mediis castris cum caede clamor exoritur. Ter-  
riti hostes repentinis <sup>4</sup> malis omiſſa partis alterius defen-  
sione diffugiunt. Romanus <sup>5</sup> ille equitatus locis conpestribus affectus obruncat. Ita ex quinquaginta milibus <sup>6</sup> è  
**64** Quitania Cantaberaque collectis, vix quarta pars proelio <sup>7</sup>  
supereſſet. Quo metu diffuso pars maxima populorum cir-  
cumstantium ad deditiõnem venit. feciſſentque idem omnes,  
niſi instantis brumæ spes negotium distulſſet.

Hæc Cæſar per legatos ſuos agebat. Ipſe autem à Vene-  
tis in Menapios præceſſerat, extremosque hominum Mори-  
nos, ut ait Maro. quod hæc duæ gentes <sup>8</sup> ad ſe miſerant &  
in armis erant. Et quamvis <sup>9</sup> adventaret, ſperans tamen  
modici temporis opus eſſe, rem aggreditur. Erat autem  
longe alia quam crederetur ratio belli. Audientes etiam ma-  
ximas atque creberrimas victorias Romanorum, non armis  
ſed latebris decreverant ſe tueri. Itaque ſua omnia in palu-  
dibus ac ſilvis abdiderant, juxta quas dum caſtra exercitus  
Romanus attolleret, illi ſubito quaſi ab inferis emergentes,  
effuſos atque in operibus impeditos diverſis viis diſſoniſque  
clamoribus invadunt. Romani impigre opere intermiſſo &  
arreptis <sup>10</sup> in illos impetum fecere; eoſque in ſilvas <sup>11</sup> re-  
digere, paucis inter vepres perditis, multis hoſtium inter-  
fectis

1. Lege, *convectendis.*

2. Lege, *eo mittit.*

3. Lege, *subfederant.*

4. Lege, *malis.*

5. Lege, *illos.*

6. Lege, *ex Aquitania & Canta-*  
*bria.*

7. Lege, *superfuit.*

8. Deest *minime.* *Mittere autem est*  
*legatos mittere.*

9. Adde, *hiems.*

10. Adde, *armis.*

11. Lege, *redigere.*

DE VITA JULII CÆSARIS. 51

fectis. Et tunc Cæsar silvestri materiæ cædendæ & in mor-  
rem valli ad tutelam suorum circumducendæ operam dabat,  
ne clandestinis eruptionibus premerentur. sed jam hiems ad-  
erat; ac ingentibus ac perpetuis imbribus impedita res est  
vetitque milites sub pellibus agere. Victor ergo homi-  
num; sed naturæ<sup>1</sup> cedent incensis ac vastatis finibus ho-  
stium cum exercitu<sup>2</sup> in Aulercios Lexoniosque in hiberna  
concessit.

His temporibus Germanorum turbæ ingentes Rhenum me-  
tu pellente<sup>3</sup> trajecerent, fessæ bellis assiduis atque impor-  
tunitatibus & injuriis Suevorum, quæ gens maxima, bello-  
que potentissima omnium Germanorum & olim fuisse legi-  
tur & nunc esse dicitur. Quorum & moribus multa quidem  
à scriptoribus rerum memorata. præterea quum apud eos &  
apud omnes fere homines mutati sunt mores, quæque jactu-  
rarum pessima est, prope semper in deterius, horum, ut si-  
leam reliquos, illum saltem morem video mutatum; Nempe  
vinum ætate Julii Cæsaris abhorrebant, quod<sup>4</sup> ni fallor  
non abhorrerent. hi vicinitatis atque humanitatis impati-  
entes omnes finitimos populos, aut tributarios sibi effecerant,  
aut prorsus expulerant. Itaque ad unam partem finium Sue-  
vorum fuisse traditur ingens atque incredibilis sollicitudo. Id-  
que sibi tunc magnæ gloriæ ascribebant. Nunc etiam per  
eorum fines & suspectæ multis in locis solitudines, expertus  
loquor, & ambiguum iter est. hos igitur Germanorum po-  
pulos à Suevis pulsos cum in Galliis confedissee Cæsar audi-  
ret, Gallorum veritus levitatem, qui more frondium ventis  
quolibet agitantur, & mercatores & cursores more proprio  
manuprehendunt detinentque, & unde veniant & quo per-  
gant, & quid novi afferant percontantur, regunturque ru-  
moribus etiam falsis, & sæpe his moti ea deliberant; quo-  
rum mox poeniteat. hoc inquam veritus Cæsar, ne famæ cu-  
juspiam flatibus moverentur,<sup>5</sup> & Romana fide desisterent;  
ætate non expectata ad exercitum venit, & invenit vera se  
timuisse. Missos legatos à Gallis ad Germanos invitantes hor-  
tantesque, ut à leva Rheni, ubi substiterant, abscederent,  
seque inferrent in intima Galliarum, nihil eis defuturum o-  
mnium<sup>6</sup> petissent. Motus his Cæsar, sed dissimulans, Gal-

P p p 2 loruta

1. Lege, cedens.

2. Lege, in Aulercos Lexoniosque.

3. Lege, trajecerunt.

4. Videtur addendum, nunc.

5. Forte, & a R. f. desisterent.

6. Adde, quæ.



lorum principibus ad colloquium evocatis, benignis orationibus <sup>1</sup> leniit. Firmavit animos atque edixit <sup>2</sup> equitum quem ex debito <sup>3</sup> tenerentur, ut paratum in armis haberent. Esse enim sibi animum ad liberandas Gallias, ab <sup>4</sup> incurso Germanico proficisci. Quidquid ille præceperat adimpletum est, non obedienter modo, sed libenter, ea est facilitas animorum. Dum instructis ergo paratisque omnibus iter arripuisset, jamque ad castra hostium paucorum dierum itinere propinquaret, legatos barbarorum obvios habuit, quorum primus in hanc sententiam verba fecit. Neque Germani inquit ô Cæsar bellum inferunt Romanis, neque eis, si Romani bellum inferant, recusant. Mos est noster à majoribus per manus nobis traditus bella moventibus obstare, nullum hanc ob causam precari. Suevis solis nos impares confitemur, quibus ne ipsi cœlites pares sint. de reliquo mortales omnes vincere posse confidimus. unum non ut humilior, sed ut justior causa nostra sit dicimus, venisse nos in Gallias, non sponte sed coactos. profugos, domo pulsos, aliquo pergere necessarium fuisse. Si Romani velint, posse eis amicos esse non inutiles. Ad id sane duorum altero opus esse, ut aut terras eis quas inhabitant largiantur, aut possidere quas armis quæsierint patiantur. Ad hæc Cæsar inter multa respondens, nullam illis posse secum esse amicitiam ait, nisi quamprimum Gallie finibus emigrarent. neque satis se mirari posse, quænam esset ista ratio, ut qui sua defendere non valerent, invaderent aliena: quasi ad injuriam inferendam, quam ad defendendam justitiam fortiores: cum fortioribus viris vires addere soleat animosque defensio suscepta justitiæ; neque vero esse agros ullos in Gallia, qui tantæ hominum multitudini assignari possint sine injuria possessorum. Esse autem apud se aliarum gentium legatos, inprimis <sup>5</sup> Vibiorum, amicorum populi Romani, de Suevorum violentia conquerentes, opemque poscentes: posse eos cum illis habitare, donec utrisque consultum sit. se Suevis imperaturum, ut ab eorum offensionibus abstineant. Legati se post triduum redituros, responsumque suæ gentis relaturos cum dixissent, poposcerunt, ne castra interim promoveret. sensit fraudem Cæsar; Equitatus enim partem magnam trans Mosam amnem frumentatum ab iis missam senserat, quam hoc spatio tem-

1. Adde, eos.  
 2. Lege, equitatum.  
 3. Deest verbum præstare, aut simile,

4. Lege, incurso.  
 5. Lege, Vibiorum, & sic inferius  
 Vbiis pro Vibis.

temporis expectabant. Itaque quod peterent se facturum ne-67  
gavit, processitque, & cum jam nisi duodecim milia pas-  
suum distaret à barbaris, legati 1 ad ipsum poscentes in-  
stantius occurrerunt, idque cum iterum negasset; petierunt  
ut ad suos equites, qui præibant, mandaret prælio abstinere,  
donec ipsi legatos ad eos, quos in eadem conditione  
cum Suevis esse 2 deberet, destinarent, ut foedere cum eis-  
dem ic̄to, simul Cæsar's consilio uterentur: Adhæc explo-  
randa & firmanda cum Vibiiis triduo etiam opus esse. In-  
tellexit quoque Cæsar hanc petitionem eodem spectare, quo  
primam. Respondit tamen se, 3 de illo non amplius quam  
quatuor milia passuum progressurum. Illic die proximo ad-  
essent, cum quibus de illorum petitione differeret, equiti-  
bus nihilominus jam progressis mandavit ne hostes invade-  
rent. Quod si ab illis invaderentur, usque ad ipsius adven-  
tum 4 ipse tamen sustinerent. Equites jussu ducis accepto.  
& 5 qui apud legatos hostium vadissent, tanquam in pace  
securi ibant & incauti. fidei signum non prudentiæ. Id cum  
hostes advertissent 6 quam numero longe impares repentino  
impetu invec̄ti quadringentos septuaginta ex eis occiderunt.  
reliquos in fugam versos insequi non prius desierunt quam  
ad conspectum Cæsar's est perventum. Ibi demum persecu-  
tionis 7 fugæ finis fuit. memorabilis inter cæsos casus exitit  
Pisonis, qui vir fortis ac nobilis ex Aquitania \* cunatom  
populi Romani & amicus dictus à senatu, cum germano  
proprio ab hostibus intercepto opem ferens, illum quidem  
periculo liberasset; vice ejus detentus inter turbam, atque  
equi vulnere ad terram datus aliquamdiu pedes animosissime  
se defendens victus 8 cum concidit. Id cum frater jam præ-  
lio digressus agnosceret, equo stimulis adacto medios in ho-68  
stes rediit: ibique fortiter dimicans occubuit. Ad hunc mo-  
dum duo simul fratres egregii mutua pietate periire. Cæsar  
circumventum dolis sese dolens; nullos jam legatos hostium  
audiendos, nullam conditionem pacis admittendam, neque  
vel modicum differendum ratus; dum copiæ hostium junge-  
rentur: simul illud intelligens apud leves Gallorum fragilef-

P p p 3

que

1. Lege, id.

2. Lege, diceret.

3. Lege, die.

4. Lege, ipsi.

5. Forte, &amp; qui apud Casarem le-

gatos hostium vidissent.

6. Lege, quamquam.

7. Forte, ac fugæ.

8. Lege, tandem.

que animos hostilem fraudem virtutis opinionem & virtutis nomen facile reperturam; statuit omne hostibus consultandi, simulque & Gallis falsam opinionem confovendi spatium celeritate præripere. Consilio igitur advocato dum propositum illud suum aperit, ecce de transverso legati hostium, quibus prospere fraus prima successerat. nec priores illi tamen; sed principes gentis, & seniores omnesque in quibus summa erat apud illos auctoritas, ad Cæsarem in castra perveniunt, vel excusaturi præteritas fraudes, vel novas si liceat innexuri. Quos ubi Cæsar aspexit nulla penitus de re auditos illico capi iussit, simulque infecuto iter exercitu festinus arripuit. In quo ordinando nuper victos equites in extremo posuit, ne forte reliquæ <sup>1</sup> prædani metus aliquæ superessent, quibus etiam intrepidi affarentur. Sic ad hostes generosæ plenus iræ, & degeneris memor injuriæ properabat. Et octo milia passuum dicto citius emensus; <sup>2</sup> illud apparuit quidquid de legatis suis esset, quidve de hostibus scire aliquid potuissent; subita re turbati, neque arma neque consilia capiendi spatio <sup>3</sup> relictæ, an hosti occurrerent, an castra defenderent, an <sup>4</sup> satem fuga quærerent incerti, stupidi hærebant. Cognita trepidatione hostium & fluctuatione hominum ac signorum; Romani milites & illorum perfidia & hortatu sui Ducis impulsæ castra pervadunt, pauci parati armatique resistere; alii autem <sup>5</sup> in finem omnes fugam arripuerunt. Immisso post eos equitatu magna horum in itinere strages fuit. dehinc agmine perpetuo ad confluentem Rheni ac <sup>6</sup> oræ delati, cum se metu insequentium in oppositum amnem injecissent & lassitudine & pavore, & impetu alvei superante demersi sunt. Ita pene omnes partim pugna, partim fuga, partim aqua consumpsit, cum essent milia hominum <sup>7</sup> quadraginta ac triginta. sua in castra reversus Cæsar incolumi exercitu, mirum dictu tanto ex bello paucis tantummodo vulneratis, cum legatos reliquosque, quos capi iusserat, invenisset, absolvi fecit, & quo vellent abeundi tribuit licentiam. Illi vero Gallorum propter <sup>8</sup> Attoritorum fines, iracundiam metuentes, apud Cæsarem residere mu-

1. Lege, *pridiani*.

2. Forte, *quam illis apparuit, quid delegatis suis esset, quamve de hostibus.*

3. Lege, *relicto*.

4. Lege, *salutem*.

5. Forte, *infamem*.

6. Forte, *Mosa*.

7. Lege, *quadringenta*.

8. Forte, *occupatos eorum*.

muneris instar optarunt, quos secum ille magnanimus concessa libertate detinuit.

Post hæc Cæsar modis omnibus Rhenum transire disponit, multæ eum impellebant causæ. Tres imprimis, nam & operæ pretium extimebat ut Germani qui cottidie in Gallias transire sibi consuetudinem fecerant; suarum metu rerum domi continerentur; ubi adverterent exercitum populi Romani posse & audere Rhenum transnatare. neque semper assuescere invadere; sed invadi etiam interdum. deinde quod pars illa Germanici equitatus; quam prædandi causa trans Mosam missam proximo prælio non interfuisse memoravimus, trans Rhenum audita suorum clade confugerat, seque Sicambriis adjunxerat; à quibus Cæsar cum per nuntios postulasset, ut eos qui Romanis simul ac Gallis bellum moverent, sibi redderent; responderunt, *imperium populi Romani Rheno terminari. Si Germanos in Gallia transire ad injuriam traheret, cur minus injuriosum duceret trans Rheni metas imperium extendere.* Quamquam barbarica ista responsio coloris<sup>70</sup> fortasse<sup>2</sup> aliud, sed nil penitus rationis habuerit, non enim trans Rhenum imperium petebatur, sed ut cis Rhenum injuriose gesta punirentur: nisi forte sibi<sup>3</sup> barboreis insolens usurpabat, ut qui ad eam confugissent, inviolabiles haberentur, <sup>4</sup> qui brevi non modo alios, sed seipsam salvam facere non potuit. Certius erat, quoniam Ubii soli ex Transrhenanis Romanorum in amicitiam recepti affectuosissime precabantur, ut eis Romanus imperator adversus Suevos, aut mitteret, aut ferret auxilium. Nam si forsitan<sup>5</sup> transferre non posset reipublicæ negotiis occupatus, satis abundeque illis esse præsidii in solius exercitus fama, quæ post devictum<sup>6</sup> Ariovistum atque ultimum hoc prælium confectum, tam late per extrema<sup>7</sup> Galliæ diffusa esset, ut sub ejus umbra nominis tutos se esse posse confiderent: Navium vero ad transitum affatim sibi esse non dubitaret. Et Cæsar iis quidem de causis ac fortasse aliis transitum exoptabat. sed transire navibus neque satis tutum, neque vel sibi vel populo Romano satis honorificum judicabat. animumque ideo ad structuram pontis intenderat, tametsi difficultatem maximam

P p p 4 flu-

1. Lege, in Galliam.

2. Lege, aliquid.

3. Lege, barbaries.

4. Lege, qua.

5. Forte, transferre se.

6. Lege, Ariovistum.

7. Forte, Germania.

fluminis impetus profunditasque & latitudo prætenderent. sed nil volentibus arduum. disposuit firmavitque vel nullo modo alio, vel ponte transire. vicitque omnem rerum perplexitatem operosissimi atque ardentissimi ducis industria atque obsequentissimi durus labor exercitus. Ponte igitur brevi tempore mira arte perfecto traduxit armatas legiones. Primusque Romanorum, sicut scriptum est, Germanos qui trans Rhenum incolunt, aggressus, <sup>1</sup> maximas effecit cladibus. sed sequor ordinem. Præsidio validissimo ab utraque pontis parte dimisso; primus illi post Rheni transitum in Sicambros fuit impetus, qui superbe Romani fines imperii Rheno amne præscripserant. Et pergenti multarum urbium legiones occurrerunt amicitiam pacemque petentium, quibus omnibus benigne respondens Cæsar obsides imperavit. Sicambri autem, ut est magna pars hominum verbis quam factis animosior, mox incepti fama pontis audita, quorundam qui apud eos versabantur, quibus Romana notior virtus erat, consilio atque hortatu, desertis urbibus cum fortunis suis omnibus in solitudines ac silvarum interiora confugerant. Cæsar hoc pridem tardum & difficile belli genus expertus, & plus tædii <sup>2</sup> iis quam periculi, tempus inutiliter non <sup>3</sup> tenendam statuit. Pervastatis ergo vicis rebusque hostium, quo vel ferrum potuit vel flamma pertingere, ad Ubios, hoc est ab hostibus ad amicos transit expectatus atque optatus. <sup>4</sup> ad eos vero moram trahens, propositum & consilia Suevorum didicit. ea erant hujuscemodi. Accepto enim transitu Romanorum, quorum fama virtutis jam cuncta compleverat, nuntios ad omnes suæ gentis circumquaque <sup>5</sup> diu rexerant. unum omnibus præceptum, ut urbibus atque opidis <sup>6</sup> de electis conjuges filiosque & quicquid eis carum esset in silvis, quæ immensæ illis erant, reconderent. viri omnes <sup>7</sup> arripotantes certo loco <sup>8</sup> Suvæ in medio ex omni undique regione confluerent. ibi Cæsarem expectarent, acieque configerent. Cæsar autem, <sup>9</sup> quam tamen nescio, sed opinioni tantum virum nil sine certa voluisse, contentus in præsens <sup>10</sup> ad suo Vibios obsidione liberasse: ac reipsa ostendisse

1. Forte, *maximis affegit.*

2. Forte, *esse.*

3. Lege, *terendum.*

4. Lege, *apud.*

5. Forte, *dirixerant.*

6. Forte, *relictis.*

7. Lege, *arma portantes.*

8. Lege, *Suevia.*

9. Forte, *quam tamen nescio ob causam, sed opinor tantum virum nil sine certa ratione.*

10. Forte, *adventu suo.*

diffe Germanis, Rheni transitu Romanos, neque metu neque difficultate prohiberi, quominus & amicis ferant opem & hostibus ultionem; non nisi decem octo diebus actis in Ger-72 mania, rediit in Gallias; pontemque post tergum fregit ne ab hostibus frangeretur.

Crescentibus indies bellis atque periculis; crescebat simul ducis animus, & 1 à tritu velut aurum splendidior fiebat, quove plus difficultatum eo & plus spei erat. In omnibus quidem bellis, quæ per eum in Galliis ad id tempus gesta erant, missa hostibus auxilia à Britannis agnoverat. Id indignans ad eos ire disposuit. Et quamvis extremum jam tempus esset æstatis, quæ illis in regionibus propter 2 vicinam Septentrionis est brevior; ne quid tamen otiosi temporis ageret, insulæ statum moresque hominum explorare statuit. Quod cum neque per 3 communes Gallos, quibus loca illa nondum 4 plena erant; neque per mercatores ipsos, qui non nisi 5 littoreas terras, easque non omnes, sed tantum Galliæ oppositas, adibant, non fieri posset, Gajum Volufenum una cum longa navi \* 6 eo quid agere velit illum ad momentum ire jubet. & cognitis illis 7 qui cognosci possent maturum ille reditum imperat. Is ad eum quinto rediit non ausus, ut dicebat, in terram egredi, neque se fidei barbarorum credere & tantum exterius visa renuntians. Hæc ita communis quidem habet historia. habeo tamen non ignobiles auctores qui Cæsarem per seipsum portus & navigationem, & accessum ad insulam explorasse confirmant. quod ut credi posset ipse ducis animus facit & similis aliis in rebus audacia. Cæterum seu per alium seu per se cognitis, quæ cognosci poterant, ipse in extremum Galliæ angulum, unde brevior in Britanniam est transitus, quo jam se cum exercitu contulerat, classem omnem contrahi imperat: Et qua Veneto in bello usus erat anno altero; & quæ amicis ex regionibus interim redacta ingentem navium numerum expleverat. Et jam fama Romanorum à Germanis transiverat ad Britannos. & præsens insuper apparatus late metum sparserat. Ita-73 que multarum insulæ civitatum nuntii Cæsarem adeunt, & obsides & obedientiam promittentes. hos benigne suscipiens,

P p p 5

&amp;

1. Lege, *attritu.*
2. Lege, *viciniam.*
3. Lege, *homines.*
4. Forte, *cognita.*

5. Lege, *littoreas.*
6. Locus corruptus, Vid. Cæf. lib. iv. cap. 21.
7. Lege, *quæ.*

& sereno vultu & miti oratione profequitur, hortatus ut in proposito perseverent domum remittit & cum eisdem <sup>1</sup> communi consilii magni virum; inque oris illis omnibus auctoritatis eximiae ac spectatae <sup>2</sup> sibi non fidissimum, ut rebatur. Quo merito Attrebatibus victis regem illum imposuerat: per quem urbibus Britannicis persuadere <sup>3</sup> mittitur ut ratione fidei se committant, suumque illis nuntiet adventum. Venerunt & magnae partis Morinorum nuntii excusantes suae gentis errorem, quod adversus populum Romanum propter suam <sup>4</sup> imparatam ac turbidam barbariem rebellassent, <sup>5</sup> mox vitio, non odio animorum, & petentes veniam & poenitentiam offerentes. id pergratum Caesari fuit, quod in Britanniam transiturus bellum invitus post terga dimitteret, neque curae Britannicae praefendum aliud extimaret. Impositis igitur multis obsidibus, petita concedit, classe autem sicut diximus collecta, dum ad transitum se praeparat, curam portus ac custodiam Publio Sulpitio Ruffo committit, cum eo quod sufficere visum est praesidio. Residuum copiarum in Menapios mittit, atque in eam partem Morinorum, unde (quod rebellionis indicium apparebat) nulli ad eum nuntii venissent. his Titurium Sabinum & Lucium Arunculejum Cottam praefecit. Dies interea navigationi aptus affuit. cumque de littore Gallico profunda nocte solvisset, proximae lucis hora quarta Britannicum littus attigerat. plenumque illud armatis hostibus conspicatus, praeruptaque rupes pelago impendentes, unde reli jactus aut lapidis usque ad naves facile perventurus esset, substitit parumper, expectans suos qui lentius veniebant. sic in anchoris usque ad horam <sup>74</sup> diei nonam stetit. tunc affecutus omnibus, legatisque & tribunis militum, ac magistris navium <sup>6</sup> vehementis admonitis, ne qua esset aut bellicis aut maritimis rebus mora; sed ad nutum omnia <sup>7</sup> dicto explorentur. Vento & aestu fretus idoneo, convulsis anchoris, ad septem milia passuum procul inde plano in littore tota cum classe constitit. At Britanni, intellecto consilio, praemissis equitibus atque esedis, quibus in bello uti consueverant, pari velocitate locum occupant; consequuntur equitatum turbae, ita omnes

CO-

1. Lege, *Commium*.2. Forte, *sibi*que. vel, *sibi autem*.3. Forte, *niritur*, ut *Romanae*,4. Lege, *imparitam*.5. Lege, *morum*.6. Forte, *vehementer*.7. Forte, *dicto citius*.

copiæ egressuris se Romanis objiciunt. Erat plane descensus in terram difficillimus propter aquæ altitudinem, sine qua magnæ naves esse regique non poterant. Et si qui è navibus exivissent, <sup>1</sup> & sicco de litore, aut ex vadis humilioribus excipiebantur hostium occurſu. & ubi stare difficile erat, cogebantur iniquo Marte certare, unde non immerito Romani territi ac turbati & locorum inſcii & ejuſmodi prælii inexperſi ſolito ſegnius pugnant. Quod ut Cæſar vidit; longas naves ab <sup>2</sup> alta claſſe ſecerni & remis ad litus applicare imperat, atque inde omnium genere miſſilium hoſtem pelli; quem ipſe navium aſpectus & magnitudine & remorum ſtrepitu inſuetum talibus exterruit. Ubi autem ſagittarum <sup>3</sup> imbris ac tonitrua tormentorum in hoſtilem aciem incidere: parumper referre pedem, hoſtes inceperunt. nec dum tamen Romani ſeſe undis credere auſi, ipſis è puppis præliabantur, donec aquilifer decimæ legionis, quam amabat Cæſar, alta deos orans voce, ut feliciter legionem ſuccederet quod parabat, verſus ad comites: *deſilite inquit in fluctus, & ſequimini me commilitones mei, quicumque non vultis hanc aquilam hoſtibus illudendam tradere. Si viri eſtis proſpera cuncta provenient, ſi minus, ego ſaltem debitum meum rei publicæ* <sup>4</sup> à Romano imperio bona perſolvero. hæc exclamans medios in fluctus mira alacritate <sup>5</sup> diſſiluit. <sup>6</sup> Attigit ut pri-<sup>75</sup> mum terram pedibus attigit, grefſu rapido ferre aquilam in hoſtes cœpit. virtutis exemplo & nobiles incitati omnes, non ſolum qui in illa, ſed qui in cunctis erant navibus in undas atque inde in hoſtes ruunt. pugna atrox exoritur, duraque, anceps, & Romanis adverſa propter locorum iniquitatem. Poſtquam vero terram omnes <sup>7</sup> attingerent: collecti in unum & reducti ad ſolitum pugnæ genus, alio impetu inveſti fuderunt adverſarios; fuiſſet clarior victoria ſi ad inſequendum profugos equitatus in tempore affuiſſet; tanta fuit tamen, ut Britanni hoſtium ſuoque caſu territi, legatos ad Cæſarem mitterent & deditiõnem & obſides & quidquid victoribus victi debent offerentes, cum iis & Comius rediit, quem ad eos, ut diximus, præmiſſum & commiſſa edere incipientem vinculis aſtrinxerunt: nunc ſolutum

re-

1. Lege, ii.

2. Lege, alia.

3. Lege, imbres.

4. Forte, ac Romano imperio mun-

nus.

5. Lege, deſiluit.

6. Lege, Atque.

7. Lege, attigerunt.



remittentes, violati culpam in multitudinem reflexerunt, & errori publico veniam petierunt. Quibus Cæsar acriter increpitis, quod pace per legatos ultro expetita & obtenta, bellum intulissent, hostilia in amicos ausi, veniam tamen supplicibus non negavit, quam negare nec noverat nec solebat. partim datis partim promissis obsidibus pax conventa est. principes Britannorum turbas ad agriculturam reverti jusserunt, ipsi seque suasque urbes <sup>1</sup> Cæsar insinuare omni studio satagentes. Paulominus festinatio unum mihi virum abstulit, quem in medium virtus ejus & fama restituent. is est Marcus Cæsius <sup>2</sup> Scena miles Cæsaris, qui hoc ipso, quem præmissimus, ad insulam appulsu, scopulum littori proximum plenum turbis hostium contuens cum quatuor tantum <sup>3</sup> commilitonique cimbam eo transvectus, egregia paucitate barbaricam multitudinem est aggressus. cumque inter pugnandum, æstus æquorei refluxu, interstitium illud quod scopulum ab insula dirimebat <sup>4</sup> aquis exornatum transitum non negaret; atque ideo barbarorum ingens copia suis auxilio advenisset; <sup>5</sup> relans quatuor justo pavore perterritis, & abjectis, vel oranti forsitan socio dimissis pilis, solus <sup>6</sup> Scena contra hostium aciem stetit immobilis, & sua & comitum unus quinque militum pila in hostium membra, nullo in cassum eunte jaculatus, tandem omnibus <sup>7</sup> assumptus, stricto obvios mucrone, unumquemque ut se primus obtulerat; nunc scuto nunc gladio excipiens ac prosternens; diu utrique partium admirabile præbuit spectaculum: & tot milium in littore dimicantium ad se unum intuendum oculos atque ora convertit. Cum jam denique, non ut in armatum virum, sed ut turrim munitam omnis nisus, ira, pudorque hostium in furorem versus incumberet; jamque femur ingenti transfixus telo & <sup>8</sup> multum saxo concussus gravi; clipeoque & galea ictuum vi disjectis, gladio ad extremum fracto, pilisque ut est dictum omnibus non perditis, sed impensis egregie, pene jam exarmatus, tamen lorica gravis duplici, se in undas, sua opera hostium sanguine rubicundas injecit, ac reversus ad

1. Lege, *Cæsari*.2. Lege, *Scæva*.3. Lege, *commilitonibus cimbam*.4. Forte, *exornatum*.5. Lege, *reliquis*.6. Lege, *Scæva*.7. Forte, *consumptis*. vel, *absumptis*.8. Puto, *vultum saxo concussus*.

ad suos, unde gloriam merebatur, veniam postulavit: nempe cum Cæsarem conspexisset: *Parce*, (inquit) *optime imperator, arma perdidisti*.<sup>1</sup> & ille summus extimator meritorum, cujus sub oculis gesta res erat, & facta viri fortia & verba magnifica centurionatus honore<sup>2</sup> reincidit per hos dies res parva quidem dictu, sed eventu magna ac periculosa. Naves in Galliis dimissæ quibus inerat equitatus, paucis post Cæsarem diebus secundo<sup>3</sup> funem vento fuderant. cumque Britannicis jam littoribus propinquitates in conspectu suorum essent; tantis repente tempestatibus conquassatæ sunt, ut omnes undique spargerentur, & aliqui unde venerant violentia pelagi verterentur; aliæ ad aliam partem insulæ summo cum discrimine<sup>4</sup> cogerentur. Quin etiam naves aliæ & longæ & ornariæ in quibus exercitus erat, quamvis littori hærentes, sic procellis tumescentibus avulsæ atque oppressæ sunt, ut<sup>5</sup> Romani audaciam mundi finibus non contentam extraque orbem bella quærentem, terræ limes ultimus castigare videretur Oceanus. Denique sic disjectæ omnes; sic perditis armamentis aut fractæ aut inutiles redditæ videbantur, ut merito hæc inter adversitates Cæsareas numerentur. Qua de re consternatio ingens, ac mœstitia totius exercitus consecuta<sup>7</sup> nam neque alia classis qua redirent erat, neque ad hanc ipsam reparandam vel materia vel facultas: & in Gallia hibernandum esse; & Britannia hibernari propter frumenti inopiam non posse constabat. & præterquam quod res per seipsam tristis erat, accedebat & altera dolendi causa ac timendi. Siquidem Britannia principes quos in fidem Romanorum, non amor sed pavor attraxerat, omnia illis deesse cum cernerent, naves, equites, frumentum, nec stare illos posse diutius, nec abire; eorum quoque paucitatem castrorum ex angustiis metientes, quod neque equitatus neque impedimenta, sed solæ ibi erant legiones: conceperunt spem ut sit ex alienis malis, ac rejectis adulationibus quibus Cæsarem cœperant promereri, cogitantes quod si eum superarent, aut opprimerent; nemo amplius bellator in Britanniam trajiceret; habito de his rebus inter se colloquio,

1. Forte, *at*.  
 2. Lege, *remuneravit*. *Incidit*.  
 3. Forsitan idem est, quod Virgilius ait 1. Georg. *convellere funem à terra*. infra ait: *funem solvit* unde dubito, an hic legi debeat:

*solverant*.  
 4. Lege, *agerentur*.  
 5. Lege, *onerariæ*.  
 6. Lege, *Romanorum*.  
 7. Adde, *est*.  
 8. Lege, *nam in*.

quio, rebellarunt. Cæsar nondum conjuratione patefacta; ex <sup>1</sup> adulatione tamen obsidum, qui promissi erant, ex ad-  
 versitate <sup>2</sup> prætereaque sibi acciderat, mutatam cum fortu-  
 na fidem barbaricam cogitabat. Sed nulla re decipi pote-  
 78rat supra humanum modum altus animus & invictus. fru-  
 menta igitur ex agris vicisque omnibus in castra quotidie <sup>3</sup> &  
 navibus, quæ irreparabiliter quassæ erant, dissolutis, ex ea  
 materia alias refici; & quod deerat ex Galliis convehi fa-  
 ciebat. idque tanta ducis sollicitudine, tanto militum studio  
 gestum est, ut ex omnibus non amplius quam duodecim in  
 totum perditis reliquæ ad navigandi usum reparatæ in an-  
 choris starent. Sic quasi <sup>4</sup> reddita advia animos militum  
 providentia sui ducis erexerat. <sup>5</sup> Illuc assidue frumentatum  
 pars exercitus. contigitque die quodam, ut legione septima  
 ad id ipsum de more profecta; barbari, qui eo venturam  
 ex ordine cogitarent, quod jam aliis in partibus inventa  
 frumenta præcedentibus diebus abstulissent, nocturnis eam  
 præstolarentur insidiis: cum tamen nulla suspicatio belli es-  
 set, sed ruricolæ passim & in agris vagarentur, & Roma-  
 nis in castris libere versarentur; legione autem conspecta è  
 silvis eruperant, eamque equis & effedariis circumdederant.  
 quibus eo tempore sic utebantur, ut & levitatem equitum  
 præstarent & peditum firmitatem. Et jam legio impetum  
 numerumque hostium sustinere vix poterat; <sup>6</sup> dum castro-  
 rum custodes Cæsarem certiozem faciunt pulverem solito  
 majorem ab ea, quo legio profecta erat parte consurgere.  
 statim quod erat augurio animi apprehendit, arreptisque ar-  
 mis illic properans cum parte exercitus invenit legionem in  
 ultimis laborantem. non fuit opus prælio. sola Cæsaris  
 præsentia suis metum, hostibus victoriam eripuit. Sive au-  
 tem hora serior diei, sive <sup>7</sup> alia eum causa tenuerunt, suos  
 liberasse periculo contentus intactis hostibus castra repetiit.  
 79proximis diebus tantæ fuerunt tempestates ut Romanos <sup>8</sup> sub-  
 tentorii Britannis in opidis detinerent. Post hæc non <sup>9</sup> de-  
 stituerunt hostes per legatos ad bellum totam insulam conci-  
 tare, & Romanorum paucitatem & prædæ magnitudinem  
 di-

1. Lege, *dilatione.*  
 2. Lege, *præterea quæ.*  
 3. Deest *convehi.*  
 4. Forte, *reddita vita.*  
 5. Lege, *ibat.*

6. Lege, *cum.*  
 7. Lege, *alia eum causa.*  
 8. Lege, *sub tentoriis, Britannos.*  
 9. Lege, *non destiterunt.*

divulgare: Insuper & oblatam cœlitus, & minime respuen-  
dam perpetuæ libertatis occasionem. quorum cum fidem pu-  
blicam invenisset <sup>1</sup> Assercio, equitum & peditum turba in-  
gens ad Romana castra confluit. contra quos Cæsar in a-  
ciem legiones eduxit & proelio victor profugos insecutus,  
omnes fudit, plurimos interfecit, incensisque late finibus in  
castra remeavit. Secutæ sunt legiones hostium pacem ve-  
niamque petentium. quibus Cæsar propter perfidiam obsides  
duplicavit, eosque in Gallias duci iussit. quo ipse naviga-  
tione prospera est reversus. Duæ ex omnibus, à reliquis  
vento abstractæ & ad littus aliud delatæ erant. è quibus cum  
trecenti egressi in terram ad Romana castra properarent,  
Morini <sup>2</sup> quidam quos placatos Cæsar arbitrabatur, non  
tam odio quam spe prædæ in itinere hos invadunt; edicunt-  
que ut si mori nolint arma deponant. Romanis in orbem  
collectis resistantiamque parantibus, clamor ortus ad sex mi-  
lia hominum contraxerat. quos omnes quatuor horis & eo  
amplius paucitas Romana sustinuit, proque paucis <sup>3</sup> pulve-  
ribus multas mortes reddidit. Ac cum Cæsar qui non longe  
aberat rem sensisset, auxilium suis ferens advolavit. Quo  
conspicito ad fugam reversi hostes & ad magnum numerum  
cæsi sunt. Die insequenti Cæsar Labienum cum legionibus  
secum <sup>4</sup> est Britannia reversus in Morinos rebellantes misit.  
qui cum propter temporis siccitatem solitum paludum rece-  
ptaculum amisissent, ferme omnes ad obedientiam rediere.  
Titurius autem Sabinus & Arunculejus Cotta legati alii in  
Menapios missi, <sup>5</sup> hos non inventis quos silvæ protexerant,  
incensis ædificiis ac vastatis, ad Cæsarem sunt reversi. Ipse  
autem in Belgis exercitus totius hiberna disposuit. eo dua-  
rum non amplius urbium Britannia venerunt obsides, aliæ  
omnes & Romani ducis imperium & propriam fidem ac  
præmissa contempserant. <sup>6</sup> Romæ ut erant Romæ cognitæ,  
senatusconsulto viginti dierum supplicatio instituta est res à  
seculis inaudita.

Annuo de more Cæsar ex hibernis in Italiam <sup>7</sup> venit. Pe-  
ractis conventibus Cisalpinæ Gallia, quod anno altero in a-  
nimo habuerat ad Illiricum perrexit, ubi compositis qua-  
rundam

1. Lege, *assertio.*

2. Lege, *quidem.*

3. Lege, *vulneribus.*

4. Lege, *ex Brit. reversis.*

5. Forte, *his.*

6. Forte, *His rebus.*

7. Lege, *veniens.*

rundam motibus civitatum, parvo temporis lapsu magnum viæ spatium <sup>1</sup> emerfus, per Italiam in ulteriorem Galliam ad exercitum rediit. id quod discedens jusserat, classem amplius quam sexcentarum navium invenit instructam. collaudata militum industria & operibus præfectorum fide, classem ipsam ad portum, Icium tunc nomine, triginta tantum passuum milibus <sup>2</sup> ad insula semotum, quo nullus est aptior deduci imperat. Ipse autem <sup>3</sup> omnia in Treviros proficisci statuit. quod eos nec <sup>4</sup> consilia frequentare notaverat, nec imperia excipere. Ad hæc Germanos ab eis sollicitari fama erat, quum ea civitas proxima Rheno est; omnium tamen Galliæ civitatum, equitatu præsertim, potentissima. Erant in ea urbe ut assolet duo de potentia & prioritate certantes. horum nomina erant Indiciomarus & Cingetorix. Primus audito Romani ducis adventu, equitum, peditum, quam maximas potest copias, atque omnia bello apta summo studio parabat. reliquam turbam, sexu vel ætate fragilem intra Arduenam silvam densissimam atque ingentem cum rebus fortunisque <sup>5</sup> omnium abdidit, ut curis aliis expeditior bello operam daret. Alter vero, contrario ut in talibus fieri amat consilio, statim Cæsari fines ingredienti sese obvium & obsequio promptum tulit. quem cum multi & ipsius amore, erat enim carus populo, & Romani exercitus timore sequerentur, cognovit Induciomarus se delusum & ab omnibus facile se posse destitui. Non animo ergo, sed consilio mutato sese Cæsari per nuntios excusavit, quod ad eum ab initio non venisset, ne principibus simul digressis, plebs per <sup>6</sup> justitiam falli posset, & à Romana fide pravus fortasse consiliis impulsus discedere. Cæterum se & civitatem ipsam in arbitrio suo esse, seque ad eum si præceperit, venire prono animo paratum. Cæsar quamquam non ignarus unde hæc dicta procederent, ne tamen tempus in Treviris tereret venire illum ad se jussit cum ducentis obsidibus, in quibus & filius ejus fuit & propinqui aliquot, quem venientem <sup>7</sup> levi oratione complexus ad Romanæ amicitiae perseverantiam cohortatur; cum primum esset ad amicitiam exhortandus. Trevirorum tamen primoribus nominatim Cingeto-

1. Lege, *emensus*.  
 2. Lege, *ab*.  
 3. Forte, *omnino*, vel potius, *an-*  
*sea*.

4. Lege, *conclia*.  
 5. Forte, *omnibus*.  
 6. Forte, *infcitiam*.  
 7. Lege, *leni*.

getorigem commendavit, non modo quia ille sit meritus 1 sed quia & sibi expediens videbatur amicum suum & populi Romani sua in patria multum posse, optimisque omnibus carum esse. Enimvero Indiciomarus eam rem tulit ægerime; tantum sibi populariter gratiæ demi sentiens, quantum adversario accessisset; quique animo inimicus erat, hanc ob causam multo etiam inimicior factus est. Cæsar ex Treviris ad illum quem dixi portum Icium venit cum exercitu. illic classem totam præparatam reperit, præter sexaginta naves quæ in Meldis factæ erant, quasque à reliquis procellæ maris averterant, atque ad littus unde solverant refecisse 2 ferebantur. florem quoque totius Gallici exercitus invenit quatuor milia. erant omnes fere principes Galliarum. quorum partem illam, quam sibi fidam rebus senserat, dimittere in animo habebat, reliquos omnes secum loco obsidum in Britanniam trajicere. hujus consilii causa erat, quoniam verebatur ne qui motus se digresso in Gallis 3 oriretur. quos præsentia fidelium & absentia perfidorum reprimi posse 4 arbitrabatur. Erat inter alios Domnorix Æduus frater Divitiaci hunc Cæsar ante alios secum ducere instituerat, quod & cum magnæ apud suos opinionis esse noverat, & in Romanos pessimæ voluntatis: Sic ut interdum sicut supra diximus de ejus supplicio cogitasset. adhæc illum in consilio suorum jactasse constabat, delatum sibi à Cæsare patriæ suæ regnum, quam 5 per superbiam sui cives iniquis tulere animis, sed potentiæ suæ metu queri apud Cæsarem non atdebant. his ex causis instabilem virum & natura novis semper rebus intentum, & hostilis animi post se dimittere expediens minime judicabat. Contra ille ut dimitteretur instabat, atque obnixus orabat, frivolas prætendens precibus rationes: hinc metum maritimi fastidii; quod tam parvo maris spatio utique magnum esse non poterat; hinc religionem nescio quam suam, qua se navigare prohibitum assererat. Cæsar qui non minus animum quam vultum loquentis aspiceret, petitionem injustam constantissime repulit. Ille indignans circuire principes, ac terrere, & ne qua ratione Cæsarem sequerentur 6 hortari enim *callido consilio id agi, ut Gallia suis principibus spoliata facilius jugum Romanæ servitutis exciperet;*

Qq q

du-

1. Forte, ferebantur.

2. Lege, orirentur.

3. Lege, arbitrabatur.

4. Lege, eum.

5. per videtur delendum.

6. Lege, hortari: callido enim.

ducere illos secum velle, non quod illis egeat; sed ut quod in Gallis non auderet; trans mare deductos interficiat. movebant hæ voces infirmorum animos. ita ut aliquos juramento astringeret, quæ communi patriæ utilia essent, ut communi consilio gererentur. neque in omnibus Romanorum imperio ut Deorum pareretur. Nihil horum Cæsarem latebat. Verum adeo Divitiacum <sup>1</sup> diligebat; ut in illius fratre atque illorum cive, non justitiam sed clementiam exerceret neque suppliciiis; sed nunc minis, nunc blanditiis niteretur illum ab <sup>83</sup>iniquissima intentione retrahere. Id cum frustra esset; ad eam curam vertit animum; ut omnia sibi illius consilia nota essent. proinde cum jam prope mensem ventis navigatione dilata, votiva demum tranquillitas affulisset; exercitum naves conscendere Cæsar imperavit. multisque dolentibus, unus omnium Domnorigis imperium detractare ausus cum equitibus Æduis <sup>2</sup> classem castris egreditur; & patriam versus iter arripuit. Quod cum Cæsar audisset, navigatione rebusque omnibus posthabitis, equitatus partem illum sequi <sup>3</sup> reducere; sin autem resistat, occidere præcipit. Ille cum equitibus affectis redire ad Cæsarem juberetur, contumaciter obstare & fidem comitum implorare, seque & liberum & libera ortum in patria proclamare. equites Romani; ut jussi erant vociferantem seque manu protegentem circumeunt & obruncant. Equites autem Ædui duce amisso ad Cæsarem an volentes an inviti redeunt.

Post Domnorigis æquo amplius dilatam cædem, ad navigationem intermissam Cæsar animum reflexit. Et relicto in Gallis Labieno cum tribus legionibus & duobus milibus militum, qui & <sup>4</sup> portis defenderent, & exercitui oportuna transmitteret. & si quod <sup>5</sup> non illis in terris emergeret, consilium tempori ac rebus idoneum non <sup>6</sup> deesse. Ipse occidente sole funem solvit; & prospero usque ad mediam noctem vento usus; & tunc tandem destitutus æstu impellente destinatum iter prætermiserat; die demum proximo ad illud ipsum littus ubi anno superiore descenderat sub meridiem est perventum, neque ullus hostis ibi inventus. multi quidem fuerant, sed ut ex captivis est cognitum, tam numerosa tamque instructa classe conspecta, stupore ac metu præurgente diffu-

1. Videtur addendum, *Æduosque.*

2. Lege, *clam.*

3. Addendum, *et.*

4. Lege, *portus.*

5. Lege, *novi.*

6. Lege, *deesset.*

diffugerant, atque in montana conscenderant. Quod Cæsar intelligens, edoctusque ubi essent, castra metatus in littore, & præsidio castris ac navibus imposito, ad quærendum hostes rapit exercitum, quibus per noctem appropinquans, mane illos in conspectu habuit. Illi vicissim hostibus occurrentes & ad ripam annis altiore de loco impetum facientes, ab equitatu Cæsareo fusi sunt, in silvasque refugerunt. Ibi locum natura validum truncis ac transversis arboribus validissimum effecerant. eo tamen septima legio penetravit & quasi feras lustris ferro expulit. At dum profugos longius sequi veller; propter locorum imperitiam à duce prohibita est. Hic quoque tempestas altera Romanam classem vexavit, ut se contemptum à gente mediterranea; penitus indignari atque irasci videretur Oceanus; & cœlestis ira terrefcere rursus pervicaciam coërceret. Non enim tantummodo <sup>2</sup> animi alterius æquavit incommodum sed transcendit. Quod ubi <sup>3</sup> Cæsar à Quinto Atrio, quem classi præfecerat, nuntiatum est, illico legiones quas ad insequendum quærendumque hostem miserat, ex itinere <sup>4</sup> provocavit. omissisque curis aliis ad instaurandam classem totum animum adjecit; ut nocturno pariter ac diurno militum labore <sup>5</sup> accepta calamitati sua jugis cura subveniat. Et primo quidem in subducendis navibus & cum castris uno ambitu concludendis decem dierum tempus expendit; ne quod vel à mari interim vel ab hostibus paterentur. Dehinc in eisdem reparandis quantum fieri posset non fabros tantum, qui exercitum sequebantur, sed accersitos ex Galliis fatigavit. Neque aut cura ducis, aut opera ministrorum fieri potuit, quin quadraginta naves irreparabiliter <sup>6</sup> periissent. Sic victorem hominum natura vincebat. scripsit præterea Labieno quem cis mare dimiserat, ut legiones sibi commissas extruendis classibus exerceret. Rebus adversis utcunque compositis dux quietis impatiens ad solitas curas rediit & munitis castris & subductis intra vallum navibus, relictoque illis ut prius præsidio, ad hostes ire contendit. sed eos <sup>7</sup> ad miris auctos modis comperit, unum in locum confluentibus omnibus illorum copiis & duce electo; cui Casmellanio nomen fuit; hic

Q q q a

bel-

1. Lege, *terrestrem.*
2. Lege, *anni.*
3. Lege, *Cæsari.*
4. Lege, *revocavit.*

5. Lege, *accepta.*
6. Forte, *perierint.*
7. Forte, *jam.*



bellicosus erat vir. semperque cum proximis debellare solitus. sed nunc majori externo bello territi Britanni, <sup>1</sup> seu discordes canes, viso lupo concordaverant. Omissisque domesticis bellis in Romanos versi, omnes huic uni viro velut omnium fortissimo, & insulæ totius imperium & ducatum belli unanimi deliberatione contulerant. Multa quidem apud scriptores de Britannorum moribus locus hæc continet, quæ sciens eadem ratione prætereo; qua præterii Suevorum. mutata sunt omnia. Ecce enim exempli gratia, ita de iis scriptum est. leporem, gallinam atque anserem gustare fas non putant, quorum certe hodie non gustum modo, sed nec usum respuunt. <sup>2</sup> Omittit illa stultiora de moribus. ad res gestas redeo. Est Tamesis Britannicæ fluviorum primus, qui Trinoventum olim; nunc Londoneas insulæ illius urbem regiam <sup>3</sup> aluit. amnis est autem uno tantum ut ajunt loco, pedibus cum difficultate vadabilis. eo cum Casmellanus magnas copias contraxisset, supervenit ad locum Cæsar, hostibusque conspectis in adversa ripa præmissis equitatu & legionibus sequi jussis; vix credibili fervore amnem transit; cum ex <sup>4</sup> aliquis non nisi capita peditum extarent, ut qui aquis madebant, sanguine siccos madefacerent, atque in fugam verterent. Et ut multa paucis expediam, circa hæc loca, plurima per id tempus variis quidem casibus gesta sunt prælia, uno tantum semper eventu. ubique Romani victores <sup>5</sup> non sine periculis licet multis ac gravibus, quod se hostes silvarum præsidio tuerentur, & arrepta occasione è latebris erumpentes sæpe Romanas invaderent legiones, seque illæsos unde venerant armorum levitate reciperent. Casmellannus ipse Britannici belli dux, aperti prælii spe amissa, omnem in silvis atque insidiis spem <sup>6</sup> locaret. & dimissis equitibus atque peditibus, solis effedariis utrorumque officia præstantibus utebantur. Nunquam tamen ille patentibus sed perplexis ac difficilibus sese locis credere ausus, ex abdito Romanorum actus atque itinera observabat, cum in aciem elici nullo posset ingenio, <sup>7</sup> adjuratque eum natura ipsa locorum usquequaque silvestrium. Hac Casmellanni diffidentia mutari status animorum cœperat, cogitantium aliquid magnum

1. Lege, *cen.*2. Lege, *Omitto alia,*3. Lege, *alluit.*4. Lege, *aquis,*5. Forte, *licet non sine periculis multis.*6. Lege, *locarat.*7. Lege, *adjuraretque,*

gnum esse quod eorum fortissimus sic timeret. Itaque Trinovantes; quorum urbs totius insulæ ea etiam tempestate firmissima ferebatur, sese Cæsari spontanea deditioe commiserant. hi regem habuerant, quem Casmellannus occiderat. hanc deditioem accepit Cæsar alacriter, obsidibus imperatis ac frumento, quæ illi late & celeriter complevere: nihil aliud <sup>1</sup> petens quam ut occisi regis filium ab occisoris crudelitate protegeret. Qua in re Cæsar precibus non egebat, quum adolescens ille jam inde sibi ab initio carus erat; nempe qui ut manus sui hostis evaderet, ad eum adhuc in Gallia existentem supplex accesserat, susceptusque erat in gratiam. Trinovantium exemplum secutæ quinque urbes aliæ se consimiliter dederunt. Ab his edoctus Cæsar qua in silva Casmellannus locum munitissimum, & <sup>2</sup> obicam cæsarum arborum ac paludum pene inaccessibilem haberet; atque ubi se tutiorem quam ullis in urbibus extimaret, his ipsis ducibus ad eum pergit. quem cum aliquantulum defendissent qui ad custodiam deputati erant; fuga <sup>3</sup> tamen præcipiti <sup>4</sup> relinquere; in qua multi hostium comprehensi occisique sunt. multumque ibi pecoris inventum; locus expugnatus effractusque. Casmellannus his permotus rebus, quatuor Britannæ regulos, qui partes extremas insulæ regabant, per legatos ad soli natalis auxilium invitat. jubet ut Romanam classem & <sup>5</sup> castris per ducis absentiam indefensa quantis possint viribus invadant; parent illi, seu patriæ caritas, seu jussus superioris urgeret. cumque ad castra venissent, erumpentes Romani, multis occisis, & uno regum capto, cui Legotorix nomen erat, intra vallum sospites rediere. quo eventu & præsertim deditioe urbium <sup>6</sup> magni ac magis Casmellannus animo concussus, ac <sup>7</sup> diffusus bello, pacem petiit, deditioem obtulit, & per Comium Atrabatem, quem ille in amicis, Cæsar inter fidos, numerabat, veniam impetravit. Cum enim Cæsaris esset intentio in Gallia hibernare, & jam finis prope esset æstatis, quæ multo ibi est brevior, quam in nostro orbe, mentionem pacis non invitus audivit, ne per hiemem intra insulam teneretur. Contentus reges vicisse ac cepisse, ac tributariam

Qq q 3

fecif.

1. Lege, *petentes.*2. Lege, *obicem.*3. Lege, *tandem.*4. Lege, *reliquere.*5. Lege, *castra.*6. Forte, *magis ac magis.*7. Lege, *diffusus.*

fecisse Britanniam, tributum annuum imposuit, obsides imperavit. Nam ut elegantissime ait Florus; *non provinciæ, sed nomini studebatur.* In cunctis obtemperatum. illud expressum dedito <sup>1</sup> imparatum, ne qua in re Trinovantibus, aliisque <sup>2</sup> deditiois Romanorum, ante alios Mandubracio <sup>3</sup> occiso regis filio noceatur. His explicitis, ad littus & ad classem rediit, navesque ut jusserat reparatas inveniens, conscendit cum exercitu & ingenti captivorum turba proximis præliis intercepta. Cumque Britannico de littore secunda vigilia movisset, ad Gallicum littus omnibus cum suis incolumis die proximo illucente, pervenit navigatione prosperima, quasi vel discessu gauderet Oceanus, qui doluerat de adventu; vel ut Florus idem ait, *se imparem fateretur, suo blandiens domitori.*

88 Hic vero parumper hæsit prosperitatis impetus Cæsareæ. Erat eo forte anno propter cœli ariditatem frumenti præter solitum inopia. Ea res Cæsari persuasit ut legiones per hiberna distraheret, ne conjunctæ urbem unam aut alteram prægravarent. Quæ distractio reipublicæ pene totius in perniciem vertit. Sic fortuna interdum sapientissimorum <sup>4</sup> quorum hominum consilia versat ac dissipat. Erant quidem legiones præter unam, quamvis ab invicem sejunctæ, omnes tamen infra centum milia passuum, ut si necessitas ingrueret altera alteri opem ferre haud sane difficile viderentur; & præerant simul legionibus singuli legati. unam ex omnibus Transpadanam legionem in Eburones mittens cum quinque cohortibus, duos illi, quorum in præcedentibus mentio est habita, Quintum Titurium Sabinum, & Lucium Arunculejum Cottam legatos attribuit: forte ideo, quod aut minus <sup>5</sup> novo fideret legioni, aut suspensionem haberet <sup>6</sup> fide gentium illarum, Rhenum inter <sup>7</sup> Mosam degentium: quibus tunc in locis Ambiorix, vir <sup>8</sup> quidem callidissimus ac pessimus, simulque Cavalcus vir simplicior <sup>9</sup> insperabant. sed Ambiorix otioso (ut sæpe accidit) collega negotia publica ventilabat. ambo tamen venientibus legatis obvii processerunt, & frumenta & quæ usui essent legioni convehiverunt.

1. Lege, *imperatum.*  
2. Lege, *deditiois.*  
3. Lege, *occiso.*  
4. Forte, *quoque.*  
5. Lege, *novæ.*

6. Lege, *fidei.*  
7. Forte, *Mosamque.*  
8. Lege, *quidam.*  
9. Forte, *imperabant.*

verunt. Sed ut sunt mobilia quorundam hominum ingenia. 1. mex acceptis 2. nuntios Induciomari Trevirensis, qui Cæsarem & Romanos oderat; ab obsequio ad rebellionem animos converterant. Itaque popularibus instigatis & suum in propositum adductis, jam aperte inimicitias exercere ausi, Romanis 3. colonibus circumventis, quasi magno prælio victores protinus ad castra prodeunt oppugnanda. quibus egregie non defensis modo; sed emissu equitum 4. victis hostibus ac repulsis, Ambiorix vincendi spe privatus, ad fallendi spem conversus, exclamat ut sibi aliqui ad colloquium mitterentur; esse enim qui de rebus communibus loqui velit; posse litem colloquio diffiniri. Mittuntur duo, Romanus unus, alter Hispanus à Cæsare ad ipsum Ambiorigem mitti solitus. Hos Ambiorix sic alloquitur. Ego (inquit) Cæsari pro suis in me meritis multum debere profiteor. Ipse nam memini, omni eo, quod vicinis meis pendere 4. soleo, tributo me annuo liberavit. Ipse mihi filium ac nepotem, quos illi obsidum sub nomine habebant in vinculis, remisit. Nunc ego quod hic de oppugnatione castrorum accidit non meo consilio, sed patriæ imperio gestum est. Quicquid feci contra Cæsarem coactus feci. ita enim sum dominus, ut non plus ego in populo, quam in me populus meus possit. Neque vero ipsa hoc civitas ex se facit, sed coacta similiter. quo cogente, si quaeritur: consilio certe omnium Galliarum quum obstare non possit invita consentiat. Est enim (ne quid ignotum vobis patiar, quod vos tangat) consilium publicum, hac in re tanto omnium consensu, ut ne unus quidem discrepet. Summa est ut hiberna omnia Romanorum uno tempore oppugnentur, ut suis quisque periculis occupatus aliis opem ferre non possit. hic oppugnationis præstitutus erat dies. non potui ego, nec patria potuit mea, consilio omnium, tam honesto præsertim, ut est consilium libertatis, obstare. Idque perfacile fuerit cogitanti, me Cæsari neque nocendi causam si possim, neque si velim potentiam habuisse. ut enim fingar ingratus, non tam demens, tamque inscius rerum sum, ut tantulis viribus expugnari posse credam P. Romanum. Nunc quoniam publicum debitum patriæ exsolvi, volo privatim quod debeo persolvere. Moneo igitur & obtestor omnes, nominatim Titurium Sabinum pro jure hospitii, quod illi est mecum, ut indemnitati suæ suorumque provideat abeundo. magna enim Germanorum manus pretio conducta transit.

Qqq 4

biduo

1. Lege, *max.*  
2. Lege, *nunciis.*

3. Lege, *Colonibus.*  
4. Lege, *solebam.*

biduo aderit. unum bona fide polliceor, <sup>1</sup> viroque, tutum per meos fines iter fore. Ita & patriæ pro naturali jure consulero, <sup>2</sup> eamque hibernorum gravi fasce levavero; & Cæsari pro suis beneficiis vicem reddidero, legionemque servavero in consilio modo fiet, haud dubie perituram. His dictis ille abiit, nuntii ad legatos redeunt & audita renuntiant. subita re <sup>3</sup> periculosius ea quamvis ab dicerentur haud quaquam spernenda videbantur, eo maxime, quod Eburonum civitas tam parva, nisi aliæ conspirarent, nunquam tam magna contra Cæsarem ausura crederetur, res ad consilium defertur. Ubi diu adversis sententiis <sup>4</sup> altercatum est. Arunculejus Cotta & tribuni militum & centuriones plurimi secum sentientes, ne utriquam discedendum ex hibernis, absque ejus qui illos ibi locasset imperio, consulebant. Castra enim valida & munita, & <sup>5</sup> frumentariam abunde suppetere. Quibus ita se habentibus & Eburones & Germanos si accesserint facile sustineri posse. interim vel à Cæsare vel à proximioribus hibernis auxilia ventura. Postremo nihil stultius quam in dubio de sua salute ab antiquo hoste consilium accipere. Contra ista Titurius Sabinus metum verbis augere & multa dicere, non consilii auctorem; sed consilium extimandum, & non quis, sed quod quisque dicat attendendum. Credere se Cæsarem in Italiam profectum, quo præsentem neque Eburones hoc ausuros, neque Caruntes principem suum <sup>5</sup> quam diebus illis occisuros. Galliam profecto odiis ingentibus inflammata & contumeliis irritata, nec videri sibi eam esse Galliam quæ solebat, sed aliam nescio quam externo subditam imperio, atque inopem gloriæ militaris. Germaniam Rheni transitu & Ariovisti fuga; ac morte victorisque tam multis Romanorum pudorem inexpugnabilem concepisse. neutri jugum ferre propositum esse. Denique videri sibi non posse sine magna causa Ambiorigem ista consulere. Cæterum quæcumque illi sit mens; consilium ipsum undique tutum esse posse. in mora aliquid expugnationis aut obsidionis; in discessu <sup>6</sup> autem nullum prorsus esse periculum. nam si nihil ambigui sit, eos ad proximam legionem tuto calle venturos, nullum passuros nisi unicum viæ brevis incommodum. Sin ut sua ferret opinio, metuum aliquid instaret, nullum esse aliud quam in velocitate remedium. sic vel non inutilem certe, vel utilissimam esse profectio-

Cot.

1. Lege, juroque.

2. Forte, percussit, quod ea, quamvis  
via ab hoste dicerentur.

3. Lege, altercatum.

4. Adde, rem.

5. Forte, in.

Cotta fortesque viri alii acerrime resistebant. Itaque crescente litigio Titurius in collegam indignabundus exclamat, sic ut ab omnibus audiretur, & vincite ait, si omnino sic est animus. non sum ego qui magis quam vos omnes mortem timeam. sed <sup>1</sup> (& ostendit milites) si quid advenit adversi, à te exigent rationem: quod si tu permiseris, cras suis commilitonibus conjuncti & se periculo exemerint & suo illos adventu effecerint tutiores. alioquin disgregati à suis, aut famis aut ferri subituri sunt. Rapitur interea consilium. milites utrumque circumstant, obsecrant, ne sua dissensione periculum faciant, ubi periculum non est. seu abeant seu stent tuta esse omnia, modo sui duces unum sentiant. contra si dissentiant tutum esse nihil. Quid multa; ad mediam noctem vigilando & disceptando res trahitur. In qua quidem curiosior fuerim fortasse quam debui, & potui, fateor, vel rem totam prætermittere, vel multo paucioribus perstringere. sed deum testor miseris hominibus de futuro consultantibus, & magno in ambiguo constitutis, ego qui exitum rei scio, non aliter scribendo compassus sum, quam si futura nunc etiam res ipsa & notus mihi miserabilis finis esset, cui occurrere nec consilio possem nec auxilio. ea me compassio diutius quam volebam in hac narratione detinuit. quam tibi ò lector sic expedio. Tandem ergo non ratione <sup>2</sup> collega pertinacia victus Cotta consentit. & quod crebrum in consiliis, pars deterior meliorem vincit: ediciturque militibus diluculo profecturos. neque tamen noctis quod supererat somno datum, sed ad auroram usque vigilatatum est, occupatis omnibus quod efferre secum possent quid relinquere cogerentur. Ubi primum illuxit castris egrediuntur <sup>92</sup> securi, quasi consilium obeundi non ab hoste perfido ac versuto, sed à prudente & fido amico aliquo datum esset. Securi autem Sabinus & qui suæ sententiæ fuerant. Cotta autem & qui secum senserant fraudis <sup>3</sup> aliud subesse taciti cogitabant. hostis proditor, qui nocturnis vigiliis, & confuso castrorum murmure ituros mane præfagiebat, nec quod ituri essent dubitabat ad proximam scilicet legionem, oportuno eos in loco expectabat. Erat viæ medio procul à castris ad duo milia passuum vallis nemorosa ac difficilis. illic locarat insidias. cum in eam vallem Romana acies descendisset, hostes ante retroque ex insidiis erumpunt, ut nec

1. Adde, *hi*.

2. Forte, sed collega.

Qq q 5  
3. Forte, aliquid.

primis

primis excedere, nec ultimis retrocedere licitum <sup>1</sup> esse. iniquissimis pugna locis instituitur. & quoniam natura comparatum est improvisa pericula magis animos dejicere, Titurius, qui secura sibi omnia finxerat, pavere cœpit, atque omni bellica arte destitui. Contra autem collega ejus, qui hoc eventurum præviderat, atque ideo iter illud dissuaserat, quolibet boni simul & <sup>2</sup> multis & ducis officio functus, pugnando pariter & hortando nihil omnium prætermisit, quæ ad salutem suorum militum pertinerent. hostis qui expertus agnosceret, suos Romanis in <sup>3</sup> angusto impares, edicit ut telis eminus hostem petant, propius non accedant neque manum conserant, sed instantibus parum recedant, instantque cedentibus. Et locus ipse ducis consilium adjuvabat. pugnatum est à primo mane ad horam diei octavam. cum Romani milites multis licet vulneribus affecti, & à fortuna & ab alterius ducis auxilio <sup>4</sup> destitui acriter tamen adhuc <sup>5</sup> ad suo, hoc est Romano more certarent: tum demum fortissimis viris è legione, partim faucis, partim cæsis; cum & ipse jam legatus Cotta, in quo spei summa erat, <sup>93</sup> gravi ictu funda jacti lapidis os contusus, solitis muneribus obeundis invalidus redderetur; inclinare res cœpit ac ruere. Titurius tunc primum intelligere incipiens sui pertinacis consilii vanitatem, omni spe defensionis ommissa, Romanæ vir fortassis originis, non Romanæ virtutis, Ambiorigem ab adverso suos instigantem prospiciens, interpretem quendam ad illum hospitem suum misit oratum ut sibi suisque militibus parceretur. omni indignum vita virum, qui suppliciter adeo vitam poscat, hostis ab hoste, Romanus à barbaro. At ille hospes egregius non contentus fidem publicam fregisse, nisi privatum jus hospitii, illa ætate religiosissimum, violaret; respondit interpreti, posse Titurium si libeat ad colloquium pervenire, non se desperare Romanorum militum salutem à suis militibus impetrari posse: sibi vero si veniat, nihil esse periculi, inque hoc suam se fidem illi obligare. Credidit verbis miser & illi fidem habuit à quo tunc maxime prodebatur. O seu error ingens seu vitæ cæca cupiditas! ante <sup>6</sup> tantum quam ad hostium pergat, propositum suum collegæ aperit, velle se ad Ambiorigem

pro-

<sup>1</sup> 1. Lege, *esset*.

<sup>2</sup> 2. Lege, *militi*.

<sup>3</sup> 3. Lege, *angusto*.

<sup>4</sup> 4. Forte, *destituti acriter tamen*.

<sup>5</sup> 5. Lege, *ac*.

<sup>6</sup> 6. Forte, *tamen, quam ad hostem*.

proficisci, spem sibi salutis ostendi, posse eum quoque si velit secum ire. negat Cotta, & ut fracto ore loqui poterat: *Non ibo* (inquit) *ad armatum hostem.* Cumque hac fixus in sententia permaneret, nec divelli posset, Titurius, & tribunus militum & centurionibus sequi jussis, ivit ipse quo destinaverat, & quo sua illum fors trahebat. Cumque ad Ambiorigem propinquaret, jussit ille sibi inprimis ut arma deponeret, & (ô pejus morte, ô Cæsareis armis infuetum dedecus) paruit hac in re barbari imperio Romanus, & parere comites præcepit. tum demum cum inermi de pacis conditionibus agi cœptum, cumque de industria proditor tempus trahit, circumfusi sensim barbari Titurium obruncant. qui secum exierant quanta possunt ad suos celeritate confugiunt. hostes barbarico ululatu victoriam conclamantes in Romanos ruunt, una vallis parte condensos, jamque vix impetum sustinentes, ibi Arunculejus Cotta fortissime dimicans occiditur. vir haud dignus qui alienæ stultitiæ pœnas daret. Multi alii præterea, inter quos fuit Lucidius Petrosidius vexillifer turba circumventus ingenti, aquilam, <sup>1</sup> neque sibi extorquerent, cum in castra jactasset, ipse generoso impetu mediis sese hostibus inferens occubuit. milites ducibus spoliati multo labore ac virtute usque ad noctem locum ubi constiterant defenderunt. Nocte autem desperata undique salute, ne vivi in manus hostium pervenirent, indomiti spiritus sese <sup>2</sup> omnibus manibus propriis peremerunt, præter paucos qui per diem prælio dilapsi, incertis hinc inde tramitibus ad legatum alium Titum Labienum tristes nuntii præcesserant. Et hic quidem infaustæ legionis interitus fuit, inter tres belli externi adversitates Cæsareas numeratus. ubi admonuisse lectorem velim; quod Suetonius Tranquillus auctor certissimus, Germanorum hoc in finibus accidisse ait: Julius autem Celsus comes & qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum refert. Non est autem magna dissensio cum & tunc conterminæ nationes essent, omnesque hodie sint Germani. Posthæc Ambiorix iniquissimi voti compos ad graviora se præparat. perque vicinas gentes odio raptante discurret, legatos duos & magnam partem Romani exercitus perisse dictitans monet, orat, obsecrat, ne vindictæ & recuperandæ in perpetuum Gallicæ libertatis <sup>3</sup> labi per ignaviam

1. Lege, *ne sibi*  
2. Lege, *omnes,*

3. Videtur deesse, *occasionem.*



viam patiantur. ardentem inflammare perfacile est. <sup>1</sup> Conjuravit igitur concurruntque, & unius hortatu multi insanunt, factoque agmine ad alia Romanorum castra perveniunt, ad ea scilicet quibus Quintus Cicero magni Ciceronis frater præerat. <sup>2</sup> Nec vir ingentis animi, sed nullarum virium. Eo itaque cum venissent, quo acceptæ cladis nondum fama pervenerat, aliquot lignatores nil tale metuentes in  
 95 silvis, quo munitionis castrorum causa perrexerant, adventu hostium subito capti sunt, hanc velut arrham victoriæ tenentes magno impetu castra invadunt. Romani usque ad vesperam circa defensionem occupati, per noctem ex confecta jam ante materia, centum viginti turres in castrorum ambitu attolunt, <sup>3</sup> tunc mira velocitate, ut mane hostes attoniti non humanum opus, sed monstrum aliquod sibi cernere viderentur. Multis deinde continuis diebus, hinc ad defensionem, illinc ad oppugnationem castrorum multa utrimque pertinacia animorum atque obstinatione certatum est. Dum Galli perpetuæ victoriæ hic repositam spem putarent: Romani autem periculum cognoscentes, nihil omitterent, & quod luci defuisset, nocte supplerent, ut vix ullum sopori tempus indulgeretur. non ab aliis modo, sed ab ipso duce, cujus imbecillitatem milites miserati nonnunquam recusantem illum ad requiem compellebant. Ipse vero jam pridem primo ab obsidionis die, de statu rerum Cæsarem facere certiore nisus erat, sed præclusis itineribus & comprehensis nuntiis frustra fuerat. Tentatum in his etiam hibernis fuit, quod in aliis paulo ante successerat, ut Romani & conjuratæ Galliæ & Germanici auxilii metu incusso, & comitum recentis casus memoria admoniti, abeant quocumque libuerit intacti. Non se enim Romanos odisse, nec Cicero-  
 nem, neque omnino quidquam aliud Romani imperii recusare præter importunam hanc consuetudinem hibernorum; qua sublata, cætera omnia facile conventura, proinde paratam illis esse securitatem ac licentiam abeundi. Ad hoc Cicero longe aliter ac Titurius; *non esse Romanis morem ait, ut conditiones pacis ab armato hoste suscipiant. Quod si arma posuerint & legatos ad Cæsarem miserint, se illis, ut petita obtineant, apud suum ducem precibus affuturum*, <sup>4</sup> ne diffidere illos  
 jk-

1. Lege, *conjurant*,  
 2. Lege, *Hic*,

3. Lege, *tam*,  
 4. Lege, *nec*,

justis <sup>1</sup> cum petitionibus facilem reperturos. Amissa ergo spe fallendi, in vim studium omne translatum est. & ad legio-96 nem unam oppugnandam quanta hostium turba confluerit, vel hinc liquet, quod munitiones quindecim milia passuum in circuitu, horis tribus non integris, & explevere, & suis locis vires additæ, munitæque obsidionalibus instrumentis, quibus in rebus ab ipsis Romanis præcedentibus annis edocti erant, & nunc captivorum quorundam Romanorum consilio atque opera juvabantur. Multis diebus duravit oppugnatio. & diebus quibusdam, ventis forte vehementibus, igne arida in castra jactato, cunctisque intus ardentibus, res in ultimum est adducta discrimen. Tanta autem Romanorum militum virtus fuit, ut cum & telorum procellis urgerentur, & flammis afflati ac semiusti essent, & fortunæ eorum incendio omnes absumerentur; nunquam aliquis aut ad illas oculum reflecteret, aut momento temporis à defensione cessarent. Et quamquam Romanis dies ille durissimus, nihilo tamen levior Gallis fuit, eorum plurimis vulneratis atque occisis: ita ut intrinseci, deserta statione quam defendebant, hostes nutu frontis ac <sup>2</sup> veber ad introitum invitarent; neque omnino qui introire præsumeret inventus est aliquis. Erat in Romana legione par virorum fortium, quorum minime mihi quidem prætereunda <sup>3</sup> videretur historia. alteri Titus Pullo, Lucius Vorenius alteri nomen fuit. his perpetuum inter se de virtute erat ac superioritate certamen. unoquoque ad summum <sup>4</sup> tota nitente, neque sponte alteri cessuro. dum ad munitiones igitur res <sup>5</sup> verberet Pullo exclamans: *Quid agis Vorene* (inquit) *seu quid cogitas? nostrarum litium dies iste sententiam feret.* hæc dicens castris egreditur, communitationemque hostium, qua densissima erat irrumplit. nec Vorenius segnior, seu virtutis stimulis adactus, seu metu infamiæ æmulum consequitur. Pullo cum ad jactum teli pervenisset, unum hostium, qui se ante alios ferebat, <sup>6</sup> li emissionem transfigit. Currunt contra unum <sup>6</sup> milia & cadaver suum clipeis protegentes, hostem telis omnes premunt, reditumque ejus impediunt. Jam scutum sagittarum una trajecerat, balteoque hæserat, dexteramque ad capulum reflectenti

1. Lege, eum.

2. Lege, vocibus.

3. Lege, videtur.

4. Pro tota videtur legendum, lo-

cum.

5. Forte, feruerat.

6. Lege, mille.

stenti obstabat. sic implicitum hostes premunt. æmulus adjuvat, fertque illi quem odisse consueverat auxilium. in hunc, primo omisso, tota acies ruit. ipse stricto gladio seque & illum potegens, uno hostium occiso, parumper alios submoverat. sed dum ardentius invehitur, è loco altiore excidit. cui confestim Pullo affuit, & similiter circumventum è manibus hostium expeditus & nudato jam gladio metuendus eripuit. sic illæsi ambo ad suos multis hostium cæsis, & adhuc ambigua lite virtutis evasere. Cæterum quanto indies durior obsidio, & vulneribus interiore militia afflicta, decrescerat numerus defensorum, atque hostium augebatur: tanto Cicero attentius cogitabat, de statu rerum nuntios ad Cæsarem destinare, quorum aliqui in hostium manus lapsi, & sub oculis suorum crudelibus <sup>1</sup> supplicibus interfecti, reliquos merito terrore compleverant. Inventus est tandem servus unus è Gallia, qui libertate & magnis præmiis promissis, literas jaculo insertas, Gallus non suspectus Gallis, ad Cæsarem detulit. Qui ut erant rebus cognitis, legiones sibi omnes expectandas non existimans, ne mora periculum allatura esset, evocatis proximis, satius <sup>2</sup> dixit cito cum paucis, quam tarde cum multis proficisci. Convenerunt qui vocati erant omnes. Labieno scripserat, ut si reipublicæ commodo posset ad se veniret. Ille rescripsit, legionis & legatorum cæde sublatis animos hostium, & omnem potestatem Trevirorum ad tria milia passuum in armis esse: si discedat hoc in statu, non profectioem, sed fugam potius visum <sup>3</sup> iri; nec præterea suum iter vacare periculo. Cæsar quamvis ad paucos redactus, legati <sup>3</sup> tum consilium approbavit. dumque ad hostes properat, in itinere audivit, quanto apud Ciceronem in discrimine res essent. Illius ergo sollicitus, Gallum equitem quendam promissis ingentibus impellit <sup>4</sup> lites suas ad Ciceronem ferat, & si castra ingredi nequeat alligatas jaculo intra vallum jaciat. paret ille; & ad castra cum venisset, accedere metuens, ut jussus erat literas jaculatur. Illæ casu quandam in turrim inciderunt; neque à quoquam ante diem tertium visæ sunt; tunc conspectæ à quodam milite detrahuntur, & ad ipsum cui inscriptæ erant Ciceronem perlatæ, atque in concilio militum recitatæ magna omnes fiducia & gaudio replevere. Erat autem

1. Lege, *supplicibus*,  
2. Lege, *duxit*.

3. Lege, *tamen*.  
4. Fonte, *litteras*.

tem perbrevis epistola, ne à barbaris posset intelligi, scripta litteris Græcis hac sententia. *Ego jam cum legionibus iter arripui. confestimque adero. tu virtutem tuam ut pristinam retineas quæso.* Accessit ad spem fumus ex ea parte prospectus, qua venturus erat Cæsar, <sup>1</sup> ut villarum incendia, signa propinquantium legionum. Galli de adventu hostium ab exploratoribus edocti, omissa obsidione castrorum, venientibus obviam eunt. Quod ut Cicero intellexit, eum ipsum qui primas tulerat, cum litteris aliis mittit ad Cæsarem, monens ut iter suum caute peragat: hostes enim omnes se dimisso contra eum properare. Erant autem armatorum sexaginta milia. Cæsar literis nocte perceptis, exercitum de contentis in eisdem admonet. Jubet fortibus esse animis & ad proelium paratis. primo mane castra movet, & ad quatuor milia passuum progressus hostem videt, quem repente aggredi loco iniquissimo periculosum, & Cicerone liberato dilationem tutam ratus, substitit, & locis idoneis castra metatus est quantis quivit angustiis, id agens, ut sic hostibus contemptum suæ paucitatis objiceret. Erant enim vere pauci, vix septem milia, sed virorum & impedimentis dimissis, videbantur etiam pauciores, & arte ducis effectum erat ut paucissimi viderentur. Tantus denique contemptus fuit, ut mane proximo ad castra hostes <sup>2</sup> occiderent: Cæsar vero equitatum parumper proelio expertus, quasi <sup>3</sup> trepidantis in castra retraheret, & portas claudi & <sup>4</sup> portas undique communiri multa cum simulatione metus imperaret. Tanto enim <sup>5</sup> tantoque invicto erat animo, ut de tanta hostium multitudine nil timeret, nisi ne proelium detrectarent. Denique quod omnes cupiunt, iste unicus metuebat fugam inimicorum. Illi vero conspicientes quæ apud Romanos gerebantur, & formidinem <sup>6</sup> arbitrari, è loco ubi constiterant altiore descendunt, & transmissio rivo quo ab invicem separabantur, urgente impetu animorum iniquis aciem locis instruunt, & castra primum telis, mox & manibus invadunt; & eo usque contemptus excreverat, ut præcones circum castra dimitterent, qui & Gallis & Romanis edicerent æque licitum utrisque ad se si velint ante horam tertiam sine periculo transire. post eam horam non licere. Cæsar ubi animad-

1. Lege, &.  
2. Lege, accederent.  
3. Lege, trepidantes.

4. Forte, omnia undique.  
5. Lege, tamque.  
6. Lege, arbitrati.

nimadvertit sic esse omnia apud hostes ut optaverat , signo dato subito castris erumpens , sua cum contemptibili paucitate multitudinem illam insolentem & confidentia obstupentem <sup>1</sup> numeraculo eruptionis aggreditur. omnes in fugam vertit , occiditque quamplurimos atque exarmavit : multo plures occisurus nisi profugos insequi silvis de more terrarum ac paludibus vetaretur. Cœpto itaque progressus itinere eodem die salvis suis omnibus ad Ciceronis hiberna pervenit. Turres quas in circuitu erexerant , atque opera hostium miratus , inveniensque è militibus legionis illius vix decimum quemque sine vulnere : quanta ibi cum virtute res gesta esset agnovit & Ciceronem & legionem ergo dignis laudibus celebrans , centuriones nominatim & tribunos militum , ut cujusque virtus atque operatio merebantur. <sup>2</sup> Postremo die concione advocata , confirmavit suorum animos , solaturque super damno , fraude hostis , & legati temeritate suscepta : ostendens coeliturum favore & virtute militum , illius malis artibus quæsitæ victoriæ haud longævam fuisse lætitiā : consequens esse , ut nec eis diuturnior dolor sit. Hujus fama victoriæ ad Labienum tanta velocitate perlata est , quod cum hora diei nona pugnatum esset , ante mediam noctem Rhemi ad castrorum portas quæ sexaginta passuum milibus aberant , jubilantes vicisse Cæsarem nuntiarent. Quare latius vulgata , Induciomarus , <sup>3</sup> omnia castra Labieni in crastinum adoriri propositum erat , cum omnibus suis noctu abiit , Trevirimque repetiit. Cæsar in hiberna concessit , nullum in eis otiosum diem agens , quin quotidie legatos & exploratores undique destinaret , per quos statum ac propositum civitatum nosceret : tanti & tam crebri motus Galliarum omnium ferebantur , & clandestina sæpe concilia , & nocturna etiam in silvis <sup>4</sup> habere colloquia , & ad summam pacati nihil audiebatur. Inter cætera Lucius Roscius qui tertiæ decimæ præerat legioni nuntiavit copias ingentes Gallorum ad oppugnanda ejus castra venientes accepta victoriæ suæ fama subito fugientibus similes abiisse. Quibus indiciis unum contra se animum Galliarum luce clarius intelligens , non tamen destitit. Evocatis ad se principibus , hos blanditiis , & hos minis quanta quivit diligentia in obsequio studuit retinere. \* Idque ad continuum hic male studium fuit

Se-

1. Lege , *miraculo* ,  
2. Lege , *Postero* ,

3. Forte , *cni* .  
4. Lege , *haberi* ,

Senones, quorum inter omnes & fama & auctoritas magna erat, Cavarium quendam, alibi Cavarinum invenio, stirpis regiæ, quem Cæsar illis regem dederat, publico de consensu occidere voluerunt. Cumque is fugæ præsidio mortis periculum evasisset, persecutis suis <sup>1</sup> cum finibus expulerunt. Cum autem super his excusatum legatos ad Cæsarem misissent, atque ipse senatum civitatis ad se venire præcepisset, minime paruerunt. Tanta omnibus cupiditas novandarum rerum erat, ut nihil eis ad <sup>2</sup> debellandum præter ducem defuisse videretur. qui ubi affuit mox emerit occultata rebellio. Sic opinio inveterata prævaluerat, qua in rebus bellicis Galli omnibus se gentibus præferebant <sup>3</sup> præferendi esse ab aliis credebantur; ut Romanorum imperio subesse pudendum sibi ac miserum judicarent, & omnes penitus aut rebelles, Cæsari fierent aut suspecti, præter Rhemos duntaxat atque Æduos, quos ille summo semper habuerat in honore. Principes rebellionum multi erant, inter quos Induciomarus. Treveri magnum sibi locum quadam animositate præsumpserant, legatos trans Rhenum mittendo, pecunias promittendo, magnam partem Romani exercitus interfectam, & superstites metu semianimes asserendo. neque tamen aut mendaciis aut promissis movere animos potuerunt, memores Ariovisti & bellorum cum Romanis infeliciter expertorum. Destitutus Induciomarus à Germanis, ad Gallica se convertit auxilia, & tantum valuit audacia, ut nomen atque opinionem magnanimitatis arriperet, atque adeo ad eum legati omnium gentium hinc inde concurrerent, & ipse fretus hac fiducia <sup>4</sup> consilium indiceret, quod armatum appellabant, ad quod armati omnes puberes convenirent. & venisse novissimum capitale erat. In eo consilio inter multa Cingetorigem adversarium, licet generum, suis publicatis bonis, publicum <sup>5</sup> denuntiat, quod Cæsarem sequeretur. Hinc edicit, iturum se ad Senones & Caruntes, urbesque alias, à quibus <sup>6</sup> repetitus atque expectatus sit. transiturum vero per Rhemorum fines, eosque populaturum. ante omnia tamen oppugnaturum castra Labieni, quæ vicina essent; & quid in his exequendis facto opus sit exponit. Sicut

R r r

1 con-

1. Lege, cum.  
2. Lege, rebellandum.  
3. Adde, ac.

4. Lege, concilium.  
5. Videtur addendum, hostem.  
6. Lege, expetitum.

1 consilio celebrato, & auxiliis hominum atque equorum à finitimis collectis, Galliæque omnis exulibus atque damnatis ad se blanda prece allectis, & spe uberi præmiorum ad invadenda Labieni castra progreditur. Ille autem, ut horum nihil ignorabat, sic nil penitus omnino metuebat, situ & munimine loci 2 visus: quærebat tamen, ardentissimo hosti si qua nocendi se offerret occasio. In hoc unum intentus, Cingetorigem & amicos alios nuntiis sollicitat, ut ad certum diem sibi quanto valeant equitatu adsint. parere parant omnes. Interea Induciomarus nunc inexpugnabilem loci situm intuens: nunc 3 minus & tunc tela jaciens indies, propinquis castris obequitat, & Labienus in castra sese continens, majorem quotidie metum fingit. magisque & magis hostium crescit audacia, donec 4 intermissis clanculum equitibus intempesta nocte, & re summo studio suppressa, ut nec sciri, nec ullis indiciis posset intelligi: reversa luce ipse etiam Induciomarus ex more revertitur & insultat castris, intraque 5 vallem tela jaciuntur à suis, & contentissime Romani milites altis vocibus ad prælium advocantur. Obstinato illi silentio sese tenent. 6 Galli loco militum nihil hostium tribuentes, tandem ad vesperam ut solebant 7 scandio fessi sparsim abeunt. quos ubi late effusos Labienus vidit, subito patefactis castrorum portis erumpere equitatum jubet, præfagiensque quod accidit; *Nemo*, inquit, *aliquem feriat, donec Induciomarus interfectus sit, ne forte alios feriendo ille spatium habeat evadendi.* tamen præmia interficientibus proponit ingentia. mox egressis equitibus, electorum peditum submittit auxilia, ut jussi erant faciunt. 8 Inopiam re-perculsis ac fugientibus hostibus, ex adverso autem in unum intentis omnibus, in medio fluminis alveo Induciomarus circumventus occiditur, caput truncum Labieno reportatum est. hinc in cæteros factus est impetus ac plurimis interfectis, sero reditum in castra. re ut erat in vulgus effusa, Eburones populi alii qui Induciomari hortatu coierant, & in armis erant, territi dilabuntur. & ex illo aliquamdiu pacatior Gallia Romanis ducibus fuit.

Ne.

1. Lege, *conclio.*  
 2. Lege, *visus.*  
 3. Lege, *minus.*  
 4. Lege, *intromissis.*  
 5. Lege, *vallum.*

6. Forte, *Galli loco multum, nihil hostibus tribuentes.*  
 7. Forte, *tadio.*  
 8. Forte, *Inopina re percussis.*

Neque his tamen filius Cæsar & Gallorum mores animosque experimento agnoscens majoresque undique rerum motus expectans detrimenta militum per eos dies <sup>1</sup> recepta reficere cogitabat. Itaque & dilectus novos per legatos habuit, & ope Cneji Pompeji magni proconsulis, cujus ea tempestate potentia Romæ ingens erat; tunc quidem generi & amici sui, tanti mox futuri hostis, obtinuit ut tres sibi legiones ante hiemis exitum adderentur, & cohortes qui cum Titurio perierant duplicarentur, dicens quod verissimum erat, non in præsens modo, sed in omne tempus expedire rei publicæ, persuasum <sup>2</sup> & Galliæ & mundo, tantas esse vires Italiæ, ut non solum damna bellis accepta cito restaurari, sed copiæ etiam duplicari possent; quod ipse tunc & brevitate temporis, & magnitudine copiarum liquido notum fecit. Et Induciomari quidem morte Galliarum rebellio non quievit. propinqui ejus ut imperii & propositi successores, omnes quos poterant concitantes, Ambiorigem jam Romanis scelere suo invisum sibi sociant. Sentiens Cæsar Senones cum Caruntibus conjurasse, Germanos in bellum à Treviris excitari; multos jam populos esse in armis, & fervere cuncta tumultibus; nihil <sup>3</sup> deferendum existimans, ante hiemis finem & ante omnium opinionem fines hostium improvisus aggreditur, & nullum eis deliberandi aut conveniendi spatium relinquens, late omnia populatur, & præda militibus permittit; multos hostium datos in deditionem recepit; tum quasi nihil egisset in hiberna revertitur. Inde veris initio, Galliæ concilium <sup>4</sup> indicat. Convenerunt omnes <sup>104</sup> præter Treviros & Senones & Caruntes. horum ille contumaciam quasi quandam belli arrham accipiens; ne hanc rem negligere videretur; concilium ad Lutetiam Parisiorum rursus indicit. hi Senonibus proximi sunt. Inde igitur profectus in Senones, tam repente, ut nec fugæ illis nec defensionis copiam daret, resipiscentes & per legatos veniam postulantes Eduorum precibus motus admittit; centum datis obsidibus, quos servandos Eduis dedit. secuti Caruntes deditionis exemplum, & obsides miserunt, & Rhemorum precibus veniam meruerunt. Sic in animis tunc Gallorum odium metusque certabant, ut primo pacem servate <sup>5</sup> incipere se, se-

R r r 2

cundo

1. Lege, *accepta.*2. Adde, *esse.*3. Lege, *deferendum.*4. Lege, *indicit.*5. Lege, *incipientes.*



cundo bellum gerere vetiti, perpetuis atque incertis motibus fluctuarunt. His incidenter exactis ad concilium Cæsar redit, & foederatis civitatibus equitatu indicto, & parte Galliæ pacata, toto animo conversus in Treviros perfidumque Ambiorigem eo proficisci instituit. Et cum Senonum equitibus Cavarinum regem gentis secum duxit, ne si eum domi relinqueret, vel ex odio populi in eum, vel ex ira ejus in populum, aliquis in urbe motus oriretur. Erant sane Menapii confines Eburonum, Ambiorigis hospites, amici etiam Germanorum. Cæsar Ambiorigem se proelio committere non ausurum pro comperto habens, hos auxiliares sibi præripere censebat utilius, quam ipsum illum bello aggredi. ne sic eum in fugam atque in latebras cogeret, quod nolebat. duabus igitur legionibus, cum omnibus impedimentis exercitus missis ad Labienum, Trevirorum tunc in finibus ut diximus hibernantem; ipse cum reliquis (erant autem quinque expeditissimæ legiones) in Menapios pergit. atque illis pugnam detrectantibus silvarum obicibus ac paludum, omnia populatus, nihil ferro flammisque liquit intactum. donec male coacti, datis obsidibus pacem precibus impetrarent. hoc præcepto; ne vel Ambiorigem vel ejus nuntios intra suos fines admitterent. alioquin pacem præstitam nullam fore. Interea Treviri quietem perosi, Labienum invadere decreverant magno equitum ac peditum apparatu: turpe sibi pudendumque censentes unicam legionem eis invitis castra suis in finibus habere. sed dum eunt, viæ medio duas legiones supervenisse sentientes, subsistere & expectare Germanorum auxilia decrevere. Labienus de temeritate hostium sperans; dimisso præsidio hibernis; illis obviam procedit & prope eos mille passuum spatio confedit; flumen erat in medio rapidum, ripis exstantibus, quod nec sibi transire propositum, nec transitum iri ab hostibus spes erat. Crescebat interim indies auxilii fama Germanici; hinc nactus occasionem, consilium advocat & clara voce coram omnibus: *Audio, inquit, ingentes Germanorum copias adventare: non est animus; meque & exercitum in discrimen mittere. cras prima luce movere & hinc abire disposui. estote igitur ad officium parati.* Erant Galli in exercitu, qui quamquam sub Romanis signis militarent, naturali tamen patriæ amore tenebantur.

1. Lege, *finiterent.*2. Lege, *malo.*

tur. neque certe aliter fieri poterat, quin ex tam multis aliqui sic affecti essent, ut magis originis quam militiæ meminissent. per hos statim hostibus innotuit. neque Labienus aliud eventurum arbitratus fuerat; neque alium ad effectum verba illa <sup>1</sup> mihi consilio dixerat. mox igitur clam accitis tribunis militum & primis exercitus; sui consilii rationem pandit, quod ne inefficax sit, simulari pavorem & omnia tumultuosius fieri jubet. paretur, fiunt singula ante tempus, trepidatione ac fremitu insolito; & ipse fragor abeuntium & exploratorum dicta conveniebant, Romanos fugere, non abire. Conclamant hostes *lentam esse Germanorum expectationem; nec prisca Gallicæ virtutis, tantis hominum armatorum milibus, paucos Romanos fugientes insequi non audere.* hoc inter, magno impetu castris erumpunt, flumen transeunt, & iniquo copias exponunt loco. Labienus ut præviderat rem succedere intelligens; per inceptam simulationem, lento tamen procedebat gressu, donec insequentes quo destinaverat pro-<sup>106</sup>duxisset. Tum conversus, *oblata, inquit, o milites facultate pugnae prosperioris utimini. habetis hostem, & iniquitate loci, & suo errore suaque de mentia circumventum; præstate mihi semel, quod imperatori nostro totiens præstitistis; Agite ut soletis; & adesse illum credite, & videre quæ geruntur omnia; cujus sub oculis tam multa sæpe gessistis egregie.* hæc dicens, celsiore loco sepositis parumper impedimentis, appositisque præsidiis, totam aciem in hostes obvertit, & horrendo horruit clamore. Illi quos ut profugos sequebantur, ad se tanta redire constantia admirantes & attoniti, vix primum tulere impetum, seque effusa fuga proximis occuluere silvis. Instant Romani acriter; & victis principibus conjurationis, multis in acie, multis in fuga cæsis, multis etiam captis; Germanis insuper, qui & si primum negassent, expugnati donis ac precibus tandem eis auxilio veniebant, ad rei famam reversis ad propria: civitatem omnium jam spe & præsidio destitutam recipit. & Induciomari necessariis fuga elapsis; Cingetorigi, qui Romanis fidus ab initio in finem fuerat, <sup>2</sup> libertate patriæ regnum datur. Ad hunc modum Cæsar, non per se tantum, sed per legatos etiam, qui sub eo virtutem militiamque didicerant, & ejus exempla sequebantur, maximas res agendo per diversa terrarum, sui Romanique famam no-

R r r 3

minis

1. Lege, in

2. Forte, cum libertate patria.

minis attolebat. Quem cum venisset in Treviros voluntas cepit Rhenum iterum transeundi. Duplex huc animum urgebat causa; & quod hostibus auxilia, licet fera transmiserant, & ne hosti alteri Ambiorigi auxiliari possent, aut ad se profugum receptare. pontem ergo pari celeritate, parique militum fervore, & paulo supra eum locum ubi primum fecerat refecit. & in Trevis & ad pontem firmissimo præsidio dimisso reliquum traducit exercitum. Transgressum Ubii gens Germana per legatos adeunt, exponuntque ex quo in  
 107 potestate se Romanorum dederint, neque auxilia Treviris, neque ullis hostibus populi Romani misisse, neque ulla in re fidem fregisse. Orant ne commune odium Germanorum 1. veritate discussa comperit, non ab eis missa. cis Rhenum, sed à Suevis auxilia. excusatione igitur Ubiorum admitta, in Suevos accingitur. nec ita multo post ab eisdem Ubiis cognoscit, Suevos bellum parare; & late sparsis edictis, omnes suos ad arma contrahere. Itaque ne quod temere agat, apto & tuto loco castra communit, frumentariæque rei curam exhibet. Ubios jubet pecora omnia campis abducere; si forte barbaros coactos inedia (cujus impatientissimum genus est) ad iniquum certamen posset inducere, præcipit insuper, ut summo studio actus & consilia hostium explorent, eumque de singulis crebris nuntiis 2 certius faciant: Illi obnixè jussa peragunt. paucosque post dies nuntiant, Suevos 3 suis omnibus, ac suorum viribus in extremo finium confedissee, ad silvam maximam quæ illos à Ceruis vicina gente discriminat. 4 ubi Romanum exercitum expectare. Id pergratum Cæsari bellorum cupidissimo fuerat, sicut illud permolestum, quod eisdem nuntiantibus, Suevos se in silvas intimas recepisse cognovit. ut enim prælium exoptabat, sic tædium formidabat & jacturam temporis, ac perplexam horrebat indaginem: sæpe expertus quam difficile esset hostes silvis incognitis venari. nec cessavit tamen. sed id frustra fuit. ac ne pluribus agam quam oportet: non de hoc tantum, sed de primo quoque Rheni transitu, deque alia hostium in silvas fuga, elegans ac succincta Flori brevis huic se loco inserat historiæ; te o lector non solum patiente sed plaudente. 5 Archanis

1. Desunt nonnulla, Cæsar autem hoc loco ait: *ne communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus penam pendant.*

2. Lege, *certiorem.*

3. Forte, *cum suis.*

4. Lege, *ibi.*

5. Apud Florum legitur: *Hirciniis.*

chanis inquit hostem quæsit in silvis. sed in saltus ac paludes  
 genus omne diffugerat; tantum pavoris incussit intra ripam subito  
 Romana vis. nec semel Rhenus; iterum quoque, & quidem pon-108  
 te facto penetratus est. Sed major aliquanto trepidatio. quippe  
 cum Rhenum <sup>1</sup> sic parte quasi jugo captum viderent, fuga rursus  
 in silvas & paludes. sed quod acerbissimum Cæsari fuit, non <sup>2</sup> fa-  
 cere quæ vincerentur. Hæc ut legis, ad literam Flori sunt:  
 quibus innuit primum Rheni transitum non ponte factum esse  
 sed navibus. primo vero non hoc innuit sed affirmat. Sic  
 enim ante hæc scriptum invenies. Jam Cæsar ultro in <sup>3</sup> Of-  
 fellam (amnis est Trevirorum) navali ponte transgreditur,  
 ipsumque Rhenum. Sed is qui præfenserat dum hæc fierent,  
 utrumque transitum stabili ponte describit, quem in hac nar-  
 ratione secutus sum. procedo autem. Videns ergo Cæsar  
 rem temporis indigam, longeque difficilem, præcipue præ  
 frumenti inopia; quod eo tempore, Germanis agriculturæ  
 studium non erat, magna pars venatu & latrocinio uteban-  
 tur; quorum sit modo facultas, libenter nunc etiam utun-  
 tur; lacte, carne, caseo vitabant: omisso incepto rur-  
 sus in Galliam reverti statuit: sed ut metu sui reditus bar-  
 barorum impetum frænaret, non pontem fregit ut prius ni-  
 si ab ea parte qua Germaniam contingebat. Illa quidem par-  
 te extrema in dexteram Rheni ripam desinente, ducentorum  
 pedum spatio rescissa, turri lignea superimposita, & multi-  
 modis circumvallata munitionibus, duodecim cohortes ad  
 tutelam pontis imposuit, & Vulcatium Tullum his præpo-  
 suit & pontis & cohortium curam dedit. Ipse vero adver-  
 sus Ambiorigem proficiscens per Arduennam silvam maxi-  
 mam omnium Galliarum, quæ inter Treviros, Nerviosque  
 & Rhemos quingentis & eo amplius passuum milibus in lon-  
 gum, ita enim proditum à scriptoribus rerum, in latum ve-  
 ro unius aut circiter æstivæ lucis itinere, quod ego ipse sum  
 emensus, extenditur. Lucium <sup>4</sup> Basilium cum toto præire  
 jubet equitatu, & cavere ne ignes in castris fieri sinat, nero<sup>9</sup>  
 quod indicium sui detur adventus, neu strepitus aut tumul-  
 tus incedentium audiatur; si forte velocitate vel silentio pro-  
 ficeret ad iniquissimum hominem opprimendum. quod pene

R r r 4

fuc-

1. Lege, sic ponte.
2. Lege, fuere qui.
3. Lege, Mosellam.

4. Lege, Basilum, & sic post Ba-  
 silus.

successit. Nam Basilius prope supraque <sup>1</sup> longum iter <sup>2</sup> peragat. cumque indiciis comperisset, haud procul Ambiorigem inter silvas, comitatum paucissimis equitibus se tenere; improvisus ac subito <sup>3</sup> pervenit. ita ut currus, equos & arma ejus, & omne bellicum instrumentum Romani equites, antequam ab eo viderentur, arriperent. De quo ipso actum erat, nisi <sup>4</sup> quidem è suis locis angustias defendissent, <sup>5</sup> ut ipse interim unius manus inermis equo impositus, & postico nemorosæ domus emissus, per silvarum devia & calles abditos erupisset. Sic utramque in partem erga unum hominem una hora vim suam exercuit fortuna, ut incautus opprimeretur, oppressus evaderet. nec satis scio quis nocentium unquam tam indignus evaserit. nisi quod supplicii genus fuit vicinæ mortis metus, qui ut mihi quidem videtur ipsa peior est morte. Et quid scimus, an sibi fuisset utilius ad irati licet Cæsaris potestatem pervenire? nam ut erat inexhaustæ clementiæ, <sup>6</sup> confiteri crimen & oranti forsitan veniam non negasset. Nunc per silvas Transrhenanas vagus semper ac profugus perpetuis vitam egit in latebris <sup>7</sup> conscientiam illum, siqua erat, & jugi pavore plectentibus. Illud plane odiosum, quod de rege nefario nulla unquam aut Cæsari aut populo Romano vindictæ occasio data est. Et ipse latitans, atque invisus, & inultum scelus in finem fuit. Cæterum quodie è manibus Romanorum vix evasit ut diximus, vita reventa contentus, spe projecta, suis, quos à tergo liquerat, **110** per nuntios fugiens mandavit, ut qua posset sibi quisque consuleret. Qui per diversa effusi multumque vexati, pars se paludibus condiderunt, pars in alienas manus non sine suis miseris inciderunt. <sup>8</sup> Cathovoltus vero qui secum super Eburones pari regnarat imperio, ejusdem consilium secutus Romanis sese bellis immiscuerat; quonam res venisset intelligens, jam grandævus & laboris impatiens, nec fugere valens nec pugnare ausus, suarum auctoris ærumnarum Ambiorigis caput multis imprecationibus execratus mortem sibi conscivit. vicinæ gentes hoc eventu regum territæ, per legatos pacem à Cæsare petierunt, quam eis hac lege concessit,

ut

1. Videtur ex Cæsare reponendum: *supraque omnium opinionem.*

2. Lege, *peragit.*

3. Forte, *supervenit.*

4. Forte, *quidam è suis loci.*

5. Forte, *ut ipsa interim unius manus inermis.*

6. Lege, *confitenti.*

7. Lege, *conscientia.*

8. Cæsari est *Catuvoltus.*

ut si qui Eburonum ex fuga in illorum fines devenissent, ad se captivos adducerent; se, si hoc facerent, temperaturum ab offensis ait. His actis omnes copias trifariam divisit, neve eum curæ aliæ distraherent, impedimenta omnia unum contulit in locum. Advatica opido nomen. locus ubi Titurius Sabinus & Arunculejus Corta hibernaverant, unde, ut memoravimus, imprudenter infeliciterque discesserant. hic locus eligitur, & quod aptus ad cætera, & quod munitio- nes anni alterius adhuc integras habebat, ut labori militum parceretur. legionem quartam decimam præsidio dimittit, legioni præfecit Quintum Tullium Ciceronem. tamen popu- latum in Menapios tribus cum legionibus Labienum & Ca- jum Trebonium, totidem in Advaticos adjacentem regio- nem dirigit. Ipse cum totidem Arduennam & fluvium 1 Scaldam qui Eburonum in finibus Mosæ illabitur pergit, quod eo Ambiorigem, qui nondum Rhenum transierat, confugisse audiebat, & digrediens se ad diem septimum redituum spondet. 2 Inde legati duo quos mittebat \* ut faciant, si liceat monet. Ciceroni præcipit ut castrorum custodiæ inten- tus, nullum portis egredi sinat. & tunc quidem acies hostium quæ timeri posset in circuitu nulla erat. sparsim se silvis ac II paludibus continebant, quos persequi & latebris eruere ope- rosum erat ac difficile. Nam si simul exercitus duceretur, loca erant legionibus ac signis impervia. sin autem spargere- tur, erat paucis ab omni parte periculum; hostes 3 nullæ locis incognitis delitebant. hinc magna duci orta erat ambi- guitas, quid consilii caperet. tandem illud elegerat, ut po- tius aliquid de justissima atque 4 exoptissima hostium ultio- ne remitteret, quam 5 de edicta per proximas civitates ut qui lucrari cuperent convenirent. Multos vetus odium, in- ter vicinos maxime vigere solitum, neque pauciores cupidi- tas attraxit. sic utilius fieri dux prudentissimus extimabat, ut Gallorum opera Galli diriperentur, quam periculo Ro- manorum: præsertim cum locorum notitiam, quæ Roma- nis deforet, Galli haberent. Simul Eburonum urbem ita me- ritam, 6 cum funditus optaret everti. his septimus aderat reditui Cæsareo præfixus, nec ipse redierat, nec legati. Ac-

R r r 5

cidit

1. Lege, *Scaldim.*2. Lege, *idem.*3. Lege, *antem.*4. Forte, *exoptatissima.*

5. Hic aliqua defunt, quæ ex Cæ- sare suppleri possunt.

6. Forte, *ut.*

cidit præterea inopinus casus, quo suam fortunam <sup>1</sup> ponam in bellis præcipuam demonstraret. Jam prædæ in partem omnes acciri trans Rhenum quoque fama vulgaverat. mox Sicambri, gens Germana prædæ avida, collectis duobus milibus equitum, Rhenum navigio transeunt, <sup>2</sup> Eburones fines invadunt, prædam non tantum cum impunitate, sed etiam Romanorum cum gratia relaturi. Jam hominum pecudumque magnam vim collegerant. & urgente lucri dulcedine procedebant, nec eundi nec prædandi finem sibi cupiditas faciebat. Sic euntes captivorum unus avertit. *Et quid inquit huic prædæ laboriosæ atque inopi tanto studio inhiatis; cum pervenendi ad summas opes tanto facilior breviorque sit via; trium spatium* <sup>112</sup> *horarum Advaticam vos perducet. ibi Romanus exercitus opes suas fortunaſque reposuit. per exiguum præsidium loco est. Cæſar longe abest. hæc dies, ni <sup>3</sup> respuisti opulentos nullo <sup>4</sup> faciet negotio; præceps hominum genus & consilii inops, & plane proni sunt omnes acquiescere consiliis quæ delectant: mutato repente proposito prædaque <sup>5</sup> omnium quam ceperant recondita, eodem ipso consultore & duce Advaticam brevi calle perveniunt. Cicero cui legionis locique custodia commissa erat, totis septem diebus Cæsarei memor imperii suos omnes intra vallum sic tenuerat, ut nec militum nec calonum quidem quisquam castris esset egressus. cogitans demum neque Cæsarem promisso venturum tempore, quem processisse <sup>6</sup> utilius fama erat: insuper & suorum increpationibus impulsus, qui illius obedientiam tam exactam desperationi atque obsidioni non absimilem numerabant. Non <sup>7</sup> abesse enim timendi causam ullam, propinquo Cæsare, salvis legionibus, integro equitatu; victisque ubique hostibus ac dissipatis & præ timore latentibus parumper & præceptum ducis inflexerat; & <sup>8</sup> appetui militum fræna laxaverat. & quinque cohortes in vicinas fegetes frumentatum non tam miserat quam ire permiserat. secuta erat ingens vis calonum, & hujuscemodi generis hominum. & Sicambri interim (quis tunc eos expectasset; sed parere superioribus tutum est:) improvisi & tecti silvis ad castra perveniunt; eaque non oppugnare, sed recta via eodemque quo venerant impetu intrare*

mo-

1. Lege, bonam.

2. Lege, Eburonum.

3. Lege, respuitis.

4. Addendum, vos.

5. Lege, omni.

6. Forte, ulterius.

7. Forte, adesse.

8. Forte, appetui.

moliuntur. tantamque formidinem inopini hostis incurfus totis castris infuderat, ut vix portæ defenderentur, & frequentare illa soliti mercatores, qui tum forte portis excefferant, subita re territi & oppressi, nec fugiendi, nec se intra vallum referendi spatium haberent, semper quidem moestissimus vates timor omnia sibi tristia & periculosa fingeat. Quidam fuis copiis ac deletis, & imperatore pessumdato, venire barbaros ad reliquias consumendas: nunquam aliter hoc ausuros. Alii infaustum Romanis legionibus locum esse, ubi paulo ante legio altera legatique perierint. alii hostes intra vallum esse & capta jam castra vociferari. nemo ullam solitæ virtutis imaginem aut actu forti aut animo, aut animosa voce prætere. huc illuc sine ordine sine ratione discurritur. Qua trepidatione Sicambri sui ducis dicto <sup>1</sup> magisque fidei habere cœperant, nullum intus esse præsidium, seque mutuo incitantes, eo acrius insultabant. actum erat, ni vir unus, isque æger, affuisset, quem supra nominavimus, Publius Sextius Baculus, tanta tunc pressus ægritudine, ut jam quinque diebus sine cibo ageret & morbo simul & inedia jam vicinus morti. sed generosum animum nulla res dejecit. is ut videt desereri tutelam castrorum & de fuga non de virtute cogitari; remque in angusto positam nutare, & suæ & publicæ metuens salutem, surgit è <sup>2</sup> grabaculo, ira vires dante, & acceptis ab obvio quodam armis, gradu tremulo portam occupat castrorum seque semianimem hostibus <sup>3</sup> abjicit. sequuntur centuriones viri fortes aliquot, hinc metu, hinc pudore exciti. hosque alii sequuntur. ita sensim pugna restituitur. ipse post paulum <sup>4</sup> audiendi inceptor & dux Sextius, morbo additis vulneribus jam fatiscens, manibus proelio subtractus in tabernaculo reponitur. non tamen omittitur resumpta defensio. frumentatores interea revertuntur, re conspecta territi, & quid agant nescii. <sup>5</sup> fortes adventu illorum subito permoti, & legiones reduces opinati, substitere. mox <sup>6</sup> re cognita paucitate, quos timere despiciunt atque invadunt. ibi & consilia diversa, & res varie gesta est. pars incolumis Caji Trebonii cujusdam alterius ducatu, ipsos per hostes in castra penetravit: cumque his equites & calones multi

1. Puto, magis magisque.

2. Lege, grabaculo.

3. Lege, abjicit.

4. Lege, audendi.

5. Lege, hostes.

6. Forte, recognita.



114 multi pari impetu 1 & tutum evasere. pars egregie pugnans perit. pars eorum qui in collem proximum confugerant 2 vita comitum virtute, per eorum vestigia in castra festinans salva pervenit. pars præventa & circumventa procubuit. Barbari desperantes castra ut crediderant capi posse, ad prædas quas in silvis occultaverant, atque inde ad patriam sunt reversi. Neque tamen hostibus digressis abiit pavor; sic affixus animus; ut nocte quæ hunc casum inseguta est, præmissus à Cæsare Cajus Volusenus, qui equitatu adveniens, & imperatorem cum exercitu adventare nuntians fidem non invenerit. Sic 3 cum omnibus persuasum erat, deleto exercitu fugisse equites, neque 4 omnino aliter castra aggredi ausuros ut dictum est. Denique boni nihil penitus cogitare audebant, in deterius inclinati animi. mirum valde, unde venit ea consternatio in tam fortes viros: nisi opinari libeat, cum humana omnia instabilia sunt, esse aliquas horas, quæ constantes quoque animos sui oblitos emolliant, ac perturbent. neque vero hic metus altissime radicans ulla re alia extirpari quivit, quam ipsius Cæsaris cum exercitu redeuntis aspectu, in quo uno omnis securitas habitabat. Cæsar ergo rediens, & fortunæ vim casuumque varietatem 5 ab aperto sibi notissimam recognovit, in eo maxime, & quod eo præter omnem opinionem barbaros adduxisset, 6 ut inde eos pene jam voti compotes abstraxisset. hæc ut communia non admirans, unum non poterat non mirari; unde hæc barbaris consilii tanta mutatio 7 ut in gratiam Romanorum ad populandos Eburonum fines & Ambiorigem persequendum venerant, ad oppugnanda Romana 8 conversi, Ambiorigi atque 9 Eburonis gratissimam rem fecissent. De reliquo quod contra suum præceptum cohortes in prædam emissæ castra deseruissent; legati inobedientiam leviter arguit. ut qui & mitissimus natura; & legati hujus esset amantissimus, quod ex familiaribus ad eum factis epistolis evidenter elicitur. hæc cum suis Cæsar. at adversus hostes iratior, in omnes partes diffundit exercitum: abiguntur pecora, convectantur prædæ, consumuntur frumenta, exuruntur ædificia, omnia

1. Lege, *in*.2. Lege, *visa*.3. Lege, *enim*.4. Lege, *Germanos*.5. Forte, *eligo*, aut simile quid.6. Forte, *et inde*.7. Forte, *ut qui in*.8. Addendum, *castra*.9. Lege, *Eburonibus*.

omnia denique <sup>1</sup> pervascentur. tantoque impetu hinc inde discursum est, ut Ambiorigem à se visum multi dicerent, atque ad eum comprehendendum incredibili celeritate contenderent, omni labore peti dignum extimantes, quo immensam Cæsar's gratiam mererentur. & canis in morem leporem captantis sæpe ab effectu suæ intentionis minimum abfuisse, tantumque non manibus illum arripuisse se <sup>2</sup> concederent. dum ille interim nusquam tutus, die noctuque latebras mutaret non nisi quatuor comitibus, cum salutem suam pluribus committere non auderet. Sic inultum semper Ambiorigi crimen fuit, quamvis fuga jugis & perpetuus pavor & latebræ longum supplicii genus esse potuerit. Tandem Cæsar fugitivum unum sequi & difficile sibi videns & <sup>3</sup> in gloriam, omnibus in circuitu vastatis, in Rhemorum fines rediit. Ibi <sup>4</sup> consilium Galliæ indixit. & de conjuratione rebellium Senonum ante alios & Caruntum quæstionem habuit. de <sup>5</sup> Acthone autem principe conjurationis Romano more supplicium exegit. cujus quidem sibi <sup>6</sup> mole conscii effugere. aqua & igni contumacibus interdictum est; sic compositis rebus eis, decem legiones ita partitus est, ut duæ Trevirorum, totidem Lingonum; sex aliæ Senonum in finibus hibernarent, provisisque necessariis, ad Italiam est profectus.

Cæsar ut ex Gallia discessit, ecce novi undique motus, novæ rebelliones; ubique conventus, ubique consilia; non in urbibus modo, sed in silvis locisque abditis. multos odium antiquum quum incitabat, multos pavor <sup>7</sup> novis Acthonis morte concusserat. <sup>8</sup> rectissimum suum in caput illius supplicium cogitabat. Accedebat commiseratio communis patriæ, & indignatio gloriosæ olim Galliæ, tunc Romano jugo subditæ, & Romano imperio servientis. Multæ causæ ad unum finem animos urgebant. Cæsar Cisalpinam in Galliam cum venisset, mox ad eum rumor de Clodii cæde perlatus est hunc amicum Cæsar's Milo amicus Marci Ciceronis occiderat. De quo præclara ejus extat oratio quæ <sup>9</sup> Miliona dicitur. Ejus rei causa magni Romæ motus fuerant.

nec

1. Lege, *pervascentur.*2. Lege, *contenderent.*3. Lege, *inglorium.*4. Lege, *concilium.*5. *Accone est in Cæsare.*6. Forte, *male conscii.*7. Lege, *novus.*8. Sensus postulat legi, *unusquisque enim.*9. Lege, *Miloniana.*

nec fama finibus Italis contineri potuit, Alpesque transce-  
 derat. hinc rebellantibus occasio data erat historias novas in  
 Cæsarem fingendi. dicebant, vulgoque percrebuerat, urba-  
 nis detentum simultaribus non posse deinceps in provinciam  
 reverti. Tanto illi acrius instare; tanto alacrius Gallia om-  
 nisp conspirare. nihil <sup>1</sup> è contingentibus omissum; preces  
 pollicitis cumulantur. & qui se rebellionis in <sup>2</sup> Romanis ac  
 Gallicæ libertatis auctores profiteri ausi essent; his ingentia  
 præmia proponuntur. Illud primum maximumque delibera-  
 rant; qualiter Cæsar, si <sup>3</sup> fors redeat, à suis legionibus se-  
 gregetur. illud tamen haud difficile factu esse confirmant,  
 quod neque absente dnce loco se movere audeant legiones,  
 neque ad eas dux incomitatus accedere: modo sit aliquis,  
 qui illius rei facultatem impediatur, nec unius hominis no-  
 men <sup>4</sup> totius orbis exhorreat. Postremo quisque rem casus  
<sup>117</sup>exceperit, fatius esse multo sub propriis armis mori, quam  
 sub externo jugo vivere, multoque tolerabilius, hanc præ-  
 sentem vitam brevem & caducam, quam antiquam gloriam  
 & <sup>5</sup> avidam perdere libertatem. His ac consimilibus consi-  
 liis agitata, <sup>6</sup> Caruntes sese ingenti negotio duces offerunt.  
 Et quum silvestribus in locis, ubi hæc fiebant, copia obfi-  
 dum non sit, neque acciri queant, quin res in apertum ex-  
 eat; quam religiosissimo se vicissim sacramento obligant, ne  
 quis Gallus belli duces metu, aut spe, aut quacumque causa  
 deserat. sic firmatis rebus multis cum laudibus ingentes gra-  
 tiæ Caruntibus actæ sunt: atque ita demum quasi majori par-  
 te negotii confecta ad sua quisque digreditur. dies aderat cla-  
 ro præfixa facinori. Caruntes tantæ rei duces, perditissimis  
 sibi ducibus comparatis, Genabin opidum invadunt, cives-  
 que Romanos ibi negotiantes & prorsus incautos, nomina-  
 tim Cajum <sup>7</sup> Suffium illic à Cæsare rei frumentariæ præ-  
 fectum, honestum virum Romanumque equitem obtrun-  
 cant, ac bona omnia tanquam bello parva diripiunt. <sup>8</sup> Illic  
 rei fama diffunditur; ut sunt Galli rumorum serendorum an-  
 te alios studiosi; ut cum lucis initio belli principium con-  
 veniret, ante primam noctis proximæ vigiliam rei notitia  
 ad

1. Forte, nihil à cunctis gentibus.  
 2. Lege, in Romanos.  
 3. Forte, forsitan.  
 4. Lege, totus.  
 5. Lege, avidam.

6. Lege, Carnutes; & sic in se-  
 quentibus corrige.  
 7. Lege, Fusium.  
 8. Lege, Illico.

ad Alvernos per centum sexaginta milia passuum deveniret. Ibi vero laudatores atque improbatores, ut variæ sunt hominum sententiæ, res invenit. Erat tunc Alvernis ille, ut Flori verbo utar, corpore, armis, spiritusque terribilis, nomine etiam quasi terrore composito, Vercingetorix <sup>1</sup> quidem, potentissimus ac factiosissimus adolescens, olim filius <sup>2</sup> Cebali, qui principatum omnis Galliæ cum teneret ad regnum aspirans à populo fuerat interemptus. hic ut erat & potentiæ ingentis, & ardentis ingenii, clientelis amicitiiisque collectis, quod vult facile persuadet. arma omnes capiunt atque ad bella se præparant. Erat illi patruus <sup>3</sup> Gobocio, vir provectioris ætatis, & consilii sanioris. & sicut hunc stulti juvenes, sic senes illum providi sequebantur. Quibus ergo juvenile consilium non placebat; quique stultam & inutilem hanc fortunæ experientiam judicabant; Vercingetorigem ab incepto prohibent: reluctantem <sup>4</sup> Gergonia opido <sup>5</sup> perturbant. loco ille mutato animum non mutavit: quin etiam multo enixius urgebat inceptum. Et sicut fere accidit ut male agentes <sup>6</sup> comitationes sint: inopes perditique omnes, quorum <sup>7</sup> immutabilis turba est, ad hunc talem ducem confluent. Quibus fretus & injuriæ memor, Gergoniam rediit; patrumque & reliquos à quibus pulsus erat expellit. Et crescente vano favore multitudinis, quod optasse pater morte emerat, rex dicitur. Jamque insanix auctoritate addita, legatos per diversa transmittit, & reverentius auditur, & promptius exauditur. tantumque brevi profecerat, ut secum Senones, Parisii, Pictones, Cadurci, Turones, Aulerici, <sup>8</sup> Lemonices, Andes, & cæteri qui ad Oceanum vergunt, unanimiter conjurarent: neque id satis, omnium consensu regnum ei atque imperium defertur. Sic ea tempestate Gallorum animi & consiliaolvebantur. Sic Romani nominis odium alte animis infederat, ut quisquis se illis opponere ausus esset, regno dignissimus <sup>9</sup> haberetur. Jam non Alvernæ rex igitur, sed Galliæ, contraque Romanos belli dux, non <sup>10</sup> erat neque consulit ut solebat: sed obsides, sed arma,

1. Lege, quidam.

2. Lege ex Cæsare, Celtilli.

3. In Cæsare scribitur Gabanilio.

4. Lege, Gergovia, &amp; sic in sequentibus scribendum.

5. Forte, perturbant.

6. Forte, malis comitationes.

7. Puto, innumerabilis.

8. Lege, Lemovices.

9. Lege, haberetur.

10. Lege, orat.

ma, sed milites imperat & paretur; imperiumque ipsum feritate terribile efficit. Gravioris noxæ reos flammis exurit, tormentis excruciat. leviores ausos effossis oculis aut auribus <sup>1</sup> resectis vitæ relinquit ad ludibrium <sup>2</sup> ad exemplum. jam potens atque horrendus, & natura ferox, & regio tumidus fastigio; Lutherio Cadurco audacissimo viro cum parte exercitus <sup>3</sup> in urbe Ruthenos misso; petit ipse Bituriges. Illi adventu subito permoti ab amicis Romanorum Æduis auxilium per legatos <sup>4</sup> petit. Ædúi rem ad legatos Cæsaris rejiciunt, eorumque consilio equitum illis & peditum dirigunt auxilia; qui cum ad Ligerim amicorum Æduorum tunc & Biturigum imperii limitem pervenissent, aliquot <sup>5</sup> sibi dierum mora exacta redierunt; hanc causam reditus prætententes, quoniam si transissent, hinc ab Alvernis, hinc à Biturigibus opprimendi essent. id enim ambabus gentibus fuisse propositum. An id sane tali metu egerit, an fraude, ne dicam hodie, sed tum quoque dubium fuit. tamen hinc Æduorum secuta defectio; hinc quod statim <sup>6</sup> reversus auxiliis Æduorum, se Alvernis Bituriges adjungere, rem suspectam faciunt. Cæsar hoc audiens & urbanis motibus Pompeji Magni virtute compositis, non se tunc amplius Italiæ necessarium ratus, in Galliam redit. ingens illum exercebat cura, qualiter suis sese jungeret. Nam sive ille proficisci ad illos vellet, non sat tuto fieri posse cogitabat, ut in tanta rebellione regionum omnium, inter eos etiam qui amici credebantur, cum paucis securius incederet; tam modicum undique fidei videbat; sive ad se illos evocare mallet, hæsitabat ne itinere in ipso superventu hostium se absente, quod nolebat, pugnare cogerentur. has inter curas Lutherius Cadurcus à Vercingethorige missus, Ruthenos Alvernis attraxerat. nec mandatum impleisse contentus, alias quoque urbes acceptis obsidibus in potestatem redegerat, & rebus prosperis <sup>7</sup> evectus in <sup>8</sup> Nerbonensem provinciam properabat.

<sup>120</sup> Cæsar consilium hostis intelligens præcurrit; & præventos metu animos confirmans, præsidia oportunis locis per extrema provinciæ hostibus objecta distribuit. & parte supplementi nuper ex Italia adducti in Æduos præmissa subsequitur;

<sup>1</sup> Lege, *resectis*.

<sup>2</sup> Adde, &.

<sup>3</sup> Forte, *in urbem Ruthenorum*.

<sup>4</sup> Lege, *petunt*.

<sup>5</sup> Lege, *ibi*.

<sup>6</sup> Lege, *reversis*.

<sup>7</sup> Lege, *evectus*.

<sup>8</sup> Lege, *Narbonensem*.

tur; Ædui ab Alvernibus Cebenna monte asperrimo ac nivofissimo distinguuntur, quo se Alverni quasi muro valido circumseptos arbitrantur, ea maxima parte anni, qua non dicam exercitui, sed ne viatori quidem permeabilis fuisse unquam diceretur. Et erant ab ea parte eo tempore plane tuti, si cum alio res fuisset. At Cæsar ut quem nulla res morari posset aut deflectere, nive <sup>1</sup> multitudinis pedum sex dimota, & adversum per jugum itinere <sup>2</sup> multito labore pedatum expedito, Alvernos fines inexpectatus aggreditur. Juvat aliter hanc rem ipsam Flori verbis exponere; *Per invios, inquit, ad id tempus montium tumulos, per intactas vias & nives expedita manu emersus occupat Galliam.* Mox vero ut Alverniam attigit equitatu in omnes effuso, tantum subiti terroris incusserat, ut trepidi omnes Vercingetorigem ad ferendam opem patriæ suis consiliis laboranti nuntiis ac precibus excitarent. Quibus motus in patriam redibat. <sup>3</sup> Cæsar interim dimissoque sine intermissione agros hostium populari. Ipse ne suspicantibus quid suis quam celerrime potest, Viennam proficiscitur. inde equitatu quem ille præmiserat accepto, per Æduos pergit in Lingones; tanta ubique velocitate, ut non tantum hostes pavore, sed amicos stupore perfunderet, sic inopinantibus aderat. illic duæ legiones in hibernis erant. illis eductis octo reliquas hinc inde dispersas evocat, priusque quam hostes quo ivisset, aut quid <sup>4</sup> agere nossent, omnem exercitum congregavit: atque ut Florus idem ait, *ex distantibus hibernis castra contraxit & ante in media Gallia fuit, quam ab ultima timeretur.* Vercingetorigem auditot <sup>5</sup> Cæsar digressu, retro in Bituriges reverso, atque hinc profectus in Bojos Transalpinos, opidum illorum sub Helveticæ victoriæ tempus ædificatum à Cæsare, Æduisque <sup>5</sup> contraditum, oppugnare disposuit. opido nomen Gorgobia. gloriosum sibi existimans, si Æduorum receptaculum simulque Cæsareum opus everteret. Cæsar animus hæc res valde sollicitum habebat, ne aut neglecta amici defensio defectionem sociorum & contemptum sibi, aut suscepta anni tempore adverso, difficultatem rei frumentariæ legionibus importaret. Satius tamen duxit pati omnia quam contemni, & contemptu suo alienare sibi animos amicorum. Itaque

S s s dimissis

1. Forte, in altitudinem.

2. Lege, multo.

3. Nonnulla hic delunt, quæ ex

Cæsare suppleri possunt.

4. Lege, ageret.

5. Forte, attributum.

dimissis impedimentis omnibus & duabus ad custodiam legionibus ; & provisa cum Æduis quam potuit subventionem commeatuum , in Bojos ducit. Erat viæ medio <sup>1</sup> Vellendinum Scenonum opidum. illud ne quid hostile post terga dimitteret , aggredi consilium fuit ; opidum bidui oppugnatione tollerata , die tertio legatos ad Cæsarem de pace ac deditioe transmittunt. iussi arma & jumenta & obsides dare , nihil recusarunt. ne quid autem temporis amitteret , G. Trebonio legato ad peragenda omnia dimisso , ipse iter interceptum solita celeritate prosequitur. Genabum erat opidum Carnutum , ubi Romanos negotiatores initio conjurationis occiderant. id opidum amnis præter labitur. ipsum in ripa situm ripæ alteri medio ponte jungitur. ad loci hujus defensionem Caruntes consilia conquirebant : eo tamen lentius , quo diutius bellandum crederent <sup>2</sup> rem hæsuram , & simillimum viri esset morem impigerrimi ducis ignorantibus. huc ergo cum biduo pervenisset , oppugnationem quod diei illius sero erat , in diem proximum edicit. quid fieri velit milites edocet. veritusque , ne Genabenses nocte diffugerent ; <sup>3</sup> hinc rei excubitrices duas armatas legiones adhibuit , intentisque animis ac auribus pernoctare iussit. atque ut præfagierat accidit. <sup>4</sup> oppidum intempesta nocte per pontem taciti abibant. Cæsar eorum abitu per exploratores cognito , legiones quæ paratæ erant muris admovet , & portis subito effractis , indefensum capit opidum ; captum diripit , direptum incendit , præda militibus concessa ; simul exitus obferari omnes jubet , mittitque qui præfugos <sup>5</sup> prænominant atque sequantur. itaque paucissimi evasere. viarum & <sup>6</sup> ponti angustiis capti omnes. Cæsar hinc trans Ligerim ducto exercitu in Bituriges tendit. quo cum venisset , Vercingetorix ubi id sensit , Gorgobinæ obsidione derelicta , contra eum pergit. Cæsar interea <sup>7</sup> Noviodinum aggressus oppugnat. quem confestim opidani per legatos orant , ne in eos præter suum morem sæviat , neve pro tam levi causa de sua celeritate <sup>8</sup> aliud intermittat , quæ tot illi victorias peperisset , sed eis vitæ dimissis feliciter progrediatur ad reliqua. piæ preces videbantur. flectitur itaque ; & iis arma , equos , ob-

fides-

1. Vellaunodunum Senonum Cæsari.  
 2. Hæc sunt corrupta.  
 3. Lege , huic.  
 4. Forte , oppido enim,

5. Lege , præveniant.  
 6. Forte , pontis.  
 7. Lege , Noviodunum.  
 8. Forte , aliquid,

fidesque imperat. & jam pars obsidum data erat, & centuriones aliquot cum paucis militibus opidum introgressi cætera conquirebant; <sup>1</sup> dum repente de longinquo equitatus à Vercingetorige <sup>2</sup> promissus apparuit, opidanos spe tempestivæ opis erectos deditiois cœperat pœnitere. Velut igitur ex condicito clamorem tollunt, arma corripunt, muros scandunt, portas obstruere properant. sed Romani illi pauci qui in opido erant, animorum mutatione <sup>3</sup> perpensa; strictis subito gladiis portas præoccupant & incolumem exercitum intromittunt. Capto ad hunc modum opido Cæsar statim equites suos contra equitatum hostium adventantem educit, & illos equestri prælio conferto multa cum eorum strage vicit, & in fugam vertit. in qua victoria (ne privemus <sup>4</sup> sua laude barbariem) quadringentorum equitum Germanorum qui sub Cæsare militabant, atque ab ipso principio secum erant, opera fuit egregia. ab eo enim immissi, laborantibus aliis in tempore subvenerunt; fregeruntque Gallos repentino impetu. hoc videntes è mœnibus opidani, spe auxilii amissa, iram Cæsaris metuentes, eos qui tumultum excitaverant victos ad eum deduxerunt, <sup>5</sup> captam deditioem peregerunt. Ipse autem his peractis Avaricum maximum optimumque opidum Biturigum, & uberrima finium in parte situm oppugnare constituit, quod eo capto civitatem ipsam captum iri non diffideret. Vercingetorix tot adversis nondum animo collapsus; suis ad consilium vocatis in hanc sententiam disseruit. *Quotidie inquit experiendo & discendo sunt homines doctiores; quod cum in rebus omnibus; tum præcipue in re bellica verum esse deprehenditur. s magis animis bellum grave suscepimus, sed gerendi modum belli non sat sollerter advertimus; alia nobis itaque bellandi ratio ineunda est. non sponte cum Romanis concurrendum: sed omni ingenio providendum ut pabulo hostes, ut com meatibus arceantur. Id nobis hard difficile videri debet, cum & equitatu præstemus & anni parte adjuvemur. Illud quoque nobis acriter cogitandum, hostes nobiscum in finibus nostris pugnant, & contra nos nostris frugibus sustentantur. ubi Romani pabulantur, vicos domosque omnes frugesque comburi damnosum fortasse videatur, utilissimum est, ne sub nostris tellis nostri hostes habitent, nostris alantur frugibus; inopiant*

Sff 2

aut

1. Lege, cum.  
2. Lege, promissus.  
3. Lege, perpensa.

4. Lege, captam.  
5. Lege, magnus.



aut non <sup>1</sup> fere, aut non tuto longius pabulatum ibunt. nihil ad victoriam interfit, an hostes occidamus, an bello necessariis spoliemus. gravius aliquanto videtur quod dicturus sum, sed virtuti nihil præter culpam atque infamiam grave est. Opida quoque quæ non penitus valida ac munita sunt exurenda censeo, ne aut nostris <sup>12</sup> <sup>4</sup> inertia, aut hostibus offensæ diverticula sint. Si quis est cui hæc acria videantur, cogitet quanto acrius <sup>2</sup> liberos atque uxores in servitutem trahi cernere, exarmatum hosti jugulum præbere, & alia multa pati, quæ bellorum jure victi à victoribus patiantur. Persuasit his verbis, viginti & eo amplius opida una luce combusta sunt. neque solum in finibus Biturigum, sed in reliquis hac illac quocunque oculos flecteres, incendia cernebantur, non sine omnium dolore. quem ea spes lenibat, quod parta victoria cito omnes perdita restaurarent. De Avarico in consilio agitatum est, an incendi illud, an intactum linqui melius foret. Enimvero ad hoc verbum ad Vercingetorigis pedes Gallorumque omnium qui consilio intererant affusi Bituriges, obtestantur, ne pulcherrimum Galliarum opidum <sup>3</sup> de cujus provinciæ Biturigensis ac præsidium flammis immeritis deleatur. cum defendi posset locus pene inexpugnabilis natura, cui si defensio militaris accesserit, maledici possit non noceri. Movebant hæc preces animos cunctorum, unus Vercingetorix cunctis obstabat, qui & ipse tandem victus misericordia in sententiam cæterorum transit. Sic defensoribus rebusque aliis ad custodiam oportunis eo transmissis, servatur Avaricum à Gallorum flammis, sed non ab obsidione Romanorum. in qua quidem obsidentium fortis & animosa tolerantia emicuit. Cum enim hinc Vercingetorix castra propius admovisset, & ab exploratoribus per singulas horas quid in Romanis castris ageretur, edoctus, omne iter eorum observaret; & Romanos circum omnibus exustis urgente necessitate longius pabulantes, crebris incommodis ac damnis afficeret. Illinc vero Ædui ac Boji quibus ea cura mandata erat: illi quidem quod mutato erga Romanos animo non curabant, hi quoque parum poterant, rem Romanam maligne commeatibus adjuvarent: ad tantam penuriam <sup>4</sup> devenire, ut diebus plurimis frumento carentes tenui pecore vix proferrent imbecillem spiritum; nunquam tamen ab oppu-  
gna-

1. Forte, ferent.

2. Addendum, sit.

3. Forte, decus.

4. Lege, devenere.

gnatione cessarent; nunquam vel irata vel mollis cujusquam ex ore vox erumperet; aut Romanæ non conveniens majestati. Imo vero cum Cæsar laborem militum miseratus inter exhortandum sæpe diceret: *si nimis aspera sunt ista progressu, nulla per me mora est, oppugnationem omittere sum paratus; unanimiter responderent. Non hæc quæsumus optime imperator. sic multos annos te duce militavimus, ut nullus metus, difficultas nulla nos fregerit: nullus hostium nobis hanc ignominiam <sup>1</sup> irrogant ut cæpta deseramus. ne tu ergo dux noster hanc æternam maculam nobis <sup>2</sup> immiseris; sine modo omnia pati <sup>3</sup> malimus, quam ne nostra mollitie manibus Romanorum civium apud Genabim Gallica nequitia peremptorum, Gallico sanguine satis fiat. hæc Cæsari hæc eadem & tribunis militum & centurionibus repetebant, ut per eos imperatori familiariter diceretur. Cæsar dum hac nobili perseverantia in oppugnatione proceditur, jam turribus muro admotis discit ex captivis, Vercingetorigem castra propter defectum pabuli promovisse, & cum equitatu expeditisque peditibus insidiatum sero ad ea profectum loca, quo Romanos <sup>4</sup> populatores luce proxima venturos opinaretur. Quo cognito, nocte media digressus primo mane castra hostium attigit duce carentia. Illi adventu præcognito impedimenta silvis intruserant, aciem altiusculo in colle, quem difficilis palus, sed angusta cingebat, erexerant: pars præcisus pontibus, quasi clipeo quodam se palude protexerant, ubique <sup>5</sup> constituerant in Romanos versi. eratque res facilis, & pene æqua prospectui: sin ad experientiam veniretur, iniquissima, plena difficultatis ac periculi. Itaque milites rem non nisi oculorum judicio metientes nobili indignatione permoti, Cæsarem circumstant: *Quid hic inquit rei est? quis hic pudor? quænam hæc indignitas imperator? ergo hostes conspectum nostrum è tam proximo pati <sup>6</sup> possint? quin tu nos pugnare jube & signum prælii propone, ut jam ex iis quibus fidunt locis hos barbaros detrahamus. fide militum lætus fuit Cæsar. Ego inquit sic affectos cum vos videam, ut nullum discrimen pro mea gloria recusetis, impius <sup>7</sup> sum nisi vestram vitam meæ præferam salutem. Proinde <sup>8</sup> cum tempus**

Sff 3

solita

1. Lege, irroget.
2. Forte, inusseris.
3. Lege, malimus.
4. Lege, pabulatores.
5. Forte, constitierant.

6. Lege, possunt.
7. Lege, sum.
8. Forte, cum tempus erit solita virtute dexterisque victricibus usus sum: nunc quiescite, mihi que electionem.

solita virtute dexterisque vittricibus usuri nunc quiescente, & electionem temporis & consilii capiendi curam linquite. Nempe hæc victoria quam tam facilem judicatis, loci situ, non hostium vigore difficilis, multorum mihi credite virorum fortium morte constaret, quod adversus penitus proposito atque animo meo est, & si enim vincendi avidum me nec negem nec dissimulem, nunquam tamen mihi placuit multo sanguine meorum emptæ victoria. Quieverunt tanti ducis auctoritate repressi, quos ille in eo ipso die nulla alia re gesta reduxit in castra; atque ad inceptam oppugnationem studium omne convertit. Vercingetorix interea irritis reversus insidiis ( à tremula semper & fragilis potentia humana) cum ad suos pervenisset, accusatus ab eis est, quod sine præsidio & sine duce de industria derelictis castris, equitatu & omni flore militiæ abducto Romanis Galliam prodere voluisset; quodque in se fuerat prodidisset. Nempe regnum consensu populi collatum sibi sordere, & illud à Romano duce sequi sibi gloriofius extimare. proinde Galliam sui regis fraude proditam, loci oportunitate, & cælesti favore liberatam. neque enim casu aliquo, sed certo consilio evenisse, ut & castra tutis locis abduceret, Romanis propius admota desereret, imo etiam spoliaret omni robore; vixque eo digresso hostes velut nuntio moniti advolassent. Accusationis hæc summa, hic suspicionum color fuit: quibus apparebat tanti modo regis in dubio salutem verti; nisi reus his objectis constantissime respondisset. Nam quod castra moverem, inquit, pabuli coegit inopia, & hortatus vester, ut propius Romanis accederem, ipsius situs loci attraxit per se ipsum tuti. equites abduxi, quos palustribus locis inutiles sciebam, utiles autem quo pergebam. ducem certum abiens non dimisi, veritus ne fortassis acquiesceret vocibus atque consiliis insanorum, pugnam intolerantia non virtute poscentium. Romanos si me absente casus attulit, fortunæ non alteri imputandum. at si aliquo suadente contigisset, habenda illi gratia esset, à quo nobis præstitum ut eorum & paucitatem videretis, & ignaviam nosceretis, qui stulto adventu, turpe reditu, & consilii & virtutis inopiam detexere. à Casare ego non regnum per prodicionem, sed de ea victoriam per virtutem spero; quæ jam proxima jam pene nobis in manibus est. quin hoc ipsum regnum quod consensu omnium jure possideo sponte dimittere paratus sum, si forsitan vos honorem mihi potius contulisse creditis quam à me beneficium accepisse. Cæsar

far Romanusque exercitus ultima laborat inopia. jam ad pugnam atque ad opus & animi & corporeæ vires desunt. & nisi confestim aliud insperatæ felicitatis affulserit, abitum moluntur. horum ut à me factum nihil suspicemini, Romanos milites audite. Erant servi aliqui inter pabulandum capti & in carcere torti multipliciter & afflicti, jussique quod per eos dici vellet: & producti in medium, legionarios se 1 † stultum esse in bellis prospera omnia sperare. temperanda dulcibus amara, lætis tristitia; nunquam sui consilii fuisse ut defenderetur: fecisse hoc Biturigum improvidam pietatem & facilem nimis indulgentiam cæterorum; permittendum fortunæ suo jure uti, quod illi cum u-128 bique magnum tum in bello maximum atque inexsuperabile sit. Quod ad se attineret summo studio ensurum ut incommodum nunc illatum multis & magnis commodis resarciat & compenset. atque in primis civitates quæ à consensu publico discessissent in cæterorum sententiam traducturum, ut unum sit omnis Galliæ consilium, unum corpus, una mens. cui terrarum orbis impar haud dubie sit futurus. id se non facturum tantummodo sed pene jam effectum reputare. Quod necessitas præsens poscat castra salutis omnium 2 pro futuro, labore omnium ac studio munienda esse, quibus subiti hostium incurfus arceantur. Grata omnibus hæc fuit oratio, quod non animo defecisset; sed, ubi duces alii magnis cladibus acceptis sese abdere soleant, vultusque militum refugere, hic in publicum prodiit, & novum salutis iter ostendit, eoque plus fidei illi erat, quo Avaricum incendendum deserendumque consuluerat, clarum providentiæ ejus indicium. sic cum cæterorum minui soleat, adversis creverat ducis hujus auctoritas. Neque aut in castris communiendis, quæ primo Romano more in Gallia communita sunt, quicquam à militibus est omissum, quamvis impatientissima gens laborum sit, aut à duce in conciliandis reliquis ut promiserat urbibus ulla in parte cessatum. Cogitabat æstuabatque animo, diebus ac noctibus laborabat, sollicitabat universas, ad res novas omnem Galliam excitabat. Inque hoc opus quos mitteret viros elegerat, qui vel noti in populis acciprique, vel blanda oratione atque ingenio, vel principum fa-

Sff 4

mi-

1. Hic multa desunt, ut videre licet in Cæsare. & sequentia pertinent ad orationem, quam Vercingetorix habuit suis militibus post Avaricum captum. atamen tranf-

posita fuerunt, & sequitur eadem narratio infra 96. ubi est hoc signum †.

2. Forte, profutura. Cæsar.

miliaritate pollentes, ac gratia idonei visi erant; eos vero qui ad eum seminudi & inermes capto opido confugerant; vestibus atque armis instruxit, inque gradum militiæ pristinum restituit. Ad hæc diversis ex urbibus sagittarios & omnis generis contraxit auxilia, quibus acceptum Avarici detrim<sup>1</sup>entum suppleretur. Accessit Oloruconis filius Theorom<sup>2</sup>otus, Nichioborgum rex, cujus patrem Romanus senatus amicum appellaverat. sed ut sæpe filii derelictis parentum semitis, novas quærunt; iste contra Romanos ad Vercingetorigem cum multo se contulit equitatu. Cæsar ad Avaricum complusculos dies egit & frumenti larga ibi copia atque omnium commeatum inventa, fessum atque esurientem exercitum recreavit. Inde quod bellis aptum tempus instaret ad hostem ire tota mente dispositus, ut inventum, vel rædio in apertum eliceret & in pugnam cogeret, vel obsidione conficeret. Dum ad hoc iter accingitur, legationibus Æduorum exoratus ad componendas eorum lites & controversias intestinas, quæ inter duos primores populi de summo magistratu ortæ, totam urbem alterius suffragiis agitabant, ante omnia eo proficisci statuit, non ignarus quidem quanta præsertim in bello jactura sit temporis, quantum in dilatione periculum. sed amicam urbem destituere, populo Romano seque indignum arbitrabatur, quam jam in armis esse hanc ob causam & pene jam configere fama erat. neque inhonestum modo sed periculosum providebat eam rem negligere; ne auxilium fortassis ab hostibus pars inferior postular<sup>3</sup>et, neque vere legi amicorum ulla in parte derogare fas ducebat, qua ulla ratione <sup>3</sup> qui sibi gradum pars utraque vendicaret rebus omnibus regno parem; nisi ætate. erat enim animus ingratus. Quamobrem <sup>4</sup> ne ad se patres evocare sustinuit; neque indignum censuit negotium, ad quod componendum ipse proficisceretur. In Æduos igitur cum venisset Decetiam opidum & partes & senatum omnem convenire jussit. & præsens de jure partium cognovit, metus<sup>4</sup>que omnes sua auctoritate compescuit. Corum enim virum nobilissimum, & totius gentis potentissimum, cum creatum contra leges certis testimoniis deprehendisset, <sup>5</sup> credere: Convictolitanam vero ritæ per sacerdotes more patrio institutum

1. Oloruconis filius, Theoromatus Nichioborgum rex. Sic Cæsar.

2. Forte, veteri.

3. Mendosus locus & mutilus.

4. Forte, nec ad se partes.

5. Lege, credere.

tutum præesse 1 magistratu imperavit, obtemperatumque præcepto est, sine ullo murmure aut querela. hortatus dehinc Æduos ut civilibus discordiis abstinerent, quæ pestiferæ semper magnis urbibus ac funestæ 2 sunt; utque in præfens bellum auxilia quæ possent mitterent, devicta Gallia digna à se præmia percepturi, equitatus ab his omnes & decem milia peditum ut sibi mitterentur obtinuit. Tunc exercitum duas distribuit in partes. quatuor legiones & partem non exiguam equitatus sub Labieno in Senones atque 3 Periseos direxit. Ipse cum sex legionibus & reliquo equitatu in Alvernos rediit, perrexitque Gergoniam. Vercingetorix adventu Cæsaris præcognito, qua transeundum illi noverat omnes fluvii pontes fregit, cui 4 Laver, alicubi Claver nomen invenio. Itaque perveniens & præclusos aditus, & adversa in ripa obambulantem hostem reperit. hoc in statu premebant variæ duces curæ. Vercingetorix, ne quem Cæsar è pontibus reficeret metuebat. Cæsar vero ne fluminis alveo præpeditus, quod vadari ante autumnum non soleat, otiosam agere cogeretur æstatem. omne tamen incommodum 5 vicis ducit ingenium. siquidem præmissis è regione omnibus impedimentis & quatuor legionibus, additisque cohortibus aliquot, ut constare numerus videretur omnium legionum, & speciem præberet exercitus alibi aditum quærentis; ipse locis abditis cum duabus tantum quæ supererant legionibus se tenuit; suisque ut quam longissime procederent, atque ita à se hostem distraherent imperavit. Tunc hoste digressio & Ro-<sup>131</sup>mani exercitus iter observante, ut ubicunque transire volentibus obviaret; locum vacuum relictum Cæsar occupat, atque è pontibus unum, cujus pars una visa est intactior minorisque egens operæ; confestim reficit, & traductis legionibus castra communit, præmissasque legiones ad se è vestigio remitti jubet. Intelligens se delusum Vercingetorix, 6 amato obice, quo ab hoste separabatur; ne invitatus ad pugnam cogi posset, ex eo ipso loco ubi erat dum reditum legionum & proprium vidit errorem, magnis 7 † cursibus 8 † milites  
S ff 5 dixe-

1. Lege, pra magistratu.  
2. Lege, sint.  
3. Lege, Parisios.  
4. Elaver Cæsari dicitur.  
5. Lege, vicit ducis.  
6. Lege, amoto.

7. † magnis cursibus in anteriora contendit. sequitur infra 98. lin. penultima.

8. † Reponenda supra 93. lin. ultima, post legionarios se.

dixerunt extrema fame victos è castris clanculum effugisse ; pari omnem exercitum fame confectum esse. Cætera dehinc omnia dicto regis consona persecuti sunt. tum Vercingetorix exclamavit ; *Et per me inquit, quem proditiōis accusatis, hæc vobis cuncta proveniunt, atque illud extremum, ut sine vestro periculo victus Cæsar ac fugiens, nullis agris ac urbibus receptetur, id enim inter multa meo consilio constitutum est.* His dictis <sup>1</sup> usi repente animi variæ gentis & credulæ, usque adeo ut læto plausu, & armorum crepitu; quod signum erat dicta concionantis astantibus placuisse, acclamarent; & una voce Vercingetorix summus ducum ac fidelissimus hominum duceretur. Cæsar Avarici cœptam obsidionem, cœptamque defensionem hostes peragunt, inque dies obnixius utrique. nam & Romani aggerem immensi operis gelu ingenti ac imbre perpetuo præpediti, virtute tamen ac perseverantia difficultates superante, viginti quinque diebus extruxerant, & muris admoverant. Et Galli decem milia ex omni Gallia delectorum hominum opido intruserant, eo consilio, ne vel solis Biturigibus salus publica crederetur, vel servati <sup>132</sup> oppidi gloria solorum esset Biturigum sed Gallorum omnium; & actis sub terram cuniculis incensoque per noctem aggere; & simul factis eruptionibus Romana castra in magno discrimine posuissent; nisi summa ducis providentia esset occursum, quod duas assidue legiones excubare pro castris faciebat: harum interventum & eorum qui ejusdem jussu totis noctibus in opere vigilabant, & flammæ extinctæ, & insultus hostium sunt repulsi; & excitati omnes totis è castris ad auxilium convenerunt nec Romana virtute Gallica ideo pertinacia lentescibat. Obstinati in mortem non tantum resistebant, sed erumpere audebant, nec vel hostes invadere, vel jactare incendia desinebant; & defessis integri, & vivi mortuis succedebant; ut quæ in eo ipso temporis momento situm patriæ, statum & salutem totius Galliæ cogitarent. Qua in parte prætereundum non videtur illud memorabile, quod nec scriptor à quo ante alios ista decerpimus sibi prætereundum existimavit sub oculis suis gestum. Gallus quidam ante portam opidi traditas <sup>2</sup> eis ab intrinsecis picis ac sevi glebas in ignem jactabat: scorpione transfixus exanimatusque procubuit. unus è proximis transgressus hunc jacentem &

1. Forte, *versis*.2. Lege, *ei*.

& periculi oblitus eodem officio fungi cœpit. illo quoque pari ictu scorpionis occiso, mox successit tertius, & tertio quartus. nec ante successionum talium finis fuit, quam extincto igne, depulsiſſique hostibus in opidum; pugnae etiam finis esset. Vercingetorix tandem, opidanorum animis atque corporibus fatigatis, ut quorum conatus omnes in nihilum recidissent, fugæ illis auctor esse cœpit; quam tutam fore castrorum suorum vicinitas dabat spem, & insequi volentibus objecta palus. ad id nocturnum tempus idoneum visum erat; fugæ consilium casus mirabilis impedivit. Nox aderat, & <sup>1</sup> tanti per tenebras ituros se sperabant. tum matronæ aliæ parvulos suos stringentes ad ubera, aliæ humi strata <sup>133</sup> ræ flebiliter obsecrabant; ne se, neve communes filios hostibus ad ludibrium & ad poenam darent. se quidem ad prosequendam suorum fugam sexu, ætate illos invalidos. ubi suos nec pietate nec precibus flecti & in proposito fixos vident & pudorem & amorem superante metu, è muris <sup>2</sup> ex clamore & Romanis ut poterant dare instantis fugæ sensum inceperunt. Quo metu opidani, ne re ab hostibus intellecta præclusis itineribus caperentur <sup>3</sup> Cæsar die proximo cum muro oppidi turres & machinas admovisset, repente tantus imber nimbis affluxit, ut perfacile esset alium territurus. at ipse qui sæpe fœdis tempestatibus ad victoriarum uti soleret occasionem; sibi illud iter ad id quod intendebat apparuisse extimans, quod & suos ad opus solito pigriores cerneret; & hostes ad tutelam opidi lentos & incautos ex rarioribus per muros custodiis animadverteret: hortatus milites, ut fructum tandem longi laboris <sup>4</sup> arriperent. & primis in <sup>5</sup> muris ascensuris præmia consueta pollicitus, tuba prælii signum dedit. Ira igitur & spe præmii stimulante, & unoquoque certatim adnitente primum gradum laudis apprehendere: Muri undique ad <sup>6</sup> fastidia non tam ascenderunt quam evolaverunt. Stupefacti cives <sup>7</sup> in spera hostium corona; sese locis patentioribus liberius defensuri, ne viarum premerentur angustiis, in plateam confugerunt. postquam vero animadverterunt, haudquaquam Romanos in plana descendere; sed uno alium attollente magis ac magis mœnia complere, metuen-

1. Lege, tutos.

2. Forte, exclamare.

3. Supple ex Cæsare: consilio destiterunt.

4. Lege, acciperent.

5. Lege, murum.

6. Lege, fastigia.

7. Forte, insperata.



tuentes undique circumcludi ; fugamque eripi ; trepide armis abjectis extrema opidi cursu rapido petiere. ibi pars portarum in exitu se coartans, pars flumen transvecta, ab equitibus ad hæc missis cæsi omnes. Nullum prædæ studium sed  
 134vindiçtæ fuit. omnibus ante oculos mors erat mercatorum Romanorum qui ad Genabum, immeriti illi quidem, sola Gallorum crudelitate perierant. ejus cædis recordatio supra Romanorum morem acerbabat animos, ut nec ætati nec sexui parceretur. Ex omnibus itaque qui in opido sunt inventi, quorum numerus ad quadraginta milia capitum ascendit ; vix octingenti qui ad primum capti opidi clamorem sese portis murisque <sup>1</sup> præriperant, evasere. & Avarici quidem longa ac difficilis obsidio hunc habuit finem. Vercingetorix vero Avaricenses reliquias nocturna fuga in sua castra delatas clementer excepit, ac veritus ne qua ex eorum permixtione tumultuandi occasio præberetur, segregandos curavit ; ut cum castra essent secundum numerum distributa, ad suos quisque duceretur. Ipse vero neque hoc fractus <sup>2</sup> ut dejectus eventu, ita consolatus est suos, ut diceret, *Non virtute sed arte quadam muros oppugnandi, victoriam hanc Romanis obtigisse.* <sup>3</sup> † in <sup>4</sup> anteriora contendit. quem non segnius sua per vestigia Cæsar insequitur, quintoque die in Gergoniam pervenit. & primo statim adventu leve proelium equestre commissum sed nil in eo memorabile gestum est. Cæsar urbem altissimo in monte sitam & accessu ab omni parte difficilem specularus, & agnoscens, non exigui temporis opus esse ; oppugnationem differendam statuit, donec curam rei frumentariæ & com meatibus impendisset. Ipse Vercingetorix singulos populos in singulis collibus Gergoniæ explicuerat ; circumfusis ostentatione terrificâ, quæ hostes facile solo spectaculo consternasset, nisi & Romani fuissent, & ducem Cæsarem habuissent. Erat ex plurimis collis unus, quem si Romani occupassent, poterant hostes & aquatione & pabulo impediri. is collis quod cæteris omnibus difficilior erat  
 135atque præruptior, negligentius servabatur. sed virtuti nil usquam difficile nil præruptum. loci hujus opportunitatem conspicatus Cæsar non misit qui eum caperent : sed per se ipsum nocte intempesta profectus ex castris, ascensum vix accessibilem

1. Lege, præriperant.

2. Lege, nec.

3. † *stultum esse*, &c. repete supra

fol. 93.

4. Lege, *ulteriora*, vel *interiora*.

bilem superavit & repentinus adveniens, depulso inde præsidio hostili occupavit collem, & castra ibi minora constituit, quibus duas legiones assignavit. Tum duplicem fossam duodenos pedes seu altitudinis seu latitudinis habentem à minoribus castris ad majora perpetuam duxit, quo nulla vis hostium vetare posset, quin inter se libere <sup>1</sup> commigrarent. Sic ad victoriam prona omnia videbantur.

Nulla est autem in terris inconcussa felicitas. nescio quo in procurfu rerum ad vota fluentium prosperis adversa se inferunt. Cæsare ad Gergoniam res agente, nilque nisi de hostibus <sup>2</sup> solito periculosa defectio, unde minime timebatur erupit. Civitas Æduorum prima amica populi Romani, & sui ducis & senatus sæpe decretis honestata, interque omnes, imò præ omnibus Gallicis urbibus summo semper in honore habita, de rebellionem (quis hoc unquam crederet) <sup>3</sup> cognovit. Initium rebellionis à Convittolitane illo, quem Cæsar ante paucos dies in civilium seditionum <sup>4</sup> direptione prætulera. O quam facile ingratis animis magnorum licet atque recentium <sup>5</sup> subrepat oblivio. ille siquidem beneficio obstrictum Cæsaris fassus, quod sibi justissima tamen favisset in causa; omissa mentione pecuniæ, quam ut Romanis fidem frangeret ab Alvernis acceperat, cum nulla sit perfidia turpior, quam cui avaritia causam dedit, foedoque proposito velum <sup>6</sup> caræ honestioris obtendens, & plus se libertati, patriæque asserens debere quam Cæsari; nonnullis adolescentibus nobilibus ac superbis facile persuasit, ut Romanæ amicitiae vinculum leve discuterent; seque non solum libertati natos; sed imperio meminissent. unicam esse urbem Æduorum, quæ <sup>10-136</sup> Galliae victoriam remoretur: ejus exemplum sequi alias. hac ad commune bonum redeunte, cæteras <sup>7</sup> securitas. nec Romanis ubi deinceps pedem ponant in Gallia superesse. Neque vero præter ignaviam Æduorum quicquam causæ esse, cur Romanos magis Ædum, quam Romani Æduos de suis questionibus adeant. Non hæc amplius toleranda esse: sed Cæsari ac Romanis ostendendum, & liberos se, & viros, & Gallicos. Et eorum quidem adolescentium princeps erat Litavictus quidam, ejusque germani. qui cito omnes non consilium <sup>8</sup> auctorem consilii extimantes senioris

1. Lege, commearent.  
2. Lege, solcito.  
3. Lege, cognovit.  
4. Lege, direptione,

5. Videtur deesse, beneficiorum.  
6. Lege, causa.  
7. Lege, securitas.  
8. Adde, sed,

nioris atque potentioris & magistratu summo præditi in sententiam transierunt. sed civitatem beneficiorum Cæsaris oblivisci posse <sup>1</sup> sperabant, nec credibile videbatur. alia ad id via fraudulentior inventa est: stulta tamen inventio, & inventoribus suis digna. ea vero fuit hujusmodi. Auxilia quæ ab Æduis mittenda monstravimus, ut Litavicto ducenda committerentur. id quidem nullo negotio <sup>2</sup> imperatum est. is ergo præmissis ad Cæsarem fratribus, quid de reliquo sint acturi cum eisdem ordinat. Cum ergo Romanis castris cum exercitu propinquaret, neque jam amplius quam triginta milibus passuum abesset, substitit, & repente quasi tristi nuntio accepto versus ad suos & illacrymans: *Quo pergimus inquit & quid agimus amici; omnis nostra nobilitas, omnis noster equitatus, qui cum Romanis erat, <sup>3</sup> assumptus est. Eporedorix & Vindomarus <sup>4</sup> princeps gentis nostræ falso prodicionis crimine circumventi, quod cum Alvernis clandestina colloquia habuissent, prærepta facultate defensionis occisi sunt. de fratribus meis ac propinquis loqui lacrymis impediatur, omnium similis est fortuna. simili non creditis, hos audite, quos ex ea cæde non Romanorum misericordia, sed ipsorum fuga subtraxit; ad faciendam verbis fidentem subornati testes prodeunt, de conficta historia nil mutant.* His auditis territi omnes exclamant, Litavictum orant ut saluti omnium consulat. *quasi non facti, inquit, sed consilii tempus sit. non est de rebus certissimis consultandum. quum imus igitur in Gergoniam, & Alvernorum signis nostra signa jungimus, cui enim dubium esse potest quin Romani tanto scelere polluti non hunc peccandi finem facturi, sed in nostram necem illico cum nos viderint ruituri sint? Mortem itaque fugiamus. & qua datur in præsens ulciscamur occisos.* Erant in comitatu Romani cives, magnam vim frumenti & commeatum reliquorum ad castra Cæsaris deferentes; qui ut tutius proficiscerentur (ò mens hominum coeca & futuri inscia) sese illis adjunxerant. eos <sup>5</sup> Litavictus ostendens digito: *occidamus inquit hos latrones.* paretur statim impiis præceptis. vix dum verba finierat concursuque militum crudeliter interfecti sunt, & direpta quæ ferebant omnia. neque hoc contentus flagitio Litavictus per omnes Æduorum fines hunc rumorem spargit, suadetque omnibus idem facere quod ipse fecit, ut scelere

im-

1. Lege, desperabant.  
2. Lege, impetratum.  
3. Lege, absumimus.

4. Lege, principes.  
5. Lege, Litavicus.

implicitos, vel errore impio à Romana disjungat amicitia. Erant cum Cæsare duo Ædui adolescentes egregii quorum supra mentio est habita, Eporedorix, profapia ortus illustri, magnæque inter suos potentix, & Viridomarus, par gratia atque ætate; sed genere longe impar; hunc Cæsar sibi à Divitiaco commendatum, ex imo in altum valde pro-  
 vexerat, ita ut cum Eporedorige ipso de prioritate contenderet; de quorum cæde Litaviçtus apud exercitum mentitus erat ut diximus ad hunc Eporedorigem circa medium noctis hujuscemodi rei fama pervenerat, & quid Litaviçtus dixisset, quid egisset audivit, & quid animo voveret cogitavit. Statim ergo nulla mora interposita Cæsarem adit, & proditionem aperit, futurus ipse mox proditor. re ut erat exposita, ducem orat, sua sapientia temerariis & iniquis juvenum consiliis ut occurrat, nec permittat sibi populoque Romano amicissimam civitatem, paucorum, immo unius ho-138  
 minis mendacio alienam fieri; prævidere enim se animo futurum, si tot milia Æduorum civium se ad hostes ducis licet fraude contulerint, ut vix civitas rem contemnat. Abscessit hoc nuntio somnus Cæsari. cura autem gravis accessit, quod Æduorum res semper ei cordi fuerat, & periculum providebat. Et quoniam celeritatem eximiam res poscere visa est, statim cum toto equitatu & quatuor expeditissimis legionibus castris egreditur, quæ temporis 1 exclusis angustiis non artaverat ut decuit, sed ingenti spatio præsidium exiguum nonnisi duarum scilicet legionum sub 2 legatos Fabio dimisit. ante omnia tamen Litaviçti fratres capi jusserat. Illi autem ut cum fratre convenerant, ad hostes paulo ante profugerant. Ita fraudem omni ex parte constantem Cæsar intelligens, tanto intentius 3 capto procedit itinere. inque ipso castrorum exitu hortatur suos; ne nocturno labore turbentur: esse enim, ut ineptum tempus 4 ad-  
 eundum sit, necessarium piunique iter; & debere pietate viæ duritiem superare; omnibusque alacritatem multam, atque eundi cupiditatem gestu ac voce 5 signantibus proficiscitur. Et viginti quinque milibus passuum exactis videt ab adverso venientem aciem Æduorum. præmittitque illis obviam equitatum, qui illos impediatur ac retardet, gravi  
 omni-

1. Lege, *exclusus*.2. Forte, *legato C. Fabio*,3. Lege, *capto*.4. Forte, *ad eundum*.5. Forte, *significantibus*,

omnibus inhibitione propofita; ne quem prorfus occiderent. non feveri iudicis, fed pii more patris, caftigare volens, non perimere. nominatim Eporidorigem & Viridomarum ire iubet & fuos alloqui, ut videant eos caefos non efle, ficut proditor ille confinxerat. Qui ubi ad Aeduos venere, amicosque & notos compellare coeperunt, (nemo autem illos è toto agmine non & noverat & amabat) percuffit animos illico vera confideratio. fenserunt fe praecipitem in locum fui ducis fraude perductos. Projectis itaque ftatim armis, & protentis ad Caefarem manibus, coeperunt alta voce erroris veniam implorare. Litavictus vero intelligens inefficax fuum efle commentum, dimiffo exercitu amplius non fuo, cum clientibus fuis qui eum more Gallico in nulla deferere poterant fortuna, equo ftimulis adacto clam dilabitur, pervenitque Gorgomam. Caefar nuntiis 1 Aduum miffis, qui proditionem Litavicti, fuamque clementiam nuntiarent, fervatricem fuorum civium, quos occidere belli jure licuit, non amplius quam tres horas noctis ad requiem fuis dedit, veritus credo, ne nimio fopore marcefcerent. Inde Gorgomam 2. duo interim pericula contigerant. nam & Alverni eo digreffo castra ejus 3 evaferant, & castrorum latitudo & paucitas defenforum & vis hoftium rem in fummum difcrimen adduxerat. Id fe primo die paffum, proximoque paffurum, atque ad id fe praeparare Caefari Fabius nuntiavit, is qui legatus ad castra remanferat. & hic 4 ille nuntius, noctis & viae medio, occurrit. 5 Propter grefsu addito accelerans, ad castra nondum orto fole pervenit. 6 Et Aedui, Litavicti de fuorum caede nuntiis auditis, in furorem verfi omnes, nihil amplius expectantes, nilque aliud requirentes, an falfa efle poffent quae veri utique faciem non haberent, fed more gentis audita quaelibet praecomptis accipere folitae: Romanos cives qui apud eos ceu fidiffimos amicos fecuri agebant, aut morte aut fervitute depravaverant, bona diripuerant, nil impietatis omiferant. agitabant animos latenti odio accenfos avaritia, ira, temeritas, familiares pestes gentium illarum, & addebat ftimulos furori Conuictolitanis, Caefaris munere fummus Aeduorum magiftratus, fummus Romanorum

1. Sic infra 107. *Aduum verfus.*  
ac etiam 111. *Aduum accedat.*  
2. Deest, *proficifcitur.*  
3. Lege, *invaferant.*

4. Lege, *illi.*  
5. Forte, *propterea.*  
6. Forte, *At.*

norum hostis ac <sup>1</sup> Cæsar, horum consiliorum auctor & princeps. Is sua sponte concitatum populum verbis urgebat, ut eo illos adduceret, unde reditus nullus esset ad faniora consilia. Itaque & tribunum militum Marcum Ariscium & negotiatores Romanos fide data Cabillone opido eductos in itinere contra fidem aggressi spoliant, seque in locum eminentem defensionis gratia receptantes, die noctuque circumfistunt. ac multis ultro citroque occisis, in diem posterum vim majorem parant. Sed hæc agentibus atque parentibus nuntius supervenit, decem milia illa suorum in potestate Cæsar's esse, vix Litaviæ fuga ereptum evasisse. Tum subito <sup>2</sup> dejecto metu ad tribunal quem obsidebant vultibus mutatis sed non animis festinant: factum temere sine consensu populi excusant: de bonorum direptione iudicium institunt: Litaviæ fratresque ejus exilio condemnant, bona publicant. Super his ad Cæsarem legatos mittunt, qui factum purgent, veniam petant. & hæc omnia non fide sed metu agentes; solita interim in secreto belli consilia agitant, urbesque finitimas ad arma per nuntios hortabantur. mille beneficiorum atque honorum memoria exciderat. solius Cæsareæ meminerant clementiæ. quæ cum omnes ad amorem atque obsequium excitasse debuerit, multos (indignum quidem) ad injurias excitavit. postremo hoc eum ad mortem usque perduxit, de quo suo dicitur loco. Nunc cœpta prosequimur. Itaque Cæsar etsi animos Æduorum noverat; legatis tamen eorum ad se venientibus benignissimum responsum dedit: propter aliquot dementium vanitatem, non se minus urbem sibi charissimam amare: nec sibi posse in animum venire, ut quos ipse tantopere diligat, semperque dilexerat, ab iis parcius diligatur. Hæc legatis.

Ad se autem curis cor urentibus versus, multa circumspiciens, magnos undique confurgentes <sup>3</sup> montes Galliæ prævidebat. <sup>4</sup> Dum interea quædam sibi præter spem prosperioris eventus occasio se ostendit. forte enim in eum collem, quem captum & communitum, castris minoribus deputatum, fossaque majoribus castris adjunctum memoravimus, spectandi gratia conscendenti; collis alter ab hostibus possessus, apparuit vacuus custodiis, quibus confertissimus esse

T t t

con-

1. Lege, *Cæsaris*.2. Forte, & *dejecti*.3. Forte, *motus*.4. Forte, *Cum*.

consueverat. Tum parumper gradum fixit admirans, reique causam quæsiuit ex profugis, qui in dies ad eum multi veniebant, audit ex iis, quod ab exploratoribus suis jam prius audierat, omnes inde evocatos ad muniendos aditus loci alterius, cui maxime metuebant; quod inde planum iter esset ad opidum. quem aditum si Romani caperent, qui collem alterum jam haberent; tum sibi prorsus obsessi & seclusi à suis, & exclusi ab omni libero discursu atque à pabulo videbantur. Hoc audito recens cogitatio percussit repente animum, locum illum occupandi. Erat autem natura & manu hominum aggestis perplexum iter saxis. & super duplicem difficultatem, tria ibi hostium castra munitiones infederant. sed difficilia cuncta perrumpere virtus amat. Ostentatis legionibus quasi aliud esset acturus, & hac illac per tenebras noctis magno strepitu discurrere iussis equitibus, & immixtis turbæ mulionibus galeatis, quo major ac strepentior motus esset, omniumque animos errore ac pavore vario, atque incerta expectatione suspenderet; ipse hostibus in suspicionem trepidam adductis; legatis legionum quid paret aperit, quantumque periculi: 1 adversus quam occasione non præfio sit utendum. Ut milites ergo suos contineant monet, atque imperat ne vel pugnæ vel prædæ dulcedine rapiantur quo non expedit. Sic suos affatus, Æduos ascensu alio ad portas opidi proficisci jubet. Inde suis militibus signum: 2 quo accepto, rapidissime, unde unus ascensus videretur, ad munitiones obvias perveniunt. quibus dicto citius transmissis, trina hostium castra corripunt, tanta celeritate, ut 3 Votimarus unus è regulis Gallorum dum meridiaretur in lectulo deprehensus, vix manus militum semisopitus & seminudus evaserit. Cæsar ubi quod animo decreverat actum vider, receptui cani imperat. substitit legio quæ propinqua erat. altera vero remotior, 4 ceu signo per distantiam non audito, seu fervore Martio impellente animos; quamvis retinentibus legatis quibus hoc ab imperatore mandatum erat; & virtutis 5 tanti propriæ, & fugæ hostium confisa, & victoriarum suarum memoria nil judicans difficile; non prius insequi destitit quam ad portas opidi perveniret. Tantusque undique sublatus est clamor & clamori etiam mixtus rumor,

Ro-

1. Videtur omissum, in iniquitate loci sit ostendit. Vid. Cæs. VII, 47.  
2. Adde, dedit.

3. Lege Theotomarus ex Cæsare.

4. Forte, seu.

5. Lege, tantum.

Romanos opido potiri : ut qui altera ex 1 ipso sese opido præcipitanter eriperent ; matronæ autem fientes veniam orarent , 2 nec , sicut Avarici gestum erat , fœminæ etiam atque infantes occiderentur. utque id facilius impetrarent è muris vestem argentumque projicerent ; quædam quoque per murum demissæ sese traderent in fidem & brachia Romanorum militum. Lucius Sabinus octavæ centurio legionis , multis audientibus die illo dixerat , se præmiis Avaricensibus , quibus Cæsar muri illius ascensorem primum donaverat , excitatum ; non passurum ut quisquam Gorgonæ murum ante se scanderet. Is cum primus ad murum venisset , trium suorum ope manipularium in illum sublevatus , atque ipse eos 3 capti opidi speciem præbuerat. Sed temeritas ut sæpe læta principia , sic mœstos habet eventus. Alverni enim qui adversa in parte erant , audito capti opidi rumore , glomerati advolant , eligentes credo in defensione patriæ mori potius honeste , quam turpiter in exilio 4 sustinere. & præcurrente equitatu nullo ordine cætera turba consequitur , seque pro muris objicit. hinc animus crescit obsessis , ut 43 matronæ , quæ modo Romanos sicut diximus orabant , jam sparsis more patrio capillis & 5 prætenti pignoribus , orare suos inciperent. Instauratur pugna locis omnibus , sed iniquo partium concursu. nam ex alto dimicant Alverni , ex inferiore loco autem Romani , & pugna præcedenti & ascensu fessi. Quod Cæsar procul aspiciens , exitumque qualis futurus erat intelligens , legatum Titum Sextium cum expeditis cohortibus ad radicem collis misit , ut si suos terga dare contingeret , hostes ab insequendo repelleret. Ipse autem quoniam locus pugnandi justa acie non erat , rei exitum anxius expectabat. Galli quidem loco & numero , Romani sola virtute præstabant ; quæ tamen ad ultimum mole hostium victa succubuit. Itaque Lucius Sabinus è muro , in quem primus ascenderat , cum comitibus interfectus abjicitur , speratque 6 loco præmii supplicii occupavit. Memorandum præterea in hanc ipsam horam facinus incidit. Marcus nempe Petronius legionis ejusdem centurio , dum portas frangere nititur , multitudine hostium circumventus , & plagis mul-

T t t 2

t i s

1. Supple , ex parte.

2. Forte , ne.

3. Excipiens in murum cecidisset. ex Cæsare supple.

4. Puto deesse , vitam.

5. Lege , prætensis.

6. Forte , locum præmii supplicium.



tis afflictus, <sup>1</sup> ac versus ad socios; quando inquit me vobiscum servare prohibeor, vos servabo, quos mecum gloriæ studio in discrimen traxi: ite incolumes, dum parumper hos barbaros detineo. hæc dicens quasi adhuc integer in adversos invehitur; & duobus uno cæsis impetu, reliquos à portæ custodia interrim avertit. dumque sui comites, qui inviti & mœsti eum deferebant, opem sibi nunc etiam ferre niterentur, ille ut loqui poterat: frustra ait: jam me enim sanguis & vita destituunt. Quin me linquite igitur, & <sup>2</sup> nos moti dum licet eripite. sic vociferans insultansque hostibus ruit & moriens suis

144 profuit. His ac talibus suorum casibus Romani tandem prægravati, cæsis quadraginta sex centurionibus ac militibus septingentis, iniquo colle rejiciuntur. Fuisset fuga longior & largior cædes, ni prudentissimi ducis ex sententia, Romanæ se cohortes Gallis insequentibus objecissent. cumque ad plana fugiendo, insequendo, atque obstando perventum esset; legiones ipsæ instructa acie stabant, quibus animadversis Vercingetorix, antequam se æquis locis crederet, suos in castra revocavit. hæc est legio ad Gorgomam fusa, cujus meminit Tranquillus in primo inter tres belli Gallici adversitates Cæsareas numerata. Et diei quidem illius reliquæ faucis curandis aut humanis mortuis & feris querimoniis sunt absumptæ, ubi dies proximus illuxit convocato ad concionem exercitu Cæsar ita disseruit. *Habetis temeritatis ò midites & cupidinis vestræ fructum, animo mœstum meo, vestratamen audacia atque insolentia non indignum. qui vobis ipsis quid agendum linquendumve, quo eundem, unde abstinendum, hoc est, totum vestri ducis officium usurpavistis. Atqui ego vestræ militiæ ubi possum faveo: vos mihi, quod in vobis est meum imperium, abrogavistis; qui signum receptui à me datum, qui legatorum, imo meos ex illorum ore utiles monitus contempvistis, atque urgente nescio quonam animorum impetu vovistis, unde nec redirent omnes, neque qui redirent, aut salutem suam, aut Romanum decus integrum <sup>3</sup> reporarent. an ignorabatis ut magni sæpe exercitus à paucis, sola locorum iniquitate superati sunt? an si alias nesciretis historias, obliti eratis, ut nudius tertius ego ipse ad Avaricum, dum hostes equitatu ac duce nudatos, & per se vincti faciles ante oculos haberemus, quia tamen illis loci favebat iniquitas*

1. Forte, *conversus.*  
2. Forte, *vos morti.*

3. Lege, *reportarent.*

quitas <sup>1</sup> nostram nobilem indignationem ab eorum aggressione continui? nunquam victoriam desperarem; sed ne secum magni aliquid afferret incommodi. vos & veterum & recentium obliti, hostes simul & naturam vincere voluistis. metite igitur quod sevi-  
 stis. <sup>2</sup> & cui plus misereor, metet ipsa respublica, tot viris fortibus amissis, quanti nec Gergoma nec tota erat <sup>3</sup> Alverni. Ego quidem fortitudinem vestram miror; qua nec arduus mons nec muri, nec castra hostium <sup>4</sup> circueverunt. sed non minus & superbiam & contumaciam vestram damno, qui plus vobis <sup>5</sup> inventuri præ-  
 sagio tribuitis, quam imperatori vestro; cui non jubere sed parere tenemini, quique frustra datur exercitui, si ad nutum quisque suum ire possit in prælium ac redire. rarum donum <sup>6</sup> animi bonum providentia est: ideo pauci sunt boni duces, cum multi sunt milites animosi. Quæ quidem virtus si omnibus data esset, quid in bellis opus esset imperatore; vestra nunc in acie quisque sibi fuit imperator. ego tristium spectator eventuum, & stultitiæ castigator irritus fui; qui profecto semper in militibus meis & modestiam & obedientiam, non minus quam fortitudinem requiro. nolim tamen vos hoc errore dejici, non terrere sed arguere, & castigare propositum est, reparare & firmare animos. errando discitur. Eritis ad alia in posterum cautiores. Neque enim quid iniquitas loci & vestra <sup>7</sup> stat audacia, virtuti hostium imputandum est. hesternum diem fortuna suo egerit arbitrio: In reliquis vestræ fortitudinis ut spero vestræque prudentiæ morem <sup>8</sup> gerat. his dictis consolatus milites ac pudore & <sup>9</sup> in errore concussos oratione firmaverat. Ipse vero bellis undique orientibus, propositum abeundi ex his dudum locis cœperat. sed ne <sup>10</sup> aditus fugam saperet, instructa acie è castris in apertum exiit, ut siquid hostes auderent, se paratum invenirent. Vercingetorix cui multum animi & pluserat virium, contemplatus abeuntem; ipse etiam in plana descendit, concursumque est equestri tantum levi proelio, quo superior Cæsar in castra se retulit. par sequenti die prælium, parque eventus. quibus & Gallicam jactantiam fat compressam, & suorum spes erectas rarus, ne vel hostes fugæ arguerent digressos; vel sui non tam

T t t 3

duci

- |  |   |                                    |
|--|---|------------------------------------|
| 1. Forte, vestram.                         | } | 6. Videtur donum expungendum esse. |
| 2. Forte, sed, cujus plus misereor, metet. |   | 7. Forte, tulerat.                 |
| 3. Lege, Alvernia.                         |   | 8. Lege, geret.                    |
| 4. Forte, arcuerunt.                       |   | 9. Forte, maxore,                  |
| 5. Forte, de futuri, aut inani.            |   | 10. Lege, abitus.                  |

duci ad alia, quam subduci præsentibus periculis se crederent atque abduci: castra movit, nulloque hostium insequente, Æduum versus, ubi maxime metuebat, institutum iter arripuit. Erant in exercitu Eporedorix & Viridomarus Ædúi, quorum supra mentionem fecimus. hi magnis beneficiis præventi, & præsertim secundus, in multis sæpe discordes, in hoc uno tunc <sup>1</sup> imperio & ingrati animo concordarunt, ut dominum & benefactorem suum non solum in necessitate desererent, sed contra eum quoque nefarie conjurarent. Tercio ergo profectio die simul eum adeunt, narrant Litavictum concivem suum magno cum equitatu ad alienandas mentes popularium à Romanis in patriam profectum, & necessarium esse ipsos prævenire, ut consiliis atque conatibus ejus occurrerent. Non fefellit circumspectissimi ducis acumen fucata adolescentium oratio. senserat jam pridem erga se nutantes Æduorum animos, & horum juvenum levitatem certis indiciis jam ante notaverat. neque in dubium revocabat; quin horum profectio alimenta perfidiæ esset allatura, essetque iis præsentibus latens adhuc proditio eruptura maturius, ne tamen & liberum comneatum liberis hominibus denegando, videretur injurius, aut invito detinendo pavidus crederetur, licentiam dedit abeundi. digredientes vero sic alloquitur. *Et ite, ait amici, quando sic libet, memento autem, & vestris civibus memorate, si forsitan obliti essent, mea in illos & populi Romani beneficia. Ego enim (non antiqua res est) ante paucos annos cum vos Ædúi humiles & conclusos in opidis, agris fortunisque omnibus amissis, per vim obsides aliis ac stipendia pendentes, vestris finitimis ludibrium, accepissem, non modo stipendio atque obsidibus liberavi, sed supra omnium memoriam <sup>2</sup> gloriosus feci. ita ut ex misera seu miserabili fortuna, invidiosos toti Galliæ reddiderim. Ite inquam, mei & horum quæ vo-*  
<sup>347</sup>*bis dico memores: humanis etiam in rebus nihil <sup>3</sup> est fide nobilius penitus. illi autem quibus esset imis præcordiis affixa <sup>4</sup> præsidia abiire illico, & verborum & rerum omnium & tanti ducis immemores. Itaque statim ut Noviodunum attigerunt, ubi Cæsar Æduorum fidei credens obsides ex omni Gallia & frumentum & pecuniam reipublicæ, & sua & exercitus magna ex parte impedimenta deposuerat, equorum numerum ingen-*

1. Forte, *impii & ingrati*,  
 2. Lege, *gloriosas*,

3. Forte, *esse fide nobilius putate. Illi.*  
 4. Lege, *perfidia*,

ingentem in usus belli, ex Italia atque Hispania deductorum: Comperto quod Litaviſtus ab Æduis cum honore susceptus eſſet, & magistratum ac ſenatus occurſu, miſſique de amicitia publice ad Vercingetorigem legati, & tempus ſibi audendi aliquid advenſiſſe rati; nec contenti præda niſi cruenta crudelitate reſperſa eſſet, opidi cuſtodibus & Romanis negotiatoribus ad unum cæſis, quæcunque ibi reperta ſunt, tanquam bello vel hæreditate quaſita; æquis inter ſe portionibus diviſerunt; præter obſides, quos ad magistratus ab illis libertati reddendos deduxerunt. opidum vero ipſum ſat validum extimantes, ne quando Romanis utile eſſe poſſet, flammis immiſſis exuſſerunt; & frumenti parte <sup>1</sup> manibus quantum paucis horis licuit (erat enim in ripa Ligeris opidum) <sup>2</sup> annexa; parte aut <sup>3</sup> flammis injecta, ne quid penitus Romanis tanto ex opido ſupereſſet. neque his contenti duo illi egregii Cæſaris amici, colligere omni ex parte præſidia quibus Cæſari obſtarent, ripas fluminis cuſtodire, quo <sup>4</sup> cum tranſitum prohiberent. frumenta que omnia corrumpere aut aſportare, ut eum ſi non aliter, ſaltem fame repellerent; qua in ſpe valde illos Liger amnis erigebat; liquefactis auctus nivibus, ut vadari nuſquam poſſe crederetur. Cæſar hæc ita fieri audiens, credo cognoscere cœpit ſe clementiorem eſſe; non quam ſibi, ſed quam reipublicæ expediret. nihil tamen animo dejectus, ſed perfidiam in au-148  
ctores vertere <sup>5</sup> cogitatis, celerandum ſtatuit; ut ſi fieri poſſet cum hoſtibus ante congregeretur, quam eorum copiæ ex omni Galliarum angulo convenirent, quæ ante retroque innumerabiles & immenſæ erant. Cogitabat autem Ligerim factò raptim ponte tranſire. Ad quem cum die noctuque nunquam intermiſſis itineribus perveniſſet, melius ſibi quam putabat accidit. Expeditiſſimi quidam equitum ſuorum vadum in flumine reperire, altum quidem ac difficile, ſed pro qualitate temporis oportunitum. Itaque quod perſæpe & fecerat & facturus erat, tranſverſis in flumine equis majoribus qui undarum primum impetum ſuſtinerent, ſalvum quidem licet uſque ad humeros madefactum traduxit exercitum. Et quum præter omnium opinionem ac ſpem venerat, ſolo hoſtibus ſtupefactis aſpectu, ingentem vim frumenti ac pecoris late effuſi

T t t 4

1. Forte, *navibus.*2. Lege, *aveſta.*3. Suppleo ex Cæſare: *flumine*| *ant.*4. Lege, *cum tranſitu.*5. Forte, *cogitans.*

effusi adeptus, egentes rerum omnium legiones, dispersa inter eos rerum copia recreavit. Dum hæc ab imperatore tam celeriter quam feliciter gererentur legatus vir fortissimus Labienus in perplexitatibus multis erat; profectus nempe cum quatuor legionibus Lutetiam Parisiorum quæ in insula Secanæ sita erat, ubi nunc est totius transalpinæ Galliæ famosior civitas fundata Parisius, magna ibi <sup>1</sup> multitudo hostium exceptus, & nequidquam tentato transitu repulsus erat. sed nocturno inde silentio digressus Melodunum venit, opidum tunc Senonum. & navibus inventis in flumine, introgressus, ac pene vacuum nactus locum; quod pars maxima accolarum Lutetiam ad bellum iussa perrexerat, sine contradictione aut ulla repugnantia eum cepit. Inde super amnem refectō ponte, copias transfert, atque illis terrestre iter agentibus, ipse secundo fluminis alveo Lutetiam repetit. quo præcognito hostes opidum incenderunt, pontesque opidi, quorum alter dexteram ripam circumflui amnis, <sup>2</sup> levem alter **149** attingebat resciderunt. Ibi vero non Parisiorum solæ, sed finitimarum omnes gentium copiæ constiterant, præposito omnibus <sup>3</sup> Camulogeno, quo de cognomine Aurelio, alibi Aurelium invenio. hic vir senio gravis, sed rei bellicæ peritissimus habebatur. propter quod hunc laborem consensu omnium coactus extrema in ætate sulceperat. Sic se rebus habentibus rumores varii jactabantur: Cæsarem Gergoma digressum ac Ligeri interclusum demum frumenti inopia ultima compulsus, in provinciam Romanam cis Rhodanum concessisse: Æduos rebellasse: Galliam omnem in motu esse. Quibus rebus Labienus ipse permotus, non pugnare decreverat. idque unum animoolvebat, qualiter <sup>4</sup> Agidvicum, id opido nomen erat, unde discusserat, atque ubi præsidio imposito impedimenta dimiserat, salvas reduceret legiones. Interim tamen & Bellovacis inter Gallos famosi, moribus tantis accesserant, & rebellionē Æduorum excitū odium diu celatum aperuerant; jamque aperti hostes in armis erant. itaque <sup>5</sup> Parisiis inde Bellovacis, & varia belli mole pressus & circumventus, consilium <sup>6</sup> invitavit ex tempore, statuitque fortunam prælii tentare; nocturna tempestate horrida

1. Lege, *multitudine.*2. Lege, *lavam.*3. Forte, *Camulogeno*, cognomine *Aulerco.* Sic Cæsar.4. *Agendicum* Cæsari.5. Adde, *hinc.*6. Forte, *mutavit.*

rida adjutus, exploratoribus hostium nil tale cogitantibus interfectis, tota nocte tumultu vario & trepidatione multiplici fugam simulans; cum sollicitos ac suspensos hostes usque ad lucem tenuisset, subito constitit, & instructa acie magnifice suos hortatus est, illud imprimis obsecrans ut *suae pristinae atque expertae totiens virtutis, ac Cæsaris meminissent, eumque sibi fingerent presentem, quo duce tot tamque claras victorias habuissent. Siquidem illius auspiciis etiam nunc pugnari, & vel solam sui memoriam, fiduciam suis, terrorem hostibus, allaturam.* His dictis signum pugnae dedit; pugnatum est magnis hinc inde animis, usque adeo ut Galli primo impetu una suorum parte propulsa, cæteri tamen quamquam multis vulneribus afflicti neque vultus averterent, & cum septima legio clam immissa à tergo illos invaderet, terga quidem hostium vidit, sed minime fugientium. cæsi omnes, & ipse quoque Camulogenus suorum usque in finem hortator egregius, nullo boni ducis officio prætermisso. sed ita sibi statutum erat, ut vel decrepitus in prælio moreretur. pars hostium quæ præsidio castris relicta erat audito prælio accurrit. sed & hæc in Romanos incidens, victorum impetum non tulit, eandem cum suis sortem habuit: nisi quod illi ferre omnes in prælio, ex his per plurimi in fuga periere. Cum hac magna victoria Labienus Agediacum redit, inde ad Cæsarem cum incolumi profectus exercitu. nec minus ideo Gallorum populi conjurant; Æduis (quis credat) <sup>1</sup> actorisatibus legati undique destinantur. si qui autem visi erant ad consensum lenti: Novioduni inventi erant omnium fere obfides populorum, quos ibidem Cæsar ut diximus sub Æduorum fide reliquerat, hique eorum in potestate erant omnes; horum ergo suppliciiis hæsitantes terrebant; & nunc precando nunc minando <sup>2</sup> suam sententiam protrahebant. Mittunt denique ad ipsum Vercingetorigem legatos: petunt ut Ædum accedat, ibique de rationibus belli consilium ineatur. Paret ille <sup>3</sup> aut gravatim & illorum defectione lætus & belli cupidus gerendi. Cumque eo perventum esset petere eos in consilio non puduit (ô præfens impudentia) ut eis adversus amicum suum Cæsarem belli administratio crederetur: quam ultro oblatam, etsi non virtute animi, ac saltem verecun-

T t t 5 dia

1. Forte, *autoribus*,  
2. Adde, *in*.

3. Forte, *haut*,

dia siqua esset, recusare debuerunt. id enimvero cum negatum, resque in controversia versa esset, Bibracte amplissimo tunc Æduorum opido consilium Gallix totius instituitur, ad quod populi omnes convenire præter <sup>1</sup> Romanos & Lingones Treverosque, & illos quidem duos amicitia continuit Romanorum, hos tertios locorum distantia, & suus labor, <sup>2</sup> quam patiebatur eo tempore ab incurribus Germanorum. quæ res toto illos bello medios tenuit, ut in neutram partem inclinarent. In eo sane consilio commissa quaestione suffragiis; consensu omnium populorum Vercingetorix belli dux decernitur. cujus decreti pudore simul ac mœrore consternati Ædui. & è spe improba dejecti, tum primum & cognoscere Cæsarem cœperunt & fortunam suam. non tamen ab incœpto resilire ausi, hinc Cæsaris, hinc Gallorum metus: tum primum quoque tumidi adolescentes Eporodrix & Viridomarus indignantes agnoscere potuerunt, quanto esset honestius sub Cæsare tali viro, & de eis ita merito quam sub Vercingetorige adversus Cæsarem militare. Ipse autem pridem factus, nunc resectus, quodque est fortius, <sup>3</sup> contentione reformatus imperator Vercingetorix; suo jam certior de statu, agit jam cuncta fidentius. edicitque omnibus ut equitum certum numerum conficiant, obtemperatumque illico est. quindecim milia equitum fuisse satis convenit. peditatu sane non alio quam quem habuisset opus esse professus est, qui octuaginta milium erat. non se tamen prælii fortunam totis his copiis experturum, neque rem justæ commissurum aciei Vercingetorix agebat: sed quum abundaret equitatu, Romanos pabulo exclusurum, atque ita viros armis invictos, inedia ac fame victurum. neque arcere hostem à frumentis tantum, sed frumenta ipsa corrumpere suis persuaserat. <sup>4</sup> Sic privatis temporalibus incommodis perpetuam publicam libertatem quæri dicitans. & erat tumultuarius imperator ordinariis curis intentissimus, quasi legitimis bene moratæ cujuscumque reipublicæ suffragiis ad imperium <sup>5</sup> accidissent. Inter alia quidem Allobrigibus bellum, quod cum Romanis sentire eos opinabatur, indicavit, <sup>5</sup> unaque cum bello, animos eorum secretioribus nuntiis ac

1. Forte, *Rhemos.*2. Lege, *quod premebantur.*3. Forte, *consensione.*4. Forte, *His.*5. Lege, *accessisset.*

ac promissis tentat ingentibus, <sup>1</sup> princeps perviam, civitatem imperio provinciæ; ut quod una non possit <sup>2</sup> alter consequatur viam. Hoc adversus Allobrogas bellum Æduis committit. qui congressi, multis suorum obruncatis, amicitiam Romanam utilem fuisse senserunt, sub qua dudum honorati quietique vixerant. Cæsar interea in Sequanos proficiscitur. cujus iter Vercingetorix fugam ratus, ad consilium suos vocat: Et fugere quidem hostes ait, ac Gallicis finibus abire. id in præsens <sup>3</sup> tis esse, ut Galli sua antiqua in libertate remaneant; in futurum minime: nam quis dubitet majore illos <sup>4</sup> visu atque impetu reversuros; occurrendum profugis igitur, ut vel fugere nequeant, vel amissis impedimentis nudi & inglorii fugiant, exemploque alios simili terreat ab incepto. Consensum est magnis potius animis, quam consiliis, & religiosissimum jusjurandum more gentis interponitur: *ne cui equitum ad filios ad parentes ad conjugem sit reditus, qui non Romanam aciem penetrasset.* Tres acies Gallorum equitum fuere: totidem his Romanas Cæsar opposuit. tribusque simul est certatum locis, quo certamine, in submittendis auxiliis ubicunque suos urgeri senserat, Romani ducis diligentia ingens fuit. Germanorum quoque equorum quos è Transrhenanis urbibus Cæsar acciverat, insignis opera <sup>5</sup>. Fuso equitatu raptisque & Cæsari præsentatis aliquot nobilissimis Æduorum, qui hostium in acie contra eum fuerant. Vercingetorix qui <sup>6</sup> illa nube peditum seorsum stabat, cum eisdem pugnae exitum prævidens abscessit: ductis secum quos ducere licuit, sequi jussis cæteris, Alexiam oppidum quod non longe aberat gradu festinante <sup>7</sup> se contulit. Castra præ portis oppidi metatus Cæsar impedimentis tuto loco positus, abeuntem reliquo consecutus exercitu, <sup>153</sup> ultimam semper aciem carpendo, sic inter eundem <sup>8</sup> decem millibus hostium obruncatis; Alexiam cum venisset ad vesperam, nocte illa substitit. ubi illuxit, quamvis altissimo sita in colle, & duobus prope <sup>9</sup> cuncta fluminibus pene inexpugnabilis appareret; suos tamen cunctis difficultatibus asue-

1. Forte, principes pecunia,  
2. Lege, altera consequatur via.  
3. Lege, satis.  
4. Lege, visu.  
5. Adde, fuit.  
6. Adde, cum.

7. Forte, se contulit, castra pro portis oppidi metatus. Cæsar.  
8. Cæsar ponit, tribus millibus, quod magis verisimile videtur.  
9. Lege, cuncta.



fuetos exhortatus, vallo illam atque obsidione circumdat, cuius ambitus decem milia passuum tenebat. <sup>1</sup> III ac XXIII castellis in circuitu erectis, <sup>2</sup> præsidiaque ad unumquodque adhibitis, maximeque nocturnis. quibus nondum peractis & obsessis adhuc nonnihil audentibus, equestre prælium ante urbem plana in valle conferitur. ubi cum victoria Romanorum, & multa hostium cædes esset; & quidam ex hostibus intra muros refugiendo castra desererent: priusquam fuga omnium nudarentur, claudi portas Vercingetorix jubet. Ante quoque quam vallum & munitiones Cæsareæ completerentur, omnesque præcluderentur ad egressum viæ; quod in castris atque in urbe rerum omnium penuria ingens erat, à se equitatum omnem obsidioni gravem & inutilem abdicare disposuit. Quibus tandem silentio noctis abeuntibus, anxia atque sollicita cura imperat, *ut urbes suas adeant, & pro se quisque suos hortetur, ut universos ferendis armis idoneos in bellum mittant. neu se de libertate & gloria Gallicana; deque omnibus sic meritum, inter manus hostium ludibrio deserendum putent; sed obsessis opem ferre festinent. opus enim esse celeritate, quoniam omni parcimonia quantumlibet exacta, paulo amplius quam triginta diebus tollerari posset obsidio. properent ergo* <sup>3</sup> in segnitie impia octuaginta milia electorum hominum suorum perditâ atque hostibus prodita pati possunt. Sic admonitis & emissis equitibus, ipse cum reliquis intra urbem se recipiens: ac **¶** <sup>4</sup> **54** cus frumentumque omne ad se relatum, parcè nimium ac maligne dispertiens, veri speciem præbebat obsessi; non eruptione; non armis; sed expectatione ac nuntiis bellum gerens, auxilia undique postulans & expectans. Cæsar ex profugis & captivis de statu certior obsessorum, munimenta & turres ac machinas, nec non frumenti & pabuli uberioris abundantiam, & quidquid in talibus humano ingenio cogitari potest, quo <sup>4</sup> non à parentibus tantum, sed quæcunque fingi possent, periculis obviaret: tanto studio maturabat; ut legere ea vel audire difficile sit, quæ sibi factu quoque cuncta facilia victoriæ appetitus vel gloriæ faciebat. At Gallorum populi, suorum reditu admoniti, <sup>5</sup> quem in arcto ad Alexiam res essent, concilio celebrato, & auditis principum sententiis, nullo pacto negligendum sibi tantum Gal-

1. Puto legendum, III ac XX.

2. Lege, præsidiiisque.

3. Lege, ni.

4. Forte, non præsentibus.

5. Lege, quam.

Galliæ periculum <sup>1</sup> consuerunt neque tantum quod obsessus perierat imperator, cogere in bellum omnes qui arma possent portare ne in infinitum <sup>2</sup> cederet. sed singulis civitatibus certum numerum decreverunt. longum est singula profsequi, & quamquam notitiæ rerum <sup>3</sup> aliquid fortasse, non minus tamen interdum tædii habiturum, quadraginta vel circiter nomina urbium sunt. bellatorumque ex his equitum octo, peditum vero ducenta quadraginta milia redacta reperio. Cum hac tanta multitudine recenti atque integra, decem Romanis jam vincendo fessis legionibus ipsis hostium in finibus decertandum erat. & hæc tanta armatorum moles hostium non alibi quam in campis Æduorum, <sup>4</sup> nunc Cæsar in Æduos tollerantia, præfectisque Æduis Eporedorige scilicet ac Viridomaro, addito Comio Atrebatensi; qui omnes Cæsaris familiarissimi fuerant; explicita memoratur. Sed excusant factum. quia <sup>5</sup> videt tantum studium recuperandæ bellicæ gloriæ, & avitæ libertatis inceserat; <sup>155</sup> ut neque familiaritatis atque amicitiae fræno, neque ullo <sup>6</sup> beneficio ab aliquo perceptorum obligatione atque memoria cohiberi possent. Eratque species impietatis atque perfidiæ amicum nosse, nisi quod qui amicus & patriæ suæ esset, huic libertatis & gloriæ studio tanta inerat alacritas, tanta spes, quasi jam præsentis victoriæ anticipatio animorum, ut nullius esset opinio, Romanos tanti exercitus clamorem atque conspectum, ne dicam vim atque arma passuros. præsertim cum obsessi eos rebus cognitis quotidie eruptionibus exercebant; Jam inclinatis & defessis tamen subito novum pondus accederet. Denique Vercasianenus Alvernus Vercingetorigis consobrinus, omnium dux eligitur, datis è qualibet urbe viris prudentissimis, quorum consilio regeretur. his ille consiliis, atque his armis, plenusque fiduciæ ingentis Alexiam petit. Et hi quidem festinabant, obsessi autem consultabant: neque vero facile magnæ res parvo in tempore expediri possunt. Hæc igitur tanta de tam distantibus locis hominum <sup>7</sup> coacto in tam paucis diebus fieri nequivisset, nisi incredibilis quidem consensus omnium affuisset. neque tamen omnibus animorum stimulis festinari adeo tanta res potuit, quin  
dies

1. Forte, *consuerunt*. neque tamen.2. Forte, *crescerent*.3. Forte, *utile*.

4. Videntur delenda hæc verba,

| *nunc Cæsar in Æduos tollerantia*.5. Forte, *omnes*.6. Forte, *beneficiorum*.7. Forte, *coactio*.

dies trigesima à Vercingetorige prædicta transisset, totque dies alii, ut res ægre amplius trahi posset. Tum vero, qui miserorum mos communis, ad consilia concurrunt. dicuntur: finem pro animorum varietate dissimiles. his deditio: his placet eruptio. his vita pacifica. his honesta mors. Erat inter consiliarios vir unus, magnæ inter suos opinionis. origo illi Alverna, clarum genus, durus animus, inflexibile propositum, nomen viro Tritognatus. propter quæ non ab re fortasse fuerit, auditis aliorum sententiis, quid iste suaserat audire. quamvis autem oratio ejus longiuscula, <sup>2</sup> in hæc <sup>156</sup> omnium summa fuit. dixit, eos qui deditioem suaderent <sup>3</sup> nec audiendi quidem, quoniam nomine deditiois prædam & miseram suadeant servitutem. eos vero qui eruptionem, viriliter quidem loqui, quod bene mori viris fortibus exoptandum sit: non tamen utiliter nec consulte satis quod eorum mors, non ipsos modo, sed illos quoque qui <sup>4</sup> eos auxilia veniant dejectura sit, inter suorum tot cadavera non æquis animis pugnatos. qui si neque ipsi ad diem venire, neque eorum nuntii per circumfusas hostium custodias pervenire poterant, nequaquam tamen de illorum fide dubitandum. appropinquare enim illos haud dubie: idque si aliunde non possit intelligi, ex ipsa Romanorum trepidatione castrorum posse perpendi, qui non tam anxie die noctuque operibus incumberent, nisi vim hostium adesse sentirent. harum <sup>5</sup> erga sententiarum altera reprehensa, altera laudata quidem in parte, sed rejecta: ipse sententiam suam dixit ut corporibus eorum qui inutiles bello essent viri fortes vitam sustentarent, donec præventi auxilio juvarentur. idque & factum docuit bello altero longe impari, quo Cimbri scilicet Gallias ante vexaverant. & nunc eo promptius <sup>6</sup> faciendum esse, quo Cimbri transeuntes, prædam non aliud quærebant: Romani autem <sup>7</sup> confidentes imperium quærunt. idque ex finitimis posse cognosci, qui victi ab eis, amissis <sup>8</sup> legionibus patriis, & perdita libertate, gravi jugo pressi sub immortalis servitio vitam agunt. & si factum non fuisset, esset tamen faciendum; quod exempla virtutis ut à majoribus accipienda, <sup>9</sup> sit posteris sint tradenda, & fortitudinis opera viris fortibus inchoanda; multo magis igitur imitanda. Hæc sententia Tritognati fuit, ferox quidem,

1. Forte, sententia.

2. Forte, tamen hac omnium.

3. Lege, ne audiendos.

4. Lege, eis auxilio.

5. Lege, ergo.

6. Lege, faciendum.

7. Lege, confidentes.

8. Forte, legibus.

9. Forte, accepta, sic.

dem, & ferocis <sup>1</sup> iudex animi, atque ideo ne recepta quidem, sed dilata in tempus ultimæ necessitatis. adhuc enim in utrumque esuriendo licet & parcendo aliquot diebus <sup>2</sup> vinci poterat. deliberatum tamen in præsens, <sup>3</sup> & inepti ad <sup>57</sup> bellum vel sexu vel valitudine vel ætate pellantur; pulsi inprimis Mandubii, quorum erat opidum, quique eos amice suis muris exceperant: documentum evidens, ne quis armatos <sup>4</sup> hospites intra suum limen sponte recipiat, <sup>5</sup> cedant enim jura armis. hi vero cum conjugibus ac natis & annosis parentibus per suos pulsi patria, dum ad Romanas custodias venissent, gemitu atque obsecrationibus instant in servitutum recipi, cibo refici. negat Cæsar, eosque unde venerant mox reverti jubet. Dum talia obsessi agunt expectata aderant auxilia. quæ castris juxta Romana castra dispositis, die proximo omnem quæ ante Alexiam erat <sup>6</sup> complere planitiem. horrendum hostibus spectaculum, ni Romani; obsessis vero lætissimum. itaque conspectu ipso gaudium & gratulatio ingens fieri, quo assumpta fiducia portis egressi eruptioni ac proelio præparantur. Cæsar ad omnia præsentissimo animo suas copias partitus, hos unis, hos aliis objicit. duobus magnis proeliis ea in valle certatum est, tertio etiam ancipiti: eratque eo hostium incursus ardentior, quo suorum sub oculis pugnabatur, nec latere cujusquam virtus nec ignavia poterat. & pugnantes gestu & clamoribus ac Gallico juvabatur ululatu, tertio vero quo pugnatum diximus congressu, adeo in extremo Romana res stetit, quod nisi Cæsar Labienum cum cohortibus, & inde <sup>7</sup> aliosque in tempore submisisset, & ipse demum mediam sese in aciem terrifico impetu conjecisset, labentemque rem firmasset, atque ita permiscuisset, ut nullus missilibus locus esset, sed gladiis omnia gererentur: denique sub quocunque duce alio <sup>8</sup> alibi & ruerent omnia potuissent. magna est unius virtus hominis, magna fortuna. omnibus tandem proeliis victor Cæsar signis multis <sup>158</sup> militaribus ad se relatis, ingenti strage hominum facta & ducibus multis cæsis, Vercaasmellannum Alvernum auxiliorum ducem omnium vivum cepit. plurimi interfecti. pauci fuga elapsi. Et nisi milites Romani tanto & tam vario labore

1. Lege, *index.*2. Forte, *duoi.*3. Forte, *ut.*4. Lege, *hospites.*5. Lege, *cedunt.*6. Lege, *complevere.*7. Lege, *alios quoque.*8. Lege, *labi.*

bore haud immerito fatigati insequi nequivissent ; vix aliquis evasisset. missus tamen equitatus à Cæsare nocte media ad insequendum profugos , tum ultimos attigisset , multos capit , multos interficit. cæteri hac illac incertis fugæ vestigiis in patriam quisque suam abeunt , nuntiantque quæ viderant. At obsessi omni spe consumpta , & quid agant quid consilii capiant ignari , tali tandem Vercingetorigis oratione firmantur. Ego inquit *Deos omnes testor , bellum hoc non meæ , sed publicæ utilitatis consideratione suscepi , egi que fideliter dum potui. fatis adversantibus rem <sup>1</sup> egressus expertusque omnia , ad ultimum victus sum. neque in me quidquam amplius ; neque in alio quod videam spei est. cedendum jam fortunæ censeo. cui libentius fateor non cederem. sed ineluctabilis & invicta est. Id unum cogitandum restat Romanis victoribus qualiter satis fiat. idque ego non aliter quam mei ipsius captivitate seu morte fieri sentio. Ad utrumque ego etiam æquo animo paratus sum , seu vivus seu occisus in manus hostium venire. Placemus Cæsarem , quem superare non possumus , ad quem de hac re legatos <sup>2</sup> mittendo censeo. facile approbat unusquisque quod sine periculo suo fit. Ita publico de consilio cum hac optione mittuntur ad Cæsarem legati. Ille <sup>3</sup> unum Vercingetorigem quam mortuum prælegit. Ipsum ergo qui tot motus exciverat , & reliquos principes hostium , solio ante castra residens suscepit. Illud in rege memorabile , quod cum ad Cæsarem pervenisset , projectis insignibus <sup>4</sup> regibus armisque & phaleris ante genua victoris , notissimam illam vocem edidit : <sup>5</sup> *Et habere in-*  
<sup>159</sup>quit , *fortem virum vir fortissime vicisti !* & hoc quidem dictum hancque deditionem Florus brevis & comptus historicus ad Gergomam factam dicit : ubi nil prosperum fuisse , his credendum qui rebus interfuere. Arma præterea & captivos simul Cæsar accepit , quos omnes per exercitum , singula capita singulis divisit in prædam , præter Æduos atque Alvernos. hos <sup>6</sup> si retinuit , si fortassis eorum pretio recuperare populos illos posset , successitque quod intenderat. Nam profectus in Æduos urbem sine prælio recepit. eo quoque ab Alvernis placata legatio sub idem tempus venit , suos in illius potestate futuros dicens. ipse magno numero obfidum*

1. Lege , aggressus.

2. Lege , mittendos.

3. Forte , vivum.

4. Lege , regis.

5. Lege , En habet.

6. Lege , enim.

dum <sup>1</sup> impetrato ; quo eos fræno in fide atque obedientia contineret, utrique genti captivos suos ultro restituit. <sup>2</sup> multa erant circiter viginti. His gestis, exercitum ne uni provinciæ gravis esset, utque omnibus <sup>3</sup> sequi emergerent casibus promptius, & proximo subveniret, per idonea loca dispersit. duas scilicet legiones in Sequanos, his præfecit Labienum, cui Marcum Sempronium Rutilium dat collegam. totidem legiones in Rhemos ne à Bellovacis <sup>4</sup> molestantur. his \* Gajum Fabium & Minutium Basilium legatos præfecit. unam legionem in <sup>5</sup> Ambibaricos sub <sup>6</sup> Gajo Antistio. unam in Bituriges sub Tito Sextio. unam in Ruthenos sub \* Gajo Caninio Rebibo. reliquas Cabillone ac <sup>7</sup> Matistone sub Quinto Tullio Cicerone magni Ciceronis fratre, Publioque Sulpicio secus <sup>8</sup> Ararum aprenem ad rei scilicet frumentariæ curam. <sup>9</sup> Ipsi autem Bibracte de quo diximus <sup>10</sup> Hybernorum opido hibernavit. hisque per litteras senatui nuntiatis dierum viginti supplicatio Romæ fuit.

*Hic incipit octavus Commentariorum liber quem fecit Julius<sup>160</sup> Celsus. septem autem primos & usque ad hunc passum fecit ipse Cæsar, quamvis hic auctor aliquot in locis contradicit & male Cicerone teste & ipso Celso in prologo suo. &c.*

**V**ictor Cæsar non tam ipse per hiemem quiescebat, quam honesto labore fessus militibus quietem dabat ; nunquam animo otiosus ; semper in futurum providens, & ventura præteritis conferens, adversusque omnia quæ casu aliquo evenire possent, quasi præsentia consilio jam intuitus, ut vix unquam sibi impedimentum <sup>11</sup> aliud accideret. quod etiam de morte ejus quidam opinati sunt, de quo suo dicemus loco. Et hæc quidem ipse victor. victi autem Galli nec quiescere poterant, & impositum jugum neque sustinere volebant, neque excutere valebant, indomitorum tamen ac fragilium more boum excutere nitebantur. hinc per urbes ac populos & <sup>12</sup> tractatus varii & conjurationes, novarumque rerum

V v v

stu-

1. Lege, imperato.
2. Forte, milia.
3. Lege, qui.
4. Lege, molestantur.
5. Apud Cæf. legitur *Ambivare-*
6. *Cajum*, & statim ; *Cajo Antistio.*

- & post *Cajo Caninio Rebilo.*
7. Lege, *Matistone.*
  8. Forte, *Ararim amnem.*
  9. Lege, *Ipse.*
  10. Forte, *Rhemorum.*
  11. Forte, *aliquod.*
  12. Lege, *tractus varior.*

studia undique resurgebant; ac velut incipientium tempestatum murmura longinquis è littoribus resonabant. horum causa <sup>1</sup> mortuum erat, quod Galli potentiam solam, quæ utique magna erat; non virtutem aut fortunam suam metientes, dicebant, proque comperto habebant; vel si suas copias effudissent, non posse Romanos tot locis occurrere; vel si eas in unum contraxissent, tantum simul coactam sarcinam tollerare. Quod ultimum præcipue quam prudenter opinarentur, proelia ista novissima docuisse debuerant. Sed sunt multi qui nihil eventurum cogitare didicerint, nisi quod cupiunt evenire. sic indomitum fortunæ caput suo substernunt desiderio, sæpissimeque falluntur. ex eodem fonte sunt, qui sua inter multos agitata consilia nunquam in hostium notitiam ventura; & quod ea vulgari nolunt, nec vulgari quidem posse confidunt. hæc in præsens Bituriges passi sunt. Si quidem Cæsar rebus apud Æduos rite compositis, pridie Kalendarum Januarii, tempore <sup>2</sup> aut sane exercitum ad iter opportuno, Bibracte digreditur. edicitque militibus, ut villarum incendiis abstineant, ne <sup>3</sup> ut exercitum pabulum desit, aut hostes territi spectaculo sese <sup>4</sup> intutum eripiant. Ita raptim in Biturigum fines, unde hostilia nuntiantur, erumpit, ut præmissi equites prius in agris otiosos securosque rucolos deprehenderunt, quam aut fugere aut à quibus caperentur advertere potuissent. Sic multis hominum milibus captis, reliqui Bituriges per vicinas urbes salutem sibi, hospitum indulgentia, & privata fide, aut publica consiliorum participatione, quærebant. sed nequidquam: celeritate enim illa sua ubique Cæsar erat, quæ & amicos servabat, & dubios in fide firmabat, & hostes terrebat atque turbabat, neque ulli populo vacuum sinebat de aliena prius, quam de sua salute curam gerere. Exclusi undique Bituriges <sup>5</sup> at semper promptam ac patentem omnibus misericordiam Cæsaris rediere; datisque obsidibus sunt recepti, non ad impunitatem modo, sed ad gratiam, ita ut cum jam digressus legatos eorum recepisset, opem poscentes adversus Caruntes, qui eos proeliis laceffisse dicebant, non tantum miserit auxilium, sed tulerit, eoque cum copiarum parte perrexerit. quæ ditata prædis ingentibus, cum Caruntes difficultatum ad extrema rede-

1. Lege, *motuum.*2. Forte, *haud sane exercitum.*3. Forte, *aut exercitum.*4. Lege, *in tutum.*5. Lege, *ad.*

redegisset, pro parte<sup>1</sup> animi adversa fati actum ratus, hostium distraxisse contentus, ne quid ex hiberni consilii seminibus bellum gravius vere nasceretur, abscessit. Dum ecce Rhemorum legatio querentium, Bellovacos inter omnes Gallos bello claros, exercitum comparare ut Sueffionem suam urbem invaderent. duces esse Comium Atrebatem amicum<sup>161</sup> quondam Cæsaris, Corbeumque<sup>2</sup> Bellovacum, cui maxime ab omnibus pareatur, quod ei ante omnes Romanum nomen odio esset ingenti. Non censuit Cæsar expediens neque honestum socios bene meritos in tanta necessitate deferere. itaque hyeme media, nec sibi parcens nec militibus, cum quatuor legionibus eo profectus, positus castris, cognitisque hostium consiliis, comperit nullum fere præter rusticos in ædificiis inveniri. demigrasse omnes Bellovacos armis idoneos, & cum eis aliarum quinque populorum civitatum, alto uno omnes in loco & paludibus<sup>3</sup> cepto castrum metatos confedissee, Cæsaris expectantes adventum; ut si cum tribus, ut fama erat, legionibus veniret, prælio decernerent; si cum multis, loci se difficultate defenderent, & inopia pabuli ac frumenti, & asperrima parte anni, quæ pro eis omnia contra Cæsarem militarent. Quæ ille audiens, facta matura & minime barbarica consilia judicavit: in id maxime intentus, ut manus hostes, sprete suorum paucitate, confererent; fidens secum paucos quidem numero, sed expertos bellis spectatæque virtutis viros esse, quos nulla multitudo hostium, nulla vis frangeret. Itaque convocatis militibus, & patefacto hostium consilio, hortatur suos, ut & more solito fortiter se habeant, & globatim prodeant, quæ paucitatis opinio hostibus augeatur. Ipse tres in fronte legiones quanto quivit arctius, impedimenta in medio, legionem unam in fine constituit. neque tamen hoc commento hostes elicit. Etsi enim illos ad prælium paucitas hortaretur; subitus tamen dehortabatur adventus, qui (ut erat) ingentis plenus fiduciæ videbatur; loco sese altiore contiguerunt. Cæsar castra hostibus<sup>4</sup> potuit viciniora committunt, vallo supra communem modum ac turribus crebris & validis. id duplici fiebat ex causa ut & hostibus fiducia, opinioque Romanorum metus accresceret: & cum legiones pa-

1. Forte, anni.

2. Corbeumque. sic Cæsar.

3. Forte, septo castris.

V V V 2

4. Forte, posuit viciniora: communis valles.

bula-



bulatum longius proficiscerentur, pauci possent de se fortia claustra defendere. in medio <sup>1</sup> utrumque castrorum his atque illis urgentibus sæpe levibus præliis certabatur. & sæpe Romani pabulatores locis longe lateque distantibus, quo eos sua quemque necessitas urgebat, unus alterque deprehendebantur. quod etsi nonnullius damni esset, æquo tamen id animo ferebat Cæsar, Barbarorum spes <sup>2</sup> manes parvisque successibus <sup>3</sup> inestandas sperans. Accedebat auxilium Germanorum equitum per eos dies à Comio Atrebate deductorum, qui etsi pauci essent, nempe non plures quingentis, auxerant tamen spes Gallorum. his etiam illud additum: Nam Rhemorum equites, dum avidius hostibus <sup>4</sup> susultant, in insidias lapsi, præfectum equitatus & principem civitatis amiserant, Vertistum nomine, virum grandævum, sed peritum belli; qui Gallorum more, laborioso <sup>5</sup> deletus officio ne uti quidem justa ætatis excusatione <sup>6</sup> consenserat. Creverant hostibus animi hoc eventu. sed quæ facile crescunt cito occidunt. Paulo post Germanorum, qui sub Cæsare erant, aliquot equitum incursum primum quidem loco moti, mox in fugam versi, <sup>7</sup> resistendo constantiam amisere; nil deinceps ausi nisi per insidias. hisque ipsis infeliciter usi, & eorum fraude Romana virtute superata, equitum peditumque multis milibus amissis, ipso cum duce, implacabili illo Romanorum hoste Corbeo, qui nullo periculo moveri quivit ut fugeret; <sup>8</sup> nullus victorum hortatibus, nulla spe veniæ oblata flecti quivit, ut se dederet, pugnans mori maluit; fracti ac dejecti animis cum adesse Cæsarem audirent; clangore tubarum velut ad consilium congregati, unanimi clamore <sup>9</sup> diffiniunt mittendos ad eum obsides ac legatos, notamque ad misericordiam convolandum. Nullus ab hoc consilio dissensit præter unum Comium, qui metu digni supplicii fuga deditioem declinavit, atque ad Germanos se contulit unde <sup>9</sup> equitum nuper adduxerat. Legati cum ad Cæsarem venissent ad genua provoluti verba in hanc <sup>10</sup> fixere sententiam. *Parce Cæsar parce, non propter degeneres actus nostros tuam nobilissimam corrumpere naturam. nisi peccarent homines,*

1. Lege, utrorumque.

2. Forte, magnis.

3. Lege, inestandas.

4. Lege, susultant, vel insultant.

5. Lege, delectus.

6. Forte, poterat.

7. Lege, resistendi.

8. Lege, nullis.

9. Forte, equitatum.

10. Lege, fecere.

nes, segnis esset & otiosa clementia, quæ non minus tuum nomen quam omnes bellicæ laudes omnesque victoriæ clarum fecit. Da veniam erroribus nostris, eoque supplicio contentus esto, quod ipsi nobis intulimus, quod tu nunquam, si bene te novimus, intulisses. peccavimus, non negamus: sed peccati nostri gravissimas pœnas damus. amisimus opes nostras & vetustam gloriam, & matres & viros amisimus. nihil nobis est reliqui præter tuam misericordiam. de illo solo speramus quem offendimus. hoc tantis in malis boni est, quod simul & Corbeus omnis mali auctor occubuit, quo sospite <sup>1</sup> unquam nobis resipiscere licuisset. ille plebem miseram quocumque libuerat concitabat. Plus ille unus quam senatus noster, quam <sup>2</sup> princeps, postremo quam tota civitas poterat. gaudemus periisse dum ille perierit. Et Cæsar ad hæc: & anno altero primi furentium, ultimi resipiscentium fuistis, & nunc nulla nostra culpa bellum nobis intulistis. sed enim fecit hæc Corbeus solus; nullum in aliis crimen est; libet id quidem opinari: scio tamen quam accusare mortuos nec responsuros leve est. Sed nunquam tantum unus in populo potest, quin plus possit universa nobilitas, si ad salutem publicam bona fide concordet. Ego autem non omitto morem meum in vobis; parcam vel indignis; non quid vos deceat aspiciens, sed quid me. vos peccastis, & vos vobis pœnam irrogastis qua contentus aliam non imponam. Datis obsidibus pax convenit, secutæ exemplum urbes reliquæ quæ cum illis conjuraverant, & petentes similem clementiam invenerunt. Jam quod ad publicos attinebat motus compressa & <sup>165</sup> pacata omnia videbantur præter Treveros, nunquam nisi per vim imperata facturos, eo Labienum cum duabus legionibus dirigendum statuit. <sup>3</sup> Superant tamen, ut ex magnis ægritudinibus solent dolores aliqui membrorum, sic ex gravibus bellis privatorum hominum singulares motus ex hac aut illa urbe migrantium sedesque mutantium, nullam aliam ob causam, quam ut Romanum imperium detrectarent, cui nec obstare poterant, nec subjici <sup>4</sup> dignantur. Fugæ remedium inter difficultates elegerant. Hos motus neque comprimi magno opus apparatu, neque omnino negligi consilium erat, quamobrem dividere legiones sub legatis per extrema Galliarum statuit, quibus & fugam rebellium, & injurias fidelium inhiberet. Quo factò ipse quidem ad vastandos sui antiqui

V v v 3

ho-

1. Lege, nunquam.  
2. Lege, principes.

3. Lege, Supererant.  
4. Forte, dignabantur.

hostis Ambiorigis Eburonum regis fines proficiscitur. quem neque armis vincere semper proelio abstinentem, neque cursu assequi saepe fuga praecipiti sibi elapsum sperans, extimabat vastitate finium ac <sup>1</sup> damnum sic invisum patriae suae facere, ut consensu civium belli auctor perpetuo plecteretur exilio, & ipse interim vel amicis opem; vel hostibus pestem aliquam importaret. copiis <sup>2</sup> usquam diffusis, utrumque votive accidit. nam & fines Ambiorigis multis captis caesisque mortalibus ferro atque igne vastavit, & per legatos interea amicis subvenit egentibus, nominatim Pictonum in finibus <sup>3</sup> Andio Duracio populi Romani amico stabili semper ac fido, qui tunc temporis ad Limonem obsidebatur ab <sup>4</sup> Ad-dimaco: qui ad famam adventantis auxilii Romani in fugam versus atque inter fugiendum proelio victus, ac sarcinis omnibus spoliatus vix evasit. Duracius obsidione liberatus; multae per id tempus urbes in potestatem populi Romani <sup>5</sup> redactae & in fidem receptae sunt. in quibus fuere Caruntes qui fere semper eatenus obstinati in rebellione permanserant. quorum exemplo motae urbes aliae Galliarum Oceanum accolentes, quae dicebantur Armoricae, sponte Romano jugo colla subjiciunt; quae omnia per Gajum Fabium gesta sunt. At Gajus Caninus Drappentem <sup>6</sup> Senonem & Lucferium Cadurcum audacissimos nocentissimosque homines; qui adunata fervorum <sup>7</sup> exiliumque ac latronum manu, & Romanos com meatu turbare, & late latrocinari soliti erant; sic in finibus Cadurcorum obsedit primum, dehinc autem <sup>8</sup> Verselledunum <sup>9</sup> id oppido, obsidebantur, erat nomen, comportandis intentos aggressus, Lucferium seorsum ita acie contudit, ut vix eo cum paucissimis fugiente, sui ad unum omnes caederentur. neque enim quemquam scelestorum furum Romani milites vivum capere dignarentur. tanta denique strages fuit ut ne unus quidem superesset, qui rei nuntius ad Drapentem iret, qui ut puto rerum nescius in castris agens, & fortasse socium expectans, subito hostium incursum pari strage deletus est. hoc interfuit, quod alter suis pereuntibus abie-

1. Lege, <i>damno eum.</i>		farris libris.
2. Forte, <i>itaque.</i>		6. Lege, <i>exulumque.</i>
3. Dele, <i>Andio.</i>		7. Lege, <i>Vxellodunum.</i>
4. Lege, <i>Andio Duranaco.</i> Sic apud Caesarem legitur.		8. Lege, ( <i>id oppido, quo obsidebantur, erat nomen</i> ) <i>comportandis frumentis intentos.</i>
5. <i>Drappentem &amp; Lucferium est in Ca-</i>		

abierat, hic in manus hostium vivus venit. paucisque post diebus seu dolore captivitatis & fortunæ seu <sup>1</sup> odio, seu metu supplicii gravioris, spontanea cibi inedia vitam finivit. His feliciter fortiterque per legatos gestis, Cæsar relicto in Bellovacis Marco Antonio cum præsidio, ne quid novi tumultus oriretur, per se ipsum urbes alias invisit. evocatisque ad concionem populis, oratione miti ac magnifica, qua in re principes omnium seculorum vicit, & præstantissimos oratores æquavit; multa undique perturbata composuit. nam & amicos <sup>2</sup> illa ravit, & hostes placavit, & dubios firmavit, dejectos <sup>3</sup> eripit, & mœstos ac pavidos consolatus est. Inter cæteros populos cum Caruntes adiisset, unde <sup>167</sup> ut diximus multa rebellio orta erat, cogitans eos plus cæteris omnibus propter offensæ conscientiam formidare, mox ut urbem attigit, conjurationis auctorem <sup>4</sup> Gutturarium depoposcit. is vulgato more hominum, qui libenter commune omnium periculum unius in caput vertunt, quæsitus à populo diligenter & inventus cum ad eum adductus esset, vim naturæ suæ Cæsar attulit; utque unius supplicio metu omnes absolveret, illum à quo damna & mala omnia exercitui illata omnium una voce constabat, militum odio permisit, & securi percuti passus est. Cæsari apud Caruntes agenti litteræ redduntur à Cannio legato, de strage hostium, Lucterique fuga & captivitate Drappetis, insuper & de opidanorum immutabili proposito, qui nec ducum eventu, nec exercitus flecterentur. quæ res, etsi admodum parva, animum ducis movit; ne scilicet unum opidum multis urbibus argumentum esset, non sibi superioribus bellis ad defensionem libertatis, tam potentiam quam constantiam defuisse: & potuisse urbes teneri, cum opida tenerentur. hanc opinionem extirpandam, ne qua forte novandarum rerum esse posset occasio; & obsessorum pertinaciam penitus confringendam censuit. <sup>5</sup> \* \* Itaque cum sic opidum ab omni parte circumdatum esset, ut nil operibus addi posset, & obsessis rerum copiam omnium esse sentiret, aquam eis auferre tentavit, & flumen quod præterfluit ad radicem montis avertere. cumque id natura rerum obstante nequivisset, at hostes usu sal-

V v v 4

tem

1. Lege, *tædio*.2. Lege, *hilaravit*.3. Forte, *erexit*.4. *Gutturarium* est in Cæsare.

5. Nonnulla hic deesse suspicor, cum de adventu Cæsaris Uxellodunum nihil dicat.

tem fluminis prohibere nisus erat. positisque ad unam ripam sagittariis, alterius aditum præcluserat. Erat autem fons vivus & abundans haud procul à muris opidi, is auferri nullo modo posse videbatur, quum præter loci iniquitatem, periculosa esset pugna Romanis. labore tamen ingenti & indefinente certamine effecit, ut ad fontem telis venientibus, 168 periculosa hostibus & difficilis esset aquatio: unde non tantum pecora sed homines plurimos sitis extrinxerat. neque tamen vel minimum proposito movebantur. sed ut periculum periculo pulsaretur, sevo & pice ardentibus & apte instructis, ignem in opera Romana jactabant. atque ita multis exustis sitim suam alieno incendio vindicabant. Ibi vero & contra flammam & contra tela & contra ipsam loci difficultatem à Romanis acerrime decertatum est, eoque ardentius, quo altiore in loco dimicabatur, ut cujusque virtus & ignavia ab imperatore totoque conspiceretur exercitu. quod tamen difficilima res erat, & multi ex Romanis assidue vulnerabantur; excogitavit aliam viam Cæsar, & omisso certamine impari ac damnofo, cuniculis sub terram actis, ad ipsius jam fontis venas penetrando 1 perveniat. quibus præcis atque aliorsum derivatis, subito fons siccatus est. quæ res intrinsecis tantum doloris attulit ac stuporis, ut non humanum opus crederetur, sed divinum, & quasi Romani in bello diis auxiliaribus uterentur, territi desisterent ab incepto, atque ultima vi cogente, se traderent ad omne victoris arbitrium. Senferat pridem Cæsar, ad res gerendas suam sibi obstare clementiam, quo animo nullum finem rerum fore si omnibus æque pius omnes ad rebellandum spe misericordiæ incitaret. sed invitus contra suam 2 contraque suum morem quidquam durius cogitabat. ex diverso autem suam mansuetudinem sic notam omnibus confidebat, ut minime vereretur si quid asperius 3 ne quid severitate actum & non potius necessitate 4 judicaret. hac fiducia & exempli causa inductus, in omnes qui illo in opido contra eum arma gestaverant insuetum sibi supplicii genus exercuit, quibus ad terrorem cæterorum præcis manibus vitam dedit. Per hos ipsos dies Labienus equestri prælio Treveros vicit, multos- 169 que eorum ac Germanorum qui eis tulerant tulissentque omnibus

1. Lege, *pervenit*,2. Adde, *naturam*,3. Adde, *fecisset*, *ne id.*4. Forte, *judicaretur*,

mnibus contra Romanos auxilium, interfecit. multos ex principibus vivos cepit; & Lucterius Cadurcus quem victum à Cannio profugisse memoravi, cum creberrime mutaret hospitia, ut qui sibi male conscius nusquam tutum se putaret: & sic vagus forte in manus venisset Erpasnacti Alverni, qui inter tot patriæ suæ motus semper amicitiam populi Romani uno fidei tenore servaverat, per eum vinctus ad Cæsarem est perductus. Rebus itaque ad votum fluentibus, Cæsar omni Gallia perdomita suum credidit, Aquitaniam licet per legatos victam per se adire, ibidemque agere quid superesset æstatis. Eo igitur profectus, omnes illas terras, incertum, utrum majori felicitate an celeritate composuit: cum certatim omnes primo ejus adventu & obsides ad eum mitterent, & legatos, eligentes benivolentiam tanti viri potius quam potentiam experiri. Inde Narbonam adiit, divisisque legionibus per hyberna, sic ut nulla pars Galliæ præfidiis vacua esset, ipse cognitis inter eundem causis populorum, ad quod nemo aptior, nemo fuit facilior, cognitis & meritis singulorum, & pro varietate meritorum pœnis aut præmiis assignatis; iter flexit in Belgas. ibi proximam hyemem egit. corpore forsan otiosior, quam ætate, sed non animo. & quamquam præteritas per hyemes ad sequentium semper æstatum bella sollicitus fuisset, nunc una illi cura erat omne belli semen extinguere, nihil armis, sed omnia mitibus actis, dulcibus verbis agere, amicos veteres servare, novos quærere, nulli malum facere, bona omnibus, nil novi <sup>1</sup> operis imponere multis <sup>2</sup> veteris vel minuere vel auferre. denique modis omnibus curare, ut discedens pacatam relinqueret regionem; & cessante bello ad triumphum rediens, victorem exercitum reduceret, quod sibi contingere bello durante non poterat. effecitque sperato quoque facilius quod optabat. nam & ipse ad talia semper omnium efficacissimus: nec bello quam affabilitate; nec metu quam conciliatu hominum major. & fessa bellis Gallia appetentissima pacis erat. eo quoque magis, quo & dux semper natura mitis, nunc mitissimus: & parendi melioribus conditio semper tolerabilis, nunc optabilis ac libertate <sup>3</sup> anxia videbatur. Ipse quidem hybernis exactis apud Belgas, jam præsa-

V v v 5

giens

1. Lege, *oneris*  
2. Lege, *vetera*,

3. Forte, *potior*.

giens civile bellum, in Italiam venit, ut omnes urbes & famosa opida cisalpinæ Galliæ circumeundo, populorum gratiam sibi conciliaret. à quibus omnibus plus quam humano cultu ac veneratione susceptus, rursus transalpinam in Galliam remeavit ad exercitum, suspensus animo atque expectans quid de se Senatus & respublica decrevisset. Hi sunt quidem multorum annorum Cæsaris labores in Gallia, hæc difficultates, hæc pericula; uni magno imperio nedum uni viro multa fatis & gravia. quorum summam complexus est Suetonius Tranquillus his verbis, quæ inferere juvat propter eximiam breviter. Gessit, <sup>1</sup> inquam, novem annis, quibus in imperio fuit, hæc fere. omnem Galliam quæ à saltu Pireno Alpibusque & monte Gebenna, fluminibus Rheno ac Rodano continetur, patetque circuitu ad bis & trecies centum milia passuum, præter socias ac benemeritas civitates, in provinciæ formam redegit, eique in singulos annos <sup>2</sup> stipendii nomen imposuit. Germanos qui trans Rhenum incolunt primus <sup>3</sup> Romano ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus & Britannos ignotos antea, superatisque pecunias & obsides imperavit. Et hæc ille, quæ nos latius in historiæ formam nostro more digessimus.

Et arma quidem Julii Cæsaris clara hæcenus, gloriosa, magna. etsi enim in nonnullis actibus modus fortassis excederetur, quem in multitudine actuum, præcipue bellicorum, ad unguem servare difficile: Etsi Suetonii, quem proximo nominavi, de ipso loquentis plane ista sententia sit: *Siquidem nec <sup>4</sup> dictum, ait, belli ulla <sup>5</sup> actione injusti ac periculosi abstinuit, tam fœderatis quam infestis ac feris gentibus ultro laceffit.* Ac constat utique gloriosum nihil esse quod <sup>6</sup> multum sit. Quamvis hæc inquam ita sint, & possit forsitan unus alterque actus argui: summa tamen irreprehensibilis videri potest. \* Pugnare, propriam & suam & imperii sui nomen crebris ac maximis ornare victoriis, & Romana virtute furorem compescuisse barbaricum. itaque generosis conatibus affuit fortuna, & rebus supra spem supraque fidem prospere succedentibus, idem ille senatus qui legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos aliquando decreverat, & illi ipsi

1. Lege, inquit.

2. Lege, stipendii nomine quadringentis.

3. Forte, Romanorum.

4. Forte, deinde.

5. Lege, occasione, ne injusti quidem.

6. Forte, injustum.

ipsi qui dedendum hostibus censuerant (gravi prorsus & odiosa sententia) admiratione rerum, gloriæ tandem suæ fa-  
 verunt, eique plures & plurium dierum supplicationes, quam  
 ulli unquam decrevere, ut & historicus idem ait, & ex præ-  
 missis <sup>1</sup> aperuit. Deinceps eadem arma impia & injusta &  
 in viscera patriæ miserabili alternatione conversa: Quamvis  
 enim & his magna non desit excusatio, vere tamen nulla suf-  
 ficiens causa est contra patriam arma moventibus. de <sup>2</sup> qui-  
 busdam jam hinc agere aggrediar. Dictum est multis in locis  
 & dicendum pluribus: *Nulla unquam magna gloria sine magna  
 fuit invidia.* ut memorabile sit quod fertur Socratis consi-  
 lium, qui quærenti Alcibiadi qualiter invidiam vitaret: *vi-  
 ve* inquit *ut Tersites.* sic est hercle. Si vixisset domi Cæsar o-  
 tiosus, voluptati & somno incubisset, haud dubie hostibus  
 & invidia caruisset. sed cum Galliam domuisset, Roma-  
 numque illam jugum ferre coëgisset, vectigalia populi Ro-  
 mani immensum auxisset, Germanos ut est dictum cladibus  
 affecisset maximis, quos tamen vincendo ac vastando, ita <sup>172</sup>  
 sibi virtutis admiratione devinxerit, ut usque in præsentem  
 diem gubernatores imperii (quod ad eos ideo vereor descen-  
 dit, ut rueret) non alio quam Cæsar nomine vocitent vul-  
 gari in sermone: cum & Britannos similiter subjugasset Rhe-  
 numque, ne amplius limes esset, atque ipsum etiam <sup>3</sup> do-  
 cuisset Oceanum; multa & magna agendo atque audendo,  
 multorum & magnorum in invidiam incidit. O mortalium  
 semper laboriosa conditio, semper disposita vel contemptui,  
 vel invidiæ subjacere. Erant Romæ multi viri ingentes, quo-  
 rum quisque sibi primum locum gloriæ vindicaret. Inter i-  
 mo ante alios magnus nomine, re autem maximus Pompe-  
 jus. cui Cæsar ut amicum illum sibi faceret, filiam Juliam  
 optimam & viri amantissimam collocavit. sed ad odium  
 pronas mentes ad amicitiam detorquere difficile. valere ta-  
 men poterat ad publicam pacem, si aut ipsa vixisset, aut  
 conceptum subita consternatione non effudisset abortum.  
 Junxit & alio nexu sibi Pompejum Cæsar, priusquam iret  
 in Gallias. & ut glutino stabiliore consistenterent, Marcum  
 Crassum ipsi Pompejo à quo veteri odio dissidebat, recon-  
 ciliavit. ut tribus potentissimis, nullo contrario auso Ro-  
 mana

1. Lege, apparuit.  
 2. Forte, quibus.

3. Lege, domuisset.



mana Respublica, & per consequens totus orbis obsequeretur. <sup>1</sup> aut sane commentum rude vel <sup>2</sup> insulsissimum: sed fortuna more suo rotans res humanas, omnia ad unum devolvebat. & Pompeji quidem auxilio primum Galliam atque Illiricum provinciam adeptus, mox cum L. Domitius consularis candidatus minaretur, si ad consulatum perveniret, & inquisitum contra eum, & sibi exercitus adempturum: ipsius quoque Pompeji, simul & Marci Craffi opera, & adversarium à consulatu repulit, & obtinuit sibi imperium in quinquennium prorogari. quibus obtentis eo fiducia est evectus, ut jam nihil sibi credens impossibile & legiones <sup>3</sup> novas auctoritate sua scriberet, & nihil quod ei in animum venisset, aggredi vereretur. Quibus rebus ego culpa Cæsarem non absolvo, fecit quidem, non inficior, quibus liberam immo dominam gentium civitatem in stuporem primo post in iram verteret. forum <sup>4</sup> per maxime impense coepit extruere è manubris, quæ non <sup>5</sup> sui erant sed populi Romani. disciplinam militarem, publice solitam doceri, ad se reduxit, ut privatim suo doceretur arbitrio: quod & fortassis sibi suo jure licuerit, ut qui partem in ejus rei peritia non haberet, fuit tamen contra mores atque instituta majorum, quorum semper observantissimi fuerant Romani. legionibus in omne tempus stipendium duplicavit. quod quidem etsi exercitui gratissimum fuerit, eumque militibus charissimum fecerit, sic ut charior nemo unquam alius; sumptuosissimum tamen reipublicæ fuisse non ambigitur. & hæc quidem inter suos. Apud exteros vero reges gentesque præter licentiam Senatus ac populi miras exercuit libertates, non ut dux populi Romani, sed ut dominus aut rex. neque solum in Italia, Galliisque & Hispanis, sed in Asia etiam & Græcia, & dona <sup>6</sup> indigentia & auxilia eis misit, & eorum urbes præclaris operibus adornavit. quem omnia etsi contra consuetudinem Romanorum ducum, aliterque ac mos patrius exigebat, facta non negaverim, posset tamen excusator inveniri. solent enim qui majora aliis agunt, & majora præsumere, &, quo melius sibi sunt conscii, plus audere. Erit fortasse qui dicat, tolerabile in Cæsare, quod in alio quolibet non fuisset. erit ex diverso qui hoc favorabiliter potius, quam

1. Lege, *haud*.2. Forte, *insulsum* fuit.3. Lege, *permaxima impensa*.4. Lege, *sua*.5. Lege, *ingentia*.6. Lege, *qua*.

quam civiliter dictum dicat. excellentia enim 1. cuius & viri boni non licentiam debet augere, sed modestiam. His tandem horumque similibus ex causis 2. tandem latens erupit invidia. & primo quidem tentatum ab æmulis Labienum le-174 gimus, cuius crebra mentio in superioribus est habita, quem tunc Cæsar cisalpinæ Galliæ præfecerat. quod eo spectabat, ut eo alienato, Cæsar parte exercitus privaretur. de quo Cæsar ipse multa audiens nil credebat, constantiam alienam sua metiens constantia. cuius factum pro varietate 3. sententiam & excusare licet & reprehendere. Nam si Cæsar iniuste contra patriam arma vertebat, iuste deserere potuit, & reipublicæ charitas privatis affectibus anteponi. Alioquin ingrati infamia non carebit, qui tam caro duci alium prætulerit, eique sine causa acerrimus hostis evaserit. Et profecto si ingratitude fuit, fat digno supplicio punita fuit, ut qui sub Cæsare victoriosissimus vir fuisset, sub Pompejo fugacissimus factus sit, mutata cum duce, non fortuna tantum hominis, sed virtute. quod in eum aliquando Cæsar mordaciter exprobrando dixisse traditur. Sane qualiter aut quando discesserit 4. seque vocantium hortatibus acquirat, non invenio; nisi quod libro VII Epistolarum Ciceronis ad Atticum; eo tempore, quo hæc in republica fiebant, ita scriptum est: *Labienus discessit à Cæsare.* & in alia statim Epistola: *Labienum ab eo discessisse propemodum constat.* Et post pauca de eodem simulque de Cæsare loquens: *facinus, inquit, quo jam diu nullum civile præclarius: qui ut aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem: sed etiam ad summam profectum aliquid puto.* nec longe post: *Labienus inquit, vir mea sententia magnus Theanum venit: ibi Pompejum consulesque convenit. qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te cum certum sciam.* Et rursum: *Aliquantum nobis animi videtur attulisse Labienus.* Denique de Pompejo agens: *Labienum, inquit, secum habet, non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarum. in quo quidem tam de indubitato iudicio longe (ut res docuit) fallebatur.* Quamvis vero modus transeundi non pe-175 nitus 5. motus sit, illud plane compertum est, durum per hoc ex amico hostem Cæsari quæsitum, sed innoxium: sibi autem communem fere omnibus transfugis contemptum. si-  
qui-

1. Forte, *civis.*2. Delendum *tandem.*3. Lege, *sententiarum,*4. Lege, *atque.*5. Lege, *notus.*

quidem Cicero ipse qui eum sua sententia magnum <sup>1</sup> unum dixerat, confestim libro proximo: *In Labieno*, inquit, *parum est dignitatis*. unde à principio arbitrari se ait, illum jam tunc sui transfugii poenitere; quod Pompejum scilicet & consules viresque omnes reipublicæ, urbe deserta, sparsas per Italiam, longeque alium rerum statum quam speraverat invenisset. Commune malum instabilium, ac vagarum mentium. Sciunt homines, quæ relinquunt qualia sint. at quæ petunt nesciunt. unde fit, ut sæpe se inveniant minores, & relicta suspirent, & inventa fastidiant. hæc tam multa de Labieno, quia res apud historicos videtur occultior, & curiositas legentium nihil etiam minimum respuit, quod cognitu sit dignum. Et hæc clam, per nuntios, illa palam in Senatu dicta contra Cæsarem ac decreta. novæ etiam viæ excogitatæ, quibus ejus potestas, quæ multis formidabilis esse coeperat, tolleretur aut certe minueretur. Siquidem cunctis jam magnificentia, & liberalitate Cæsarea stupefactis, & quid his rebus tantis, & tam late effusis sibi vellet secum tacitis meditantibus, nec loqui aliquid <sup>2</sup> audientibus. Marcus Claudius Marcellus consul, cui an amore publico, an privato odio dignitas Cæsaris ac potestas invisa erat; frequenti senatu testatus de salute reipublicæ se acturum, definiit, ut cum bellum in Gallia finitum esset, dimitteretur victor exercitus. & quamquam ante tempus, successor Cæsari mitteretur, qui in pace provinciam gubernaret, ipse vero sine imperio rediret. addidit ne absentis ratio comitiis <sup>176</sup> consularibus haberetur, quod licet communi lege de omnibus <sup>3</sup> tantum esset, legi tamen Cæsar exceptus erat. ita ergo sublata erat exceptio. & non contentus consul injuria Cæsaris in personam illata. his quoque <sup>4</sup> Cæsar civitate donaverat, adimendam judicavit, ambitiosam concessionem & immodicam asseverans. His turbatus Cæsar, nec immerito, cogitansque quod sæpe <sup>5</sup> debere solitus fuit, operosius multoque difficilius principem virum à summo dignitatis gradu ad media dejici, quam à mediis ad extrema: non cedendum, ut Africanus major fecerat, sed obstare statuit invidiæ, & turbare prius omnia, quam exemplo illius, quamvis laudatissimo, invictus ab hostibus vincî à civibus, & in exilio

1. Forte, *virum*.  
2. Lege, *audientibus*.  
3. Forte, *causum*.

4. Adde, *quos*.  
5. Lege, *videre*.

exilio mori i vellet. Nondum tamen ad arma prorupit. sed donec jure agendi spes semper fuit, quiescendum statuens, patienter quidem, dicam melius, dissimulanter cuncta sustinuit, & quum nonnisi verbis offenderetur; adhuc verborum quoque defensionem parans; & consulem alterum & animosissimum atque eloquentissimum è collegio tribunorum Cajum Ciceronem, multa sibi ac profusa largitione quaesivit. ne quando vel in senatu, vel ad populum deessent suæ causæ defensores. Cum vero jam multi Cæsar<sup>2</sup> nec alii Pompeji formidarent potentiam, sæpe Curio ipse Senatui obtulerat, ut uterque simul ab armis abscederet, atque ad æquam civilitatem pariter remearent. ita demum securam liberamque rempublicam fore; idque non solum pollicitus sed contentiose visus est efficere, certus de Cæsar<sup>2</sup> voluntate, qui id ipsum à Senatu litteris petiit, ut scilicet aut sibi populi Romani beneficium integrum servaretur, hoc est imperium cum legionibus; aut cæteri saltem duces in <sup>3</sup> ea conditione essent, exercitusque dimitterent. quod eo fidentius postulabat, ut quidam opinabantur: quia se, cum vel-<sup>177</sup>let, aliquanto facilius veteranorum, quam Pompejum tyronum, exercitum ad obsequia reducturum non ambigeret, tantam cum veteranis amicitiam Cæsar longo usu, tantamque familiaritatem contraxisse videbatur, utque erat affabilis & animorum rapax, sine ulla dubitatione contraxerat. sed neque per se neque per tribunos quod petebat obtinuit, obstantibus fautoribus partis adversæ, qui nullum Pompejo parem pati poterant. <sup>4</sup> Indicit in hoc tempus senatusconsultum, prima æquum fronte, vere autem iniquum, ut duæ quidem, una scilicet ex Pompeji, altera ex Cæsar<sup>2</sup> legionibus ad bellum Parthicum mitterentur. en in verbis æqualitas. ecce autem in rebus iniquitas. siquidem cum Pompejus unam è suis quibus ipse præerat, amicitia jure <sup>5</sup> Cæsar<sup>2</sup> concessisset, illam bello Parthico destinavit verbo non animo, eamque repetiit. eam Cæsar remisit, & è suis misit unam. ita Pompejum nulla, Cæsarem vero duabus legionibus minutum, nemo fuit qui non intelligeret; tulit tamen, quin etiam cum adversariis pacisci voluit, ut transalpina Gallia & Illiricum cum duabus tantum legionibus, & nomen

1. Lege, *velle*,  
2. Forte, *nec non*.  
3. Forte, *eadem*,

4. Lege, *Indicitur*,  
5. Lege, *Cæsari*,

imperii <sup>1</sup> remaneret. Denique eousque submisit excelsum animum, ut qui Cæsarem non nosset, suspicari eum posset belli metu ad ista descendere. quo nihil erat ab illius viri moribus ac mente remotius. sed tantum illi studium fuit, vel exercendæ vel simulandæ modestiæ; ut <sup>2</sup> quid jus vider potius eligeret, quam publicæ tranquillitatis everfor. At cum obstinatos ad negandum <sup>3</sup> cernere, senatum sibi adversum, & è suis inimicis designatos jam consules audiret; tribunos qui sibi aderant nihil posse, imo quidem propter se <sup>178</sup>periculo atque odio expositos: non amplius differendum ratus, ne aut sui periclitarentur, aut ipse cunctatione vilesceret; dispositis more solito per hiberna legionibus, ultimo transitu ex Galliis in Italiam rediit. quo cum venisset invenit duas illas legiones sub obtentu belli Parthici sibi ereptas, neque ad bellum profectas, in Italia detentas; quin & Pompejo assignatas. quod ad evidentem Cæsaris injuriam pertinere non solum ipse vir talis, sed quicumque de populo perpendebat. adhuc tamen tacitus processit. Conventibusque peractis ut solebat, Ravennam venit urbem suæ provinciæ ab ea parte novissimam: ut nec terminos suos excederet & proximus esset adversariis, ac <sup>4</sup> peractis ulcisci, si quid forte sui odio in tribunos inimicus decrevissent. Et hoc quidem belli civilis initium, hæ fuerunt causæ, aliquam & fortasse non parvam justitiæ faciem habentes, si qua usquam esse potest justa causa patriam oppugnandi, quamvis ab aliis minus justæ quidem afferantur: sed odium manifestum testimonii fidem levat. Cnæus Pompejus gener atque hostis Cæsaris, agebat, eum ideo quod non posset opera incœpta perficere, neque de se populi expectationem adimplere, turbare omnia voluisse, ne in turbando veritas appareret. fuisse qui timuisse illum dicerent, ne eorum, <sup>5</sup> qui primo consulatu contra leges gesserat, rationem reddere gravi suo periculo cogeretur: cum Marcus Cato, iste ultimus, cujus virtus ac gravitas comminationem ejus non minus terribilem quam cujuscunque consulis faciebat, palam diceret ac juraret, se Cæsaris nomen, mox, ut privatus esse inciperet, inter reos delaturum. publicæ ille justitiæ studiosus, seu propriæ memor injuriæ. unde jam in vulgus effusum erat, idem

Cæ-

1. Adde, *sibi.*  
 2. Lege, *quidvis videri.*  
 3. Lege, *cerneret.*

4. Forte, *paratus.*  
 5. Lege, *qua.*

Cæsari eventurum quod Miloni, ut circumseptus armatis apud judices seu ex vinculis causam dicat. Et hanc verisimilem belli causam videri posse, una vox ejus facit, de qua suo loco dicam. aliis visum est, eum spatio plurimorum ant-179 norum imperio assuefactum, <sup>1</sup> didicisse privatam modum; & sola <sup>2</sup> cupidinandi dominandi in bella civilia consensisse. hæc videtur fuisse Ciceronis opinio, sibi interdum amicissimi, sed in fine hostis. qui in libris Officiorum semper Cæsarem in ore habuisse ait versus illos Euripidis, quos ipse sic in Latinum vertit; *nam si violandum est jus, regnandi gratia violandum est; alius rebus pietatem colas.* Posui ecce opiniones hominum varias una eademque de re, & hominum idem volentium Cæsarem scilicet infamare. mihi autem sat ne dicam valde rerum talium <sup>3</sup> curiose venere ad manus aliquot Cæsaris ipsius epistolæ. Nota sunt etiam ejus dicta ac responsa quam plurima, in quibus omnibus avidum se pacis ostendit, quibusque fortasse non minus fidei sit habendum quam suspicionibus æmulorum. illi enim oderant & veritatem ignorabant & mentiri poterant, Cæsar autem etsi mentiri posset, veritatem ignorare non poterat. legi & suorum comitum epistolas, idem pacis studium expressius continentes. Quid refert igitur quid de illo sentiat Pompejus & Cicero, cum perraro quisquam de hoste bene sentiat. illud potius pertinet ad rem audire, qualia de Pompejo suo scribat Cicero, quem tantum dilexit in finem; ut vir, sicut de eo scriptum est, nihil minus quam ad bellum natus, & jam senior, illum in civilia, suo totiens damnata judicio, & infelicia bella sequeretur, magis eligeret secum ruere, quam sine illo consistere: quorum partem, quod non omnibus nota <sup>4</sup> erant, & notitiæ studio & novitate rerum delectandi gratia, huic parti historiæ inferendam censui. Is ergo epistolarum ad Atticum libro octavo. *Ut enim, inquit, gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori reipublicæ beata civium vita proposita est, ut opibus* 180 *5 copius locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. hujus enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse* 6 *perfectorem volo. hoc* 7 *C. N. noster, cum antea nunquam, tamen in hac*

X x x

causa

1. Lege, dedidicisse.
2. Lege, cupidine.
3. Lege, curioso.
4. Lege, erunt.

5. Adde, firma.
6. Lege, effectorem.
7. Id est, Cæsar.

causa minime cogitavit. dominatio quaesita ab utroque est. non illud actum, beata & honesta civitas ut esset. nec vero ille urbem reliquit, quod eam tueri non posset, nec Italiam quod ea pelleretur, sed hoc à primo cogitavit, omnes terras, omnia maria movere; reges barbaros incitare, gentes <sup>1</sup> in Italiam armatas adducere, exercitus conficere maximos. Genus illius Sillani regni jam pridem <sup>2</sup> appetit, multis qui una sunt cupientibus. An censeres nihil inter eos convenire? nullam pacationem fieri potuisse? nec hodie potest, sed neutri <sup>3</sup> cōcor est ille, ut nos beati simus, uterque regnare vult. hæc à te invitatus breviter exposui. voluisti enim <sup>4</sup> quid de his malis sentirem ostendere. Quid tu lector ex his verbis iudicas? quantoque iustiorum Pompeji causam <sup>5</sup> rerum esse quam Cæsaris? Item in ejusdem libri fine: *Qua spe proficiscor, inquit, video, conjungoque me cum homine magis ad vastandam Italiam, quam ad vincendum parato. & sentiens se posse reprehendi, quod talem sequi vellet; ut ostenderet non se hominis virtute, sed erga se merito <sup>6</sup> & metu infamiae, ne ingratus scilicet diceretur. Audi quid eadem dicit epistola: Non me igitur is ducit, sed sermo hominum. Et rursus in <sup>7</sup> cum dixisset: Mirandum in modum Cneus noster Sillani regni similitudinem concupivit. addidit: Cum hoc ne inquires esse vis? & respondens: Beneficium, inquit, sequor, mihi crede, non causam. Et alibi de eodem: Si vincit, inquit, Sillano more exemploque <sup>8</sup> vincit. & statim: Mea autem causa alia est, <sup>9</sup> qui beneficio <sup>10</sup> victus ingratus esse non possum. Multa <sup>9</sup> sicut id genus in illius epistolis ab homine non solum doctissimo sed amicissimo, in Pompejum dicta, ut scilicet undique fides constet. Sed ego hæc pauca & ad rem de qua agitur spectantia & è locis secerioribus <sup>10</sup> erupta libenter apposui, ut utriusque partis merita non usque adeo ut putantur imparia, & utrumque sicut dictum est, regnare voluisse magno ac fide digno teste constaret. Ad historiæ seriem revertor. Dum Ravennæ ergo substitisset Cæsar, ne provinciæ suæ terminos transgrediendo aperte agere contra Rempublicam videretur, audiens tribunos, qui pro eo erant, contemptui habitos,*

1. Adde, feras.

2. Forte, appetitur.

3. Συνορος: id est, intentio.

4. Adde, me.

5. Lege, reris.

6. Videtur deesse moveri, vel du-

ci, nisi pendeat ex verbo sequi,

7. Lege, vincet.

8. Lege, victus.

9. Forte, sunt.

10. Lege, erupta.

biros, & vel vi urbe depulso, vel sua sponte digressos; Romæ omnes unanimiter contra se sentire, omnia sui odio divina atque humana misceri ac perverti; se quoque per patientiam contemptum iri cogitans; neque jam amplius ferendum, dissimulandumque aliquid existimans: evocatis legionibus ubicumque <sup>1</sup> esset, præmissisque clam, quæ tunc aderant, cohortibus; ne quam novi motus opinionem turbido habitu præberet, die illa & convivio & spectaculis <sup>2</sup> otiosis interfuit. sero autem clandestino egressu secretum iter paucis comitatus arripuit. in quo cum tota nocte deerasset vix ad auroram viæ ducem casus obtulit. quo prævio, ad rectum iter perplexo ac difficili calle reversus, inventisque cohortibus, quas præmiserat, ad Rubiconem venit, amnem exiguum, sed magnarum tunc limitem regionum, ubi parumper cogitabundus substitit, secum tacitus examinans quantum opus aggredèretur. tandem versus ad comites: *Adhuc inquit cæptis absistere, ac reverti licet. at si rivum hunc transgredimur, ferro gerenda nobis erunt omnia.* Ibi hærens dubiusque animi; hujuscemodi visione firmatus est: Quidam sibi & statura & specie corporis supra humanum modum <sup>3</sup> subito visus est, qui annis ad ripam sedens, pastorica modulabatur arundine. ad quem ut animal non visum cum & pastores locorum & quidam quoque militum concurrissent, ille subito unius è manu tubicinum arrepta tuba, vehementi flatu increpuit, <sup>4</sup> gurgentemque pertransiit. motus Cæsar spectaculo: <sup>5</sup> *Eat ergo ait, quo deorum prodigia atque hostium vocat iniquitas, ut cæpta res est.* Hæc dicens transiit ac traduxit exercitum, Ariminumque urbem proximam <sup>6</sup> longe pace tranquillam attigit. & patentibus portis introgressus: tribunis plebis, qui propter ejus odium pulsi sibi obviam veniebant, astantibus, concionem habuit ad exercitum. lapis me puero ostentabatur, fori medio, ubi Cæsar concionatus ferebatur. fuit autem concio efficacissima. scissa ferunt veste, verisque seu <sup>6</sup> victis cum lachrymis, ad suam dignitatem contra invidiam hostium conservandam fidem militum implorantis, & ingentia promittentis. Cæsarem Arimini agentem, Lucius Cæsar adolescens adiit, qui patrem habebat Cæsaris legatum. is explicitis pro quibus advenisset,

X x x 2

com<sup>a</sup>1. Lege, *essent.*2. Lege, *otiosus.*3. Lege, *gurgitemque.*4. Lege, *Eatur ergo.*5. Lege, *longa.*6. Lege, *scissa.*



commissa sibi à Pompejo quædam ait ad Cæsarem, jure illius quæ inter eos esset amicitia. Ea vero hujuscemodi fuisse: Excusans se Pompejum Cæsari, & poscere ne ea quæ pro reipublicæ studio atque amore gesserit, ad injuriam suam trahat. charum enim esse sibi Cæsarem, sed rempublicam rebus omnibus chariorem & esse & semper fuisse, similiter & Cæsari caram esse debere ut privatas suas inimicitias reipublicæ remittat. neque tam graviter irascatur, ut dum hostibus vult nocere <sup>1</sup> patri noceat immeritæ. idque ita facere ad suum decus eximium pertinere. Ad ea Cæsaris responsio paulo longior fuit. Commemoravit injurias pro multis in rempublicam meritis sibi illatas, paratum se <sup>2</sup> tamen omnia reipublicæ condonare. ita tamen ut discedant omnes ab armis, & ad civilitatem solitam revertantur. dilectus enim per Italiam feroces & retentas sub prætextu belli Parthici legiones, & civitatem esse armatam, quid nisi ad suam perniciem spectare? Proficiscatur ergo Pompejus in provinciam suam, <sup>3</sup> dimittitur exercitus, omnes per Italiam arma deponant, cessent motus & metus publici, sit togata civitas non armata: se quoque æquissimo animo quieturum, injuriasque omnes & contumelias obliturum. Ad hæc tamen sancienda & jurejurando confirmanda, petiit ut Pompejus propius accederet vel se accedere pateretur: sperare enim se colloquio & conspectu mutuo omnes controversias finiendas. Ad hæc responsio in scriptis <sup>4</sup> redita ut Cæsar quamprimum in Galliam revertatur, exercitumque dimittat. quo facto iturum in Hispaniam Pompejum. alioquin nihil de dilectibus omisuros consules Pompejumque. Iniqua responsio visa est Cæsari, quod se facere juberet; cum ipse nihil nisi promittere se facturum vellet, nec diem promissis apponeret, neque colloquio tempus daret, nec promitteret accessum, nec permetteret. hinc <sup>5</sup> paucis desperatio & belli præludium. M. Antonius cum quinque cohortibus Auximium præmissus. Erat Auximii <sup>6</sup> civitas ad custodiam <sup>7</sup> Actius Varus, quem decuriones Auximiani summo adeunt consensu. dicunt notum sibi Cæsaris adventum. neque vero propositi sui esse suorumque civium, neque Romanum <sup>8</sup> consonum videri, imperatorem populi Romani, talem virum sic de imperio meritum, tot victoriis insignem, mœnibus urbis amicæ arceri; orant ut <sup>9</sup> fame, ut suo suorumque

1. Forte, patria.  
2. Lege, dimittantur.  
3. Lege, reddita.  
4. Lege, passis.

5. Lege, civitatis.  
6. Cæsari, Attius.  
7. Consonum videtur delendum esse.  
8. Lege, fama.

rumque discrimini dum tempus est consulat his permotus Varus & perniciem timens, fugam arripit; & insequentibus Cæsaris militibus proelio decernere coactus ac desertus à suis, solus abit, <sup>1</sup> quibusque eorum domum, aliis ad Cæsarem, <sup>84</sup> se conferentibus. quos ipse collaudatos benigne suscepit, & L. Puppium centurionem patris adversæ ad se adductum illico relaxari ac dimitti jubet. Auximum ingressus civibus gratias agit, atque illorum erga eum charitatis haud immemorem se futurum spondet. Quibus Romæ cognitis, <sup>2</sup> tantum pavor omnium mentes invasit, ut urbe fere omnes excederent; ipsique consules, atque ipse Pompejus; actum suis de rebus opinantes, & ex unius opidi eventu omnia metientes; mirum valde, unde in tam parvis animis tam magna superbia, ut ejus viri meritos honores ac gloriam tam pertinaciter detractarent, cujus nec conspectum certe ne <sup>3</sup> viciniam pati possent, & patriam, & talem patriam, solum ad illius nomen universali animorum consternatione deferebant. sed urgebat hinc invidia; inde autem terrebat fama viri, quæ eousque creverat, ut clementissimus omnium, præ omnibus atque ab omnibus timeretur. His ad Auxinum gestis: Picenum omne, cujus olim Esculum, hodie Ancon est caput, nullo usquam contradicente pervagatur. Sed cunctis sibi urbibus atque opidis obviam mittentibus; Cingulo quoque, quod opidum suo sumptu Labienus extruxerat, legati, auctoris immemores, Cæsarem adeuntes, se imperata facturos obtulerunt, atque imperanti milites alacriter paruerunt. diffuso metu simul & fama virtutis, & vulgato horum de quibus diximus exitu; cæteræ omnes sequebantur undique deditiones. & si quis præfectorum contradiceret capiebatur aut pellebatur. Ita pulsus ex Etruria Libo, Thermus ex Umbria, Estulo Lentulus, captus Cneus Magius <sup>4</sup> præfecti ambo. & cum Magius ad Cæsarem ductus esset, ac fortasse supplicium formidaret, Cæsar eum placido animo dimisit. *Et vade, inquit, ad Pompejum, eique meis verbis nuntia: quoniam ad hunc diem non fuerit nobis oportunitas colloquendi, atque ego Brundisium, quo ivisse illum audio, profecturus sum;* <sup>85</sup> *credo, ut colloquamur expediens publicæ salutis, cujus curam gerere maxime nostrum est. Non est autem par effectus per nuntios.*

XXX 3

de

2. Forte, aliquibusque.  
1. Lege, tantus.

3. Forte, nec viciniam.  
4. Forte, præfectus fabrum.

de longinquo, atque inter præsentis ista tractari, quod conspecti vultus & vivæ voces ad movendos animos multum possint. Occupato sine ictu gladii Piceno, Corfinium progreditur opidum Pelignorum. xii<sup>1</sup> passuum distans à Sulmone, quod idcirco dixerim, quod vulgares quidam opidum putant esse<sup>2</sup> Tustorum. ibi contentionis plusculum fuit. pendente tamen obsidione, Lentulus Spinter muris egressus, & finem metuens ad Cæsarem venit, sibi atque intrinsecis veniam petens, ad quem Cæsaris responsio fuit: *Non se ut cuiquam malefaceret venisse, sed ut se ab inimicorum malis atque injuriis tueretur, ac tribunos plebis sui odio in exilium actos, in suam reponeret dignitatem, denique ut seipsum ac populum Romanum servitio & paucorum tyrannide conculcatum, antiquæ redderet libertati.* opido tunc præerat L. Domitius vir magni animi, sed exiguæ fortunæ, & bello promptus, sed infustus. is defensionem parans, sed ab opidanis ad deditonem coactus, cum mori mallet, à suo medico venenum poposcit, quod ille nec dare volens nec negare ausus, ut qui domini mores nosset, poculum somniferum pro veneno obtulit. quo ille hausto, gravi sopore resolutus conquievit. experrectus postmodum & delusum intelligens se, vixque à suo<sup>3</sup> manus abstinens, cum multis nobiles qui secum sentiebant, vincitus ad Cæsarem est perductus, mori appetens, & perosus vitam. quem Cæsar illico solvi jussit; neve quis eorum à militibus re vel verbis offenderetur inhibuit. questus perbrevis quod pro suis ingentibus & in illos & in rempublicam<sup>4</sup> referre meritis sibi debitam gratiam neglexissent, & injurias & contumelias<sup>5</sup> indebitas retulissent: cunctos dimisit incolumes, quin & pecuniæ pondus ingens Domitii depositum, & ab opidanis sibi oblatum; quamvis & pecunia publica esset, & in stipendium numerata, Domitio restituit, ne sanguinis, quam pecuniæ abstinentior videretur. nihil postremo ex ea victoria vel prædæ cujuspiam vel ultionis accepit, nisi quod Domitii milites sacramento adegit, non invitos ut arbitror, sed eo libentius jurantes, quo felicius est sub sequaci, quam sub fugaci duce<sup>5</sup> militari, vulgatis sane quæ ad Corfinium acta erant, multum metus omnibus demptum, multumque spei additum, cognoscentibus Cæsarem nihil bello nisi victoriam petere.

1. Adde, millia.  
2. Lege, Tuscorum.  
3. Credo deesse, medica.

4. Lege, meritis referre.  
5. Lege, militare.

petere. unde ut diximus & 1 Tustorum populi & omnis Umbria, pulsus inde præsidis ad Cæsarem transiere. atque ita rebus suo more velociter gestis ac prospere, cum jam secum Gallia omnis cisalpina sentiret, magnas partes Italiæ primo occupavit adventu. Sed cum spes cæteris omnibus, soli Pompejo atque Senatui additus timor, qui in Domitio multum momenti reposuerant, & sæpe eum per literas evocatum expectabant: Itaque confestim Pompejus Luceria digressus, ubi belli sedem statuisse videbatur, Brundisium petiit, ut Italiæ litore in extremo promptior esset ad transitum. ita enim animo decreverat, relicta Italia, transmari-  
na tentare: sive id metu solo pellente, sive intentione illa, quam paulo ante ex epistola Ciceronis elicui atque exposui. Cæsar autem semper propinquus atque contiguus hostibus esse festinans, non nisi septem dierum mora Corfinium exacta, eo ipso duce quo Domitium 2 captivos dimiserat, mortis castris in Apuliam perrexit. Operæ pretium nisi fallor fuerit, quid de his 3 quomodo memoravimus, & ipse Cæsar & alii senserint. cum enim clementiæ ejus, quam Domitio acerrimo hosti, & qui tumultu in illo reipublicæ successor sibi destinatus, & ad consulatum aspirans sicut dixi-187  
mus sibi minabatur, exhibuerat, fama ut ad hostes, sic ad amicos etiam pervenisset; duoque sibi familiarissimi, Cornelius Balbus atque Oppius, factum ejus per literas vehementer laudassent, responsionis Cæsareæ extat epistola, quæ mihi nunc, & propter scribentis auctoritatem, & propter ipsius epistolæ gravitatem ac brevitatem, digna his inseri visa est, ea vero est hujus modi: *Cæsar Oppio Cornelioque salutem. Gaudeo mehercle vos significare literis quam valde probetis ea quæ apud Corfinium sunt gesta. consilio vestro utar libenter. & hoc libentius quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me præberem, & Pompejum darem operam ut reconciliarem. tentemus hoc modo, si possumus, omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti. quum reliqui crudelitate odium effugere non poterunt, neque victoriam diutius tenere, præter unum L. Sillam, quem imitaturus non sum. hæc nova 4 ratio vincendi, ut misericordia & liberalitate nos muniamus. id quemadmodum fieri posset, nonnulla mihi in mentem veniunt, & multa*

XXX 4

repe-

- |  |  |                    |
|--|--|--------------------|
| 1. Lege, Tuscorum.                         |  | 3. Lege, quæ modo. |
| 2. Videtur legendum, captivosque<br>alios. |  | 4. Adde, sit.      |

reperiri possunt. de his rebus rogo vos ut cogitationem suscipiatis.  
 1 N. magni Pompeji præfectum deprehendi, scilicet meo instituto  
 usus sum, & eum statim missum feci. jam duo præfecti 2 par-  
 tium Pompeji in meam potestatem pervenerunt, & à me missi  
 sunt. 3 sed volent grati esse debebunt Pompejum hortari, ut ma-  
 lit mihi esse amicus, quam iis, qui illi & mihi semper fuerunt in-  
 micissimi, quorum artificus effectum est, ut respublica in hunc sta-  
 tum perveniret. Eidem cum de hoc scripsisset factumque lau-  
 dasset Cicero, qui se 4 ad medium, 5 inter magna licet a-  
 nimum fluctuatione, & multa consiliorum varietate, tenuer-  
 rat, rescripsit his verbis: Cæsar imperator Ciceroni imperatori  
 salutem dicit. Recte auguraris de me, bene enim tibi cognitus sum,  
 188 nihil à me abesse longius crudelitate. atque ego cum ex ipsa re ma-  
 gnâ capio voluptatem, tum meum factum probari abs te trium-  
 pho & gaudeo. neque illud me movet, quod hi qui à me dimissi  
 6 discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent. nihil enim  
 malo, quam & me mei similem esse & illos sui. Quo dicto vix  
 aliquid unquam dici gloriosius ac magnificentius audivi, &  
 hæc quidem extra, sed non ut arbitror contra seriem histo-  
 riæ, pro delectatione lectoris interposui. Ad rem redeo.  
 Cum Cæsar Apuliam attigisset; mox Brundisium adiit.  
 Pompejumque jam prægressum valida obsidione circumdedit.  
 de quo iisdem quibus supra scribit, nam & hæc animi ejus  
 index epistola videtur. Cæsar Oppio Cornelioque salutem. Ad VII  
 Idus Martius Brundisium veni. ad murum castra posui. Pompe-  
 jus est Brundisii. misit ad me 7 N. Magium de pace. quæ visa  
 sunt respondi, hæc vos statim scire volui. cum in spem venero de  
 compositione aliquid me conficere; statim vos certiores faciam. &  
 quoniam propter navium penuriam mari eum obsidere non  
 poterat; timens id quod omnes cupiunt hostes, fugam: fa-  
 mosissimum maximumque illum portum saxorum molibus in-  
 jectis obstruere nisus est. opus non tantum homini sed natu-  
 ræ improbum atque inextricabile, quod ipse cognoscens,  
 uni ex amicis Q. Pedio scribit his verbis: Pompejus se opido  
 tenet. nos ad portus castra habemus. conamur opus magnum; &  
 multorum dierum propter altitudinem maris. sed tamen nihil est  
 quod potius faciamus. ab utroque portus cornu moles jacimus; ut  
 aut

1. Lege, Cn. Magium.

2. Adde, fæprum.

3. Forte, si.

4. Forte, adhuc.

5. Lege, in magna.

6. Adde, sunt.

7. Lege, Cn.

aut illum quamprimum trajicere quod habet Brundusii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus. Cum vero exitu prohibere, imo natura ipsum <sup>1</sup> prohibente non posset, catenis eos portus præclusit. sed neque sic detinere valuit Pompejum quin mari Adriatico Durachium navigaret. Cæsar hoste digresso, cum sequi illum non posset, Brundisium ingressus concionem habuit, qua justitiam <sup>2</sup> carne suæ, injuriasque hostium <sup>3</sup> omnibus aperiret. quo facto cum sua illis in locis inutilis mora esset, ne quid sibi otiosum tempus <sup>3</sup> afflueret, urbem Romam versus iter arripuit, toto belli Gallici decennio non visam. cujus adventus fama cognita quantus Romæ terror fuerit haud facile dictum est, multo quidem major quam necesse esset. Iratus quidem multis erat, & fortasse non immerito, sed iracundiorem extimabant. non enim naturaliter, neque nisi magnis ex causis ad iracundiam pronus fuit. Venit ergo Romam, senatumque habuit ex iis principibus qui domi substiterant. ibi perpetuam dictaturam ipse sibi sua auctoritate arripuit: unde Cæsaris dictatoris nomen. multa quoque constituit, in quibus pro lege voluntas fuit. Illud inter cuncta memorabile. nam ærarium populi Romani quod tot victoriæ, tot secula compleverant, uno die exhaustit. interque alia, ut scriptum, pronovit <sup>4</sup> ex eo laterum aureorum xxvi. non thesaurizandi cupiditate sed largiendi. nam ut alter ait, nemo liberalius victoria usus est. nihil sibi retinuit præter dispensandi potestatem. Compositis rebus urbanis ut visum est animum ad externa convertit, atque imprimis Siciliam ac Sardiniam duo illa horrea populi Romani per legatos administrare disposuit, de Gallia nihil sollicitus, quam in summa pace reliquerat. solam respexit Hispaniam cogitansque cumprimum classis opportunitas affluisset, vestigiis Pompejum assequi: ne quid à tergo formidabile linqueret, decrevit ad Occidentem proficisci, ubi Pompeji copiæ ingentes erant, quarum præsidio ille terrarum tractus tenebatur, sub legatis tribus, M. Petrejo. L. Afranio. & M. Varrone. de quibus tam contemptim sentiebat ut, moturus inter suos diceret; *Vado ad exercitum sine duce, mox revertar ad ducem sine exercitu.* eo vero pergenti, <sup>190</sup> Massilia foederata civitas, & ab ipso principio Romanis a-

1. Lege, prohibere.  
2. Forte, causa.  
3. Lege, efflueret.

Xxx 5 mi-  
4. Lege, laterum aureorum nimirum xxvi millia. vid. Plin. xxxlvi,  
3.

micissima ; non sui odio , sed ingenti studio R. P. portas clausit. quam ille cum obsidione cinxisset , Decimo Bruto cum parte copiarum oppugnandam linquit. ipse coeptum iter peragens , ad Hispanias venit. ibi à Petrejo & Afranio qui primi occurrerant , bellum incipiens : cum nullo temporum discrimine æque die ac nocte hostes aggredereetur , consilium ducum fuit , ne nocturnis horis aliquando pugnarent , quod tunc pavor ad ignaviam impellat ; nec sit , qui submotis testibus concitatos revocet atque contineat ; luce pudorem obstare , & ducum imperio , & potentia tribunorum atque centurionum frænari , & ad virtutem & ad fidem retrahi , ut contra metum mortemque consisterent. Cæterum fato res bellicas volente , ad Ilerdam compulsi hostes. Cæsar vero maximis imbribus , & diluvio aquarum , ingenti quidem rei frumentariæ inopia circumventus ; perseveravit tamen in incepto , & omnes difficultates sola & solita virtute superavit , donec tandem abeuntes <sup>1</sup> sceleri atque arido in monte deprehensos obsedit , atque ita circumdedit , ut nullus ad fugam exitus pateret ; qua desperatione pulsi , cum fame & siti ultima premerentur , sæpe erumpere & mori voluerunt. Quibus Cæsar contra suum morem pugnæ copiam non fecit , sed intra munitiones seque suosque continuit. cujus facti certa erat ratio. sperabat enim eos ad extrema perductos sine proelio vinci posse. cur igitur aut suos optime de se meritos sibi charissimos periculis atque vulneribus exponeret , sine quibus , ut secunda sint proelia , victoria vix contigit , & fortunæ committeret , quod expectatione quamquam serius , tutius tamen posset , cum sit ducis officium non minus consilio quam ferro ad victoriam aspirare. ex diverso autem cur <sup>2</sup> non eos vincere mallet quam occidere , qui licet essent adversarii , cives erant. hoc ducis optimi consilium assueti cædibus milites non laudabant , sed invicem murmurabant , quod dux cum posset vincere recusaret , se quoque ducis imperio in proelium non ituros. Ille autem quem non facile res moverent , verbis immotus , in sententia persistebat , victoriam incruentam sperans. nec fefellit opinio. unum hoc <sup>3</sup> inter mores accidit memoratu dignum & <sup>4</sup> exiguum Cæsareæ <sup>4</sup> levitatis indicium. dum enim inter partes deditio tra-

1. Lege , *Ilerda* , atque arduo.

2. Lege , *inter moras* ,

3. Lege , *eximium* .

4. Lege , *lenitatis* ,

tractaretur , atque hac fiducia milites hinc illinc <sup>1</sup> atque colloquerentur , & paulatim è castris <sup>2</sup> in castris discurre- rent , positoque ad tempus civili odio sine suspicione atque ullo metu simul ut in pace agerent ; Afranius atque Petre- jus repentina ac pessima mutatione propositi , omnes Cæsa- ris milites intra vallum suum deprehensos inermes scilicet & incautos occiderunt. Quo audito Cæsar , sævitiam noluit i- mitari , sed illorum milites suis in castris inventos , ut du- cum perfidiæ inscios & <sup>3</sup> expertos dimisit incolumes. Tan- dem vero duces impii rerum inopes omnium , & inprimis viris atque equis <sup>1v</sup> jam dierum jejuniis affectis , colloquium petiere. hoc addito , *ut si Cæsarî placeret , secum submotis mi- litibus loquerentur.* negavit hoc Cæsar , & si loqui vellent cun- ctis audientibus loqui jussit. dato obside filio Afranii in lo- cum à Cælare assignatum veniunt , & coram duobus exerci- tibus verba fecit Afranius humilia admodum ac demissa. *Si inquit ab alio victus essem , non mihi ad arcessendam mortem , aut manus aut animus defuisset. sed cogitans te dignum cui <sup>4</sup> vi- gilatam debeam , ad clementiæ tuæ potius quam mortis auxilium confugio. nec nobis Cæsar nec militibus his irasci debeas , quod* <sup>192</sup> *erga imperatorem nostrum Pompejum quoad licuit obsequiosi fui- mus & constantes. neque enim tui odio , sed servandæ fidei studio id egimus. sed jam fidei satis ac supplicii est. & fides & patientia victa est. multa gravia & animis & corporibus passi sumus , & pati amplius non valentes victique & supplices oramus ne ad ulti- ma progrediare supplicia. Quæ cum ille dixisset , Cæsar sem- per pronus ad veniam : Nulli inquit ex omnibus quos bellum ar- mavit , minorem quam vos habent aut commiserationis materiam aut querelæ. cæteri enim omnes ad hunc diem cum pugnare me- liori conditione licuisset , sese prælio congressuque volentes <sup>5</sup> absti- nere , ne fuso sanguine civium iter pacis obstrueretur. soli vos ul- tro mihi armati occurristis , meas , si contra sors esset , victorias moraturi. sed evenit vobis quod quibusdam pertinacibus ac super- bis , ut ad illud quod insolenter recusaverint , mox humiliter rever- tantur. vobis ergo libenter <sup>6</sup> venientes veniam dedissem : renuistis veniam & parastis bellum. sed & nunc petentibus veniam do. sup- plicium remitto. ite igitur in pace. sed exercitus dimittite : non ut mei sint , sed ne contra me. Nihil lætius milites audire po- tuif-*

1. Videtur delendum , atque,

2. Lege , in castra,

3. Lege , expertos,

4. Forte , vitam.

5. Lege , abstinere,

6. Forte , veniens,



tuissent, quod voce gestuque indicabant, nempe qui pœnam timuerant, gratissimam atque optatissimam missionem sibi obrigisse lætabantur. Cum igitur de tempore ac de loco <sup>1</sup> iussionis agi cœptum esset, milites Pompejani omnes manibus ac clamoribus obtestari cœperunt, ut ibidem statimque dimitterentur. nempe si dilata res esset, promissionibus nihil actum iri. jure <sup>2</sup> periculum & infaustum bellum ode- rant. omne in eo mali genus experti pacem optabant & quietem, quæ tunc plane cognoscitur dum perditur. finis fuit ut qui in Hispania possessiones aut domicilium haberent, statim; reliqui omnes ad Varum amnem Italiæ in ingressu di-  
 193mitterentur. Cæsar ex liberalitate insita ex illo <sup>3</sup> usque ad Varum frumentum eis pollicetur. addit insuper, ut quisquis eo <sup>4</sup> bellum aliquid amisisset, quod penes milites suos esset, ei restitueretur; militibus extimatione facta pretium rerum ipsarum de sua pecunia restituit. his victis & in deditionem acceptis, sic citeriore Hispania in potestatem redacta; ulterior nullo negotio consecuta est, quæ sub Marco Varrone tenebatur. ille comitum secutus exemplum, cessit ultro; nec distulit commissa; si provincia Gades, & usque Oceanum fortunam Cæsaris sequi, & submissa cervice jugum pati. Sic compositis rebus cum <sup>6</sup> victoria & mansuetudinis insigni laude, ex Hispania discessum, reditumque Romam est. Massilia interim è legato Cæsaris, æquoreo victa certamine, & ut quidam afferunt everfa, sive ut alii, idque est verius, capta per deditionem ac direpta, nulla suarum rerum civibus relicta, præter inopem, sed chariorem cunctis opibus libertatem. & <sup>7</sup> seditionem militum terribili, quæ ut quidam volunt Placentiæ <sup>8</sup> certæ itinere medio exarserat, mira & vix credibili tunc inermis ducis virtute compressa. Dum sic Cæsari obsequitur fortuna, & ut sic dixerim adulatur, quasi eum timeat & negare potenti nihil audeat: aliquid tamen adversus abeuntem ut Flori verbo utar ausa est; *forte ut immixtis adversitatibus, prosperitates ejus efficeret cariores.* Siquidem præmissi Antonius, & P. Dolabella ad mare Adriaticum occupandum, ab Octavio Libone legato Pompeji <sup>9</sup> in præpollentis pelago circumventus

1. Forte, *missionis.*  
 2. Lege, *periculosum.*  
 3. Adde, *die.*  
 4. Lege, *bello.*  
 5. Forte, *sibi.*

6. Lege, *victoria.*  
 7. Lege, *seditio militum terribilis.*  
 8. Lege, *Placentia, certe.*  
 9. Aliquid deest.

tus Antonius, ad deditonem fame compulsus est. ubi illud memorandum facinus evenit: quod cum ad ejus auxilium aliquot naves missæ ab Asilo altero legato Cæsaris venissent,<sup>194</sup> & arte <sup>1</sup> Celitum qui Pompejana classe navigabant, funibus illaqueatæ essent, reliquis adjuvante æstu maris evadentibus, una sola, Opiturnis nautis acta, exitum non invenit, sed circumfusi totius hostium exercitus usque ad vesperam impetum, atque omne missilium genus invicta virtute pertulit. Cumque nec fuga pateret, nec ullus se superior rei finis ostenderet, suadente per noctem tribuno militum Vulteio, ne in potestatem hostium venirent; mane proximo victoribus ipsis spectaculo attonitis, sese omnes vulneribus mutuis peremerunt. Et Dolobella in eodem æquore classem perdidit, & Curio <sup>2</sup> R. pleb. audacissimus vir, cum missus à Cæsare in Africam venisset, primoque adventu Varum, qui pro Pompejo illi <sup>3</sup> erat provinciæ, victum proelio effugasset, adolescentia atque animi magnitudine insita, nunc vero victoria ac fiducia elatus & incautus, à Juba rege oppressus exercitum amisit. cumque fugere posset, mori maluit sponte <sup>4</sup> sua quos ad mortem secutus.

Haëtenus quasi quibusdam præludiis gerebatur bellum: crebræ hinc victoriæ, illinc fugæ atque deditiones, prælia autem rara. sed jam tandem tantorum <sup>5</sup> collisionum motuum differre amplius fortuna non poterat. Jam Pompejus Epirum occupaverat, idoneam bello sedem ratus, eo Cæsar insequendum hostem statuit. & quamvis adhuc inops navium, quamvis adversa hyeme, tantus erat ardor animi, tanta <sup>6</sup> cupidinis bellandi, per medias pelagi procellas <sup>7</sup> belli tumultuaria classe transfretavit, neque vero prosperis neque adversis sic vel inflari potuit vel irasci, ut à proposito pacis animum diverteret; quin bellando pacem cogitaret, eamque omni quo posset studio procuraret. quod curiosius propter illos dico, qui ignari rerum opinione quadam, ne-<sup>195</sup> scio, ne ipsi quidem sciunt unde orta, Cæsarem belli, Pompejum pacis amicum sibi pertinaciter fixerunt. Erat inter præfectos Pompeji <sup>8</sup> L. Bibulus Rufus bis dimissus, semel ad Corfinium inter illos nobiles de quibus diximus, & rursus

1. Lege, *Cilicum*, qui in.  
2. Forte, *tribunus plebis*.  
3. Forte, *præerat*.  
4. Forte, *suos usque*.

5. Lege, *collisionem*.  
6. Lege, *cupido*.  
7. Forte, *ad bellum*.  
8. Lege, *L. Vibullius*.

Ius in Hispania. hunc quod & sibi beneficio obstrictus & Pompejo carus esset, pacis idoneum sequestrum ratus, cum his mandatis ad Pompejum misit: *Satis jam malorum reipublicæ* <sup>1</sup> *bellum inductum. indeque sufficere posse ad providentiam futuri, ne plura nunc etiam invehantur. decere utrumque pertinacia omissa ab armis abscedere, neque fortunam sæpius experi, si rempublicam, si seipsos ament. unum illud tractatibus pacis idoneum tempus arripiant, dum scilicet partium status anceps, æquis prope lanceibus* <sup>2</sup> *pendet. ubi præponderare cœpit pars altera, eum qui superior evaserit, æquis conditionibus non staturum. nam quis in prosperitate uti soleat æquitate? & quum de conditionibus pacis ambigeretur, eas à senatu & populo Romano peti oportere.* <sup>3</sup> *Si enim ex ipsis civilem animum & reipublicæ majestatem pristinam restitutam esse, visum iri. Interim principium pacis esse, si uterque confestim in concione juraverit, se eodem ipso triduo exercitum dimissurum. & hæc ut bona fide agi Pompejus noverit, se priorem omnes copias dimittere paratum. quod cum fecerit uterque, necessario senatus ac populi iudicio standum fore. Hæc cum Vibulo ad* <sup>4</sup> *Corciicam, ubi eum forte comperat, cum egisset, & Vibulus ad Pompejum ivit. & Cæsar tractatore pacis præmissio, paratus ad bellum è vestigio subsecutus positus ad Oricum castris contra hostem constitit. magnus in exercitu Pompeji inopino Cæsaris adventu tumultus exarserat, quo compresso, ubi primum animi conquievit, Vibulus adhibitis aliquot ex iis, quos Pompejo caros* <sup>5</sup> *fidiosque cognoverat, de mandatis Cæsaris loqui cœpit. vixque dum incipientem Pompejus interrupit exclamans. Et quid inquit mihi vel vita vel civitas profutura est, quam beneficio Cæsaris affecutus videar? cuius contrarium videri* <sup>6</sup> *nequit, nisi bello peractò in Italiam, unde discesserim, sin reversus. Responsum hoc Cæsari, per eos ipsos qui audierant illud, notum fuit. potuisset mediocris etiam vir fortissime subirasci, indignari, omnem pacis omittere mentionem. Ipse vero non destitit, sed aliud iter pacis ingressus retentare voluit, an quod secreto non potuerat palam posset. Erat inter castra ducum amnis unus exiguus* <sup>7</sup> *Tapfus nomine; ibi milites ereptis inter se quotidiana colloquia serere soliti erant,*   
 ne

1. Lege, bello.

2. Lege, pendet.

3. Forte, Sic enim ipsis civilem.

4. Forte, Corsicam, ubi forte eum

repererat.

5. Forte, nequeat.

6. Lege, Apfus.

7. Forte, crebre.

ne ullo telorum periculo : <sup>1</sup> quum inter partes convenisset colloquendi credo desiderio tantisper iras cohibente. illic Cæsar P. Vatinius ex legatis suis ire jubet, & quæcumque magis extimaret ad pacem motura animos, cum civibus eisdemque hostibus agere, & sæpe alta voce quærere, liceretne civibus, quod fugitivis interdum ac prædonibus licuisset, legatos de pace mittere, ne cives inter se funesto Marte concurrerent, & suorum manibus Romanum everterent imperium. multa quoque humilia verba, & quæ, ut dixi, timentis videri possent nisi à Cæsare dicerentur. Paret ille & ad ripam amnis profectus mandata sui ducis exequitur, & ab utraque partium ingenti silentio auditus est. responsumque ab adverso, quod Aulus Varro die proxima ad colloquium veniret. legati autem tuto & venire possent & quæ vellent loqui. Vatinius quoque dies eadem ad reditum præfixa. qui cum venisset, & ille ad eundem <sup>2</sup> rediisset, turba ingens utrinque convenerat, intentis ut videbatur ad pacem animis dum res ad bonum exitum prona esset. Labienus prodiit, & cum Vatinius colloqui cœpit atque contendere, ut qui ingenti odio Cæsarem odisset. tela utrimque missa fer-197 monem dirimere. Vatinius armis milites protexerunt, multi autem vulnerati, nominatim Cornelius Balbus & centuriones militesque alii. hunc effectum inter Pompejanos habuit per Cæsarem tam humiliter pax delata. Labienus vero quasi facinoris compos egregii : *Disinite*, inquit, *jam de pace agere. pax enim nisi trunco & oblato nobis capite Cæsaris nunquam erit.* dictum pessimum & nescio iniqui magis hominis, an amentis. Venerat in Epirum Cæsar, rebus in Italia pro tempore dispositis, propter festinationem quidem sine non expectato, sed relicto ad Brundisium Antonio cum parte exercitus, quam trajecisse nequiverat : ut conquestis scilicet ac refectis navibus, ille eam arrepta oportunitate trajiceret, quod cum cupienti non satis expediretur, tanta erat impatientia expectandi : ad evocandos viva voce, quos sæpe nequidquam literis evocasset, tumidum ventismare ingredi piscatoria cimba solus intempesta nocte non timuit. sed relictus ad terram fluctu valido, iter temerarium, non metu, sed necessitate destituit. nota est vox ejus ad exterritum nocturno æquore <sup>3</sup> eoque periculo gubernatorem : *Quid tu*

ms-

1. Forte, quasi inter partes.

2. Adde, locum.

3. Forte, atque.

metuis, *Cæsarem vehis*. consecuto cum omnibus copiis paucis diebus Antonio, & admotis ad hostem castris, indies magis ac magis instabat, nunc aciem explicando, nunc hostes ad proelium irritando, nunc Durachium oppugnando. & perosus moras, & celeritatis avidissimus; cupiensque vehementer, ut quicumque futurus esset belli exitus, statim esset. omnia frustra. nam & Durachium inexpugnabile, & Pompejus immutabilis, ut qui contrario consilio niteretur <sup>1</sup> superans dilatione victoriam, per inopiam rei frumentariæ; quæ valde Cæsareum premebat exercitum, neque diutius tolerari posse videbatur. insuper & quod simillimum veri erat, ut virtus animosissimi ducis, radio atque expectatione <sup>198</sup> senesceret, impetusque lentesceret. hac spe pugnam recusabat, neque \* Romanis partes credere volebat. sic cum illi cunctatio, huic celeritas grata erat, quæ quum sibi pertinaciter negabatur, statuit quos non poterat proelio vincere, obsidione cingere; mirum dictu. <sup>2</sup> XVI passuum fossam circumduxit ac vallum, impositisque castellis ac turribus cum paucioribus obsedit plures, si obsideri rite possint dici, quibus maria patent, <sup>3</sup> cæsces parent, rerumque omnium copia suppetit, quibusve intra ipsum obsidionis ambitum & mutare castra licitum & vagari. Ibi vero crebræ obsessorum eruptiones, & sæpe erumpentibus funestæ. ut cum Cæsar profecturus, P. Sillam castris præfecisset, & ille audisset cohortem unam ab hostibus urgeri, duarum legionum auxilium tulit laborantibus. quarum accursu in fugam Pompejani <sup>4</sup> & si insequi profugos victoribus licuisset, creditum fuit <sup>5</sup> de illo confici bellum potuisse. Sic nescio an vecordia, an fortuna, penitus inclinata res erat, sed <sup>6</sup> illa suorum impetum continuit cecinitque receptui. cuius consilium à scriptoribus excusatum lego. Aliud est enim legati aliud imperatoris officium. <sup>7</sup> Imperatori rei totius exitum spectat & consilio metitur: at legatus solum imperatoris sui iussum aspicit & mandati finibus se continet. Sillæ castrorum custodia commissa erat à Cæsare. custodisse contentus, & suos periculo liberasse, ulterius progredi noluit; in quo ut vincendi spes, sic perpendi periculum inerat; ne omisso suo, offi-

1. Lege, *sperans*.2. XV *millia*. sic Cæsar.3. Lege, *classēs*.4. Videtur deesse, *versī sunt*.5. Forte, *die*.6. Lege, *ille*.7. Lege, *Imperator enim*.

officium sibi ducis arrogaret. Multæ præterea eruptiones alia, & ad Durachium & ad castra usque adeo ut uno die sex in locis pugnaretur, quibus in præliis de Cæsarianis viginti duntaxat, Pompejanorum vero duo milia periere, inter quos multi centuriones & insignes viri. iis congressibus insignis virtus apparuit Volcatii <sup>1</sup> Tullii, qui cum tribus cohortibus Pompejanam legionem pertulit repulitque: nec non & quorundam Germanorum, qui munitionibus erumpentes multis hostium cæsis sospites rediere. in castello autem quodam quod Pompejus invaserat, tantus fuit imber sagittarum, ut sine vulnere defensorum nullus evaderet, quin & centuriones quatuor oculis capti essent, & tamen fero diurni laboris ac periculi summam <sup>2</sup> imperationis non tam auribus quam oculis subicere ac repræsentare decrevissent, triginta sagittarum milia numeraverunt. Inter cuncta <sup>3</sup> Cæsii Scævæ centurionis admirabilis virtus fuit, cujus scutum relatum Cæsari perfossum <sup>4</sup> centum viginti foraminibus est inventum. de quo quidem varia est fama. Quidam tradunt Cæsarem viri & de se & de republica ut ajunt ita meriti eximia virtute permotum, qua castellum prope sola servatum esset pecuniariis eum donis ingentibus & magnis honoribus cumulasse, & inter cætera ab <sup>5</sup> occanis ordinibus ad primipilum provexisse: cohortem vero totam duplici stipendio & donis militaribus profecutum. Apud alios Scæva idem, duce absente, cedentibusque comitibus, contra omnem Pompeji exercitum solus stetit, & clypeo cxx telorum ictibus transfixo mirisque & incredibilibus rebus gestis occubuit; jacens quoque victoribus terribilis ac stupendus, qui tot eximias pugnas in Gallia Britanniaque fecerat, contra omnes hostes semper invictus, à civibus suis tandem interfectus est. Felix à scriptoribus <sup>6</sup> dictis si pro libertate omnium fecisset, quod pro domino suo fecit. Sic se rebus habentibus, Cæsar nec prosperitate tumidior, nec adversitate contractior, quotidie in aciem <sup>7</sup> reducebat, & pugnae copiam faciebat. sæpe etiam legiones prope castra hostium subibant, <sup>103</sup> ita ut è vallo telis etiam peti possent. Pompejus contra ne obsessus omnino videretur, famæ potius studio quam belli

Y y pro

1. Lege; Tulli.

2. Lege, imperatori.

3. Lege, Cassii Scæva.

4. Apud Cæsarem, ducentis triginta.

5. Octavis. sic Cæsar.

6. Lege, dictus.

7. Ex Cæsar. appone, exercitum,

& lege: educebat,

pro castris 1 explicabat : sed ita ut castra novissimi tangerent, utque omnes intra telorum è vallo venientium jactum starent. Nihilominus Cæsar interea quamvis bello intentus; tamen propositi sui memor de pace cogitabat, & toriens frustra tentatam aliis atque aliis viis retentabat. non pro Cæsare cui nil debeo, sed pro veritate loquor: nusquam legi 2 homines, cui cum tam prospere bella succederent, tantum studium 3 tamquam continuum pacis esset. Itaque cum audisset Metellum Scipionem Pompeji socerum in Macedoniam Epiro proximam venisse, Clodium quendam è suis ad illum misit. hic perfamiliaris Scipioni fuerat, & ab illo commendatus Cæsaris in familiaritatem 4 pervenisset. hunc igitur ut utrique carum cum litteris ac mandatis eo dirigit. summa omnium hæc 5 erant: *se de pace omnia probasse, nilque ad eum diem profecisse. credere autem se, non Pompeji vitio sed nuntiorum accidisse, quod vel nescierint vel timuerint commissa peragere, atque ad tantam rem idoneum tempus eligere. illum vero, & auctoritate apud generum, & potentia tanta esse in republica, & propter hoc exercitui non 6 legati sed imperator præsidens, ut his fretus, & quid velit alloqui Pompejum possit, & errantem non modo reprehendere sed quodammodo etiam cogere illum possit, ut 7 æque paci animum adhibeat. id si fecerit rebus eum fessis, & majus in malum pronis quietem, & imperio & Italia pacem, & provinciis allaturum, omnesque illam 8 eum acceptam habituros.*

20. Cum his Clodius mandatis ad Scipionem proficiscitur. primum quidem 9 lætus visus auditusque, postmodum à colloquio seclusus, Favonio quodam mali consilii fautore à pacificis Scipionem & mundo utilibus tractatibus revocante. sic infecto negotio Clodius ad Cæsarem est reversus. Quotidie interim congressus & prælia, & utrimque cædes atque insignium virorum casus mirabiles, pacisque consiliis 10 male repudiatus locus iræ atque odio datus erat. Fuit unus dies Cæsari nimis adversus, quo eruptio violentissima ab hostibus facta est, fuitque illo die inter alia aquiliferi illius insignis 11 virtutis ac spectata 12 dies. qui cum lethali vulne-

16

1. Adde, exercitum vel suos.

2. Lege, homini.

3. Lege, tamque continuum pacis esse.

4. Forte, pervenerat.

5. Lege, erat.

6. Lege, legatus.

7. Lege, æque.

8. Forte, ei uni.

9. Late vel libenter. ut ait Cæsar.

10. Forte, male repudiatis locus.

11. Lege, virtus.

12. Forte, fides.

re transfixus morti proximum se sentiret, versus ad comites, porrigensque aquilam quam jam ægre sustentabat: *Hanc ait, ô commilitones mei vivens multis annis & multa cura servavi, & nunc moriens eandem Cæsari pari fide restituo. vos autem per communis imperatoris amorem oro atque obtestor, cavete dedecus Cæsareis castris insolitum, ne forte hostium in manus veniat tanti ducis signum; sed mihi à Cæsare olim commissa aquila nunc per manus vestras salva ad Cæsarem revertatur.* hæc dicens corruit, & centumque alii primæ cohortis suæ cum principe ceciderunt, multaque diversis cæde in locis edita Pompejani erumpunt. vicitque Pompejus illa acie, & Imperator appellatus est. Cumque cedentes non sequeretur, negavit eum Cæsar aut vincere, aut victoria uti scire. Labienus vero in suum olim ducem inexpiabili odio accensus, à Pompejo captivos sibi dono dari petiit, quod cum impetrasset, productos omnes in medium & contumeliosissimis verbis increpitos, seu <sup>2</sup> incrudelitate insitæ deserviens, seu scelere immani fidem transfugio suo quærens, in conspectu omnium interfecit. hoc eventu tantum spei Pompejanis accreverat, ut non<sup>202</sup> de bello amplius sed de victoria cogitarent, & multa varia decreverant, & quasi nil jam incidere posset adversi, famam victoriæ per terrarum orbem nuntiis ac litteris divulgarent.

Cæsar concione advocata milites consolatus est. hortatus ne deficerent animis. debere eos unum, & idipsum non nimis grave prælium infaustum multis felicibus compensare, & fortunæ gratiam habere, quod Romam, quod Italiam, quod Hispaniam utramque sine sanguine quasi divinitus recepissent. non posse præsertim in bello prospera omnia provenire. verum tristitia lætis temperanda, adversamque fortunam virtutis ope leniendam. Et hæc quidem ad exercitum. Quosdam vero signiferos quorum culpa clades accepta erat notatos infamia è gradu militiæ suæ movit. Exercitum reliquum tantus pudor & tantus dolor invaserat, tantumque desiderium ignominia abolendæ, ut non expectato <sup>3</sup> superiori imperio ultro quisque pro supplicio gravissimos sibi labores assumeret, omniumque animi arderent incredibili quadam cupiditate pugnandi, viam illam expurgandæ infamiæ unicam extimantes: Quin & legati &

Y y 2

qui

1. Centurionesque alii primæ cohortis præter principem, sic Cæsar.

2. Forte, crudelitati.  
3. Lege, superioris.



qui ad consilium vocabantur, oratione imperatoris & pudore tacti, persistendum pugnandumque censerent, & acceptam proelio cladem proelio hostibus refundendum. Solum Cæsar contraria erat in sententia. nam neque <sup>1</sup> victis tam cito in aciem <sup>2</sup> reversuros sat fidebat; & reparandis animis spatium opus esse. neque præterea tam hostem quam frumenti inopiam metuendam eo loci manentibus judicabat. Illico ergo sociorum atque ægrotantium cura congrua suscepta, nocturneque impedimentis omnibus præmissis, Appollonia profectus est, quadrimestri obsidione derelicta. Hinc in Thessaliam satis impellentibus commigravit bellum. eo Cæsarem prægressum paucis post diebus Pompejus assequitur. statimque in <sup>3</sup> concionem suis pro re bene gesta gratias agit. eos qui cum Scipione venerant, non tam ad bellum quam ad belli præmia hortatur. ipsi autem focero & clicum & prætorium attribuit, <sup>4</sup> omnesque ut eum & honoris & imperii participem facit; duobus tamen exercitibus conjunctis, nemo erat qui de victoria dubitaret. usque adeo, ut jam omnes de præmiis deque honoribus: denique quod stultitiam omnem supergreditur, de ipsius Cæsaris sacerdotio inter se non sine contumelia patricii litigarent. sed aliud illi, Cæsarque cogitabat, atque aliud fortuna præparabat. Et Pompejus quidem solitis artibus bellum trahere, cunctando victurus, cœperat consilium utile; sed suorum impetu discussum & inefficax. milites ad labores nati, otium ferre non poterant: focii patriæ desiderio impatientes erant moræ: principes <sup>5</sup> duas ambitionem in prorogando imperio arguebant. Tot vocibus consiliisque superatus, unus omnibus cessit invitus, & raptanti omnia fortunæ mœstus fræna laxavit, decrevitque pugnare. <sup>6</sup> Ad hæc tamen rem trahebat, nam quod quisque <sup>7</sup> volens facit quoad potest differt. Cæsar dilationem oderat, nec <sup>8</sup> superabat tamen posse Pompejum ullo ingenio ad pugnandum induci. hac difficultate perplexus utilissimum belli genus elegit, ut motis castris in perpetuo motu esset, neque unquam amplius quam unum diem uno agerent in loco. hoc sibi consilium non una ratio <sup>9</sup> surgebat. noverat exercitum suum fortem duratumque labori-

1. Lege, victos.

2. Lege, reversuris.

3. Lege, concione.

4. Forte, omnisque eum.

5. Forte, ducis.

6. Forte, Adhuc.

7. Forte, nolens.

8. Forte, sperabat.

9. Forte, suggererat.

boribus, Pompejanum <sup>1</sup> verbo molliorem versatum in <sup>2</sup> verbis, & discursibus insuetum: itaque circumducendo illum <sup>204</sup> posse fatigari. se præterea mutatione locorum quod frumenta jam in agris essent, victurum <sup>3</sup> urbibus exercitum confidebat. illa autem spe potissimum movebatur, si forsitan se vagante hostis etiam moveretur & sic inter eundem casus aliquis atque occursum exoptatæ pugnæ tribueret facultatem. Et his omnibus hoc ultimum evenit, ut sine ampliori discursu pugnæ daretur occasio. Dum enim castra moturus ut decreverat, signum dedisset itineris, & jam tentoria vellentur: ecce jam mota Pompeji castra conspiciunt, qui ut diximus victus omnium vocibus suo <sup>4</sup> obico aliena consilia sequebatur, & assumpta ut sit multorum hortatibus fiducia, paulo ante eum diem in consilio dixerat eventurum, ut ante congressum exercitus Cæsaris vinceretur. quibusdamque mirantibus, <sup>5</sup> addiderat non se vestium increbulem prima facie rem videri. Dehinc latius ingressus, exposuit, cum equitatu abundarent, circumveniri omnes Cæsar's copias esse perfacile; idque sibi maturo consilio jam provisum. quæ cum pluribus verbis explicuisset: Labienus incepit, & Pompeji sententiam atque potentiam laudibus ad cœlum ferens, & Cæsar's imbecillitatem oratione deprimens insolenti: *Noli inquit ô Pompei, noli inquam opinari hunc exercitum illum esse qui Galliam Germaniamque perdomuit. omnibus interfui, & quid loquar scio. non est ille mihi crede. major pars bello periit diuturno. moriuntur in præliis, non nascuntur homines. multi domum redire, multi in Italia sunt relictæ, multi proxima autumnali pestilentia, reliquæ his ad Durachium præliis sunt consumptæ. Denique ille veteranus exercitus mille modis evanuit. nomen durat, milites non supersunt. hic autem quem videtis, ex <sup>6</sup> dilecto novo cisalpinæ Galliæ, & pars major ex Transpadanis con-* <sup>205</sup>

stat. his dictis ne quid deesset insanix juravit se nisi victorem nunquam è prælio reversurum. cæterosque ad idem jusjurandum verbis incitavit. nec minus exemplo Pompejus, dictum laudans, juransque similiter. sic omnes igitur juraverunt, ut necesse <sup>7</sup> fuit multos esse perjuros. ingenti gaudio tanquam

Y y 3 felii-

1. Forte, vero.

2. Forte, urbibus.

3. Videtur reponendum commodius.

4. Forte, rejecto, aut repudiato, aut simile quid.

5. Lege, addiderat, non se nescium, incredibilem.

6. Lege, dilectum.

7. Forte, fuerit.

felicitèr rebus gestis nec minori spe , è consilio discefferunt ,  
 juramentum tanti ducis de tam magna re <sup>1</sup> velud aram vi-  
 ctoriæ tenentes. digressi autem è consilio , non ita multo post  
 ut diximus in aciem sunt progressi. quos ubi Cæsar tum ipse  
 etiam castra movens advertit in eum locum descendisse , ubi  
 æquo Marte certari posset , substitit. & conversus ad suos :  
*Non est inquit modo amplius de itinere sed de prælio laborandum.*  
*adeest ecce nobis occasio quam semper optavimus pugnandi , & fi-*  
*nem laboribus imponendi.* hæc dicens instruere acies cœpit ,  
 omni cujus erat <sup>2</sup> potissimus militari arte. suosque interim  
<sup>3</sup> admoveere , ne se à multitudine hostium circumveniri sine-  
 rent. sive id quod Pompejus in consilio dixerat erupisset , si-  
 ve id futurum animo , <sup>4</sup> præfagio concepisset. omnibus ju-  
 bens ne injussu ejus inciperent : se in tempore quid agendum  
 esset signo indicaturum. circumire inde acies , & animos ver-  
 bis accendere , virtutemque insitam excitare commemoratio-  
 ne erga illos semper optimæ ac beneficæ <sup>5</sup> voluntates inter  
 alia non omisit , se omnibus modis pacem quæsisse ; & hu-  
 milius forte etiam quam deceret. nominavit , per quos de  
 pace Pompejum aut Scipionem interpellasset , ut publice e-  
 tiam \* Tampsi amnis ad ripam <sup>6</sup> de eodem nutenque ultro  
 citroque legatis agere voluisset. atque hæc omnia non metu  
<sup>206</sup> aliquo , sed pietate ; ut civili <sup>7</sup> sanguinum parceretur , ex  
 adverso autem quam superbe , quamque impie vel neglectæ  
 petitiones suæ , vel telorum etiam immisione repulsæ , ma-  
 gnâ nobilibus animis indignandi materiam præbuisent his  
 explicitis , obsecrantibusque militibus , pugnæ signum dedit.  
 Erat forte in exercitu Crastinus , qui priori tempore hõne-  
 sto gradu sub Cæsare militasset , tunc vero non militiæ sa-  
 cramento , quo solutus erat , sed jure quodam amicitie evo-  
 catus aderat , vir bellica virtute memorabilis. hic Cæsaris  
 concione intellecta , & signo prælii audito ; alacri vultu ac  
 voce : *Sequitur inquit manipulares olim mei , & imperato-*  
*ri vestro quam debetis operam exhibete. ultimum hoc prælium est :*  
*quo peracto ille suam dignitatem , nos nostram recuperabimus li-*  
*bertatem. Dehinc versus in Cæsarem : Faciam inquit impera-*  
 tor

1. Lege , velut arrham.

2. Lege , peritissimus.

3. Lege , admonere.

4. Forte , præfago , aut animi præ-  
 sagio.5. Lege & distingue : voluntatis.  
 Inter alia.

6. Forte , de mittendis.

7. Forte , sanguini.

tor hodie ; unde vel vivo mihi vel mortuo gratias agas. hæc dicens primum in hostes impetum fecit. eumque dilecti milites circiter centum viginti voluntarie profecuti sunt. Fuerat ut aliqui tradidere (nec dissimile veri est) <sup>1</sup> quidam utriusque in ipso pugnae principio pius torpor, qui strictos jam gladios contineret. nempe cum germani suos fratres ab adversa acie, parentes filios, & parentes filii viderent: donec Crastinus hic præcipitanti rabie vocem tolleret pilumque torqueret. ita prælium cœptum est. Quod nisi unius furor homines <sup>2</sup> miscuisset, poterat fortasse ducibus ipsis patientibus, citra Romani imperii humanique generis excidium, mutua pietate componi. sed proh <sup>3</sup> dolor, inventus est, qui Cæsare ipso differente, properaret, neque ipse tamen tanti mali auctor abiit immunis. infixæ in os gladio inter cadavera mox inventus atque recognitus. notatumque, oris vulneris oris impetum punitum ultione justissima. Concursum <sup>207</sup> est in campis Thessaliæ, quos <sup>4</sup> Philippos vocant. illum sibi locum, Romæ invidens fortuna delegerat, ubi ab hostibus invictas Romanas opes manibus Romanis everteret, imperiumque supremum irreparabili clade protereret. De numero copiarum longe aliter narrant auctores. in magnitudine periculi omnes consonant. plena omnia sunt lamentis. & qui minorem numerum dicunt, addunt tamen \* nostri immensum quidam lector possit mente concipere. Annei quidem Flori, qui hanc rem elegantissima brevitate perstrinxit, verba sunt hæc: *Nulla unquam loco tantum virium populi Romani <sup>5</sup> fortuna vidit IIII C & amplius milia bellatorum hic illic, præter auxilia <sup>6</sup> regum & senatus. Idem: Si belli inquit duces inspicias, totus senatus in partibus: si exercitus, hinc undecim legiones, inde decem & octo, flos omnis & robur Italici sanguinis: si auxilia sociorum, hinc Gallici Germanique dilectus, inde Dejotarus, Ariobarzanes, Tharcondimotus, <sup>7</sup> Corintus, <sup>8</sup> omni Draciæ, Capadociæ, <sup>9</sup> Ciliæ, Macedoniæ, Græciæ, Ætholiæ totiusque robur Orientis. Acies magno utrinque ordine steterant. duces nescio an <sup>10</sup> omni supremi qui unquam arma tractaverint, nec excipio Africanum atque Hannibalem.*

Y y 4 nam

1. Forte, partis.

2. Lege, miscuisset.

3. Lege, dolor.

4. Lege, Philippicos, aut Philippeos.

5. Florus addit, tantum dignitatis.

6. Regum & senatus. sic Florus.

7. Cothus est in Floro.

8. Lege, omnis Thracia.

9. Lege, Cilicia.

10. Forte, omnium.

nam quis horum utriusque seu victorias ne dicam bella dinumeret, seu rerum <sup>1</sup> magnitudine metiatur? mirum tamen dictu, quoniam Pompeji ardor atque impetus, vel ætate vel præfagio quodam ac fortunæ varietate <sup>2</sup> lucesceret: ut qui eum cerneret <sup>3</sup> quid jus potius quam Pompejum crederet. quo mirabilior mihi est ille totiens petitæ pacis contemptus atque illa spes victoriæ. sed & ipse tamen suos, partim magnifica, partim <sup>4</sup> miserabilia ore cohortatus est; descenditque in proelium, mundi partem maximam secum trahens. Fuit autem inopinus ac mirabilis pugnæ finis. nam cum aliquamdiu æquis viribus hinc inde dimicaretur, Pompejus <sup>5</sup> multitudine fesus, ut dictum est, ad circumveniendum Cæsarem equitatum effunderet: ab utroque cornu Cæsar suis equitibus quos intentos in hanc rem fecerat, subito signum dedit, qui dicto citius in effusos facto impetu vere illos effuderunt, & vertere terga coegerunt. Secuta est equitatum vis ardentissima legionum, adeo conglobata ut quasi una manus omnium videretur. sic omnes simul & <sup>6</sup> ferine cernere & urgere, ut sustineri virtus tam unita non posset. accessit & levis fragor ac strepitus armaturæ, magni denique instar exercitus. Cæsar ipse ubique præfens utrumque simul exhibens, & fortissimi militis, & summi ducis officium, & feriens & exhortans. duæ ex omnibus illius per omnia discurrerentis, atque omnibus occurrentis, voces adnotatæ, memoriæque mandatæ sunt: ferox altera, sed ad vincendum utilis: *Miles faciem feri.* altera autem pia, licet ad jactationem compositam <sup>7</sup> Florens dicat: *Miles parce jam civibus.* illa enim vincere satagentis, hæc vincentis seu jam victoris & miserantis vox fuit. illa in medio <sup>8</sup> proelio ardore; hac jam victis & in fugam versis hostibus usus est. illæ etiam piæ voci consentaneus actus fuit, quod cuilibet suorum uni hostium quam optasset vitam dare permisit. nec minus ille, quod in tanto conflictu nullus inventus est nisi armatus in acie cecidisse. Pompejus turbatus ac territus suorum ordinibus, tantæ ruinæ molem nec sufferre valens nec attollere; abjecit pondus imperii, seque fugæ tradidit, non tam vivere cupiens,

1. Lege, magnitudinem.

2. Forte, senesceret, vel languesceret.

3. Forte, quidvis.

4. Forte, miserabili oratione.

5. Lege, multitudini.

6. Forte, ferire cerneret.

7. Lege, Florus.

8. Lege, praelii.

piens, quam metuens mori, ne secum totus exercitus more-<sup>209</sup> retur. quo submoto, <sup>1</sup> ne amplius in acie stetit. documentum ingens, non semper proelium esse victoriam: cum ut apud scriptores constat, nil <sup>2</sup> Pompeji magni quam suorum nocuerit multitudo. non minus tamen arbitror nocuit indigesta varietas, quæ per unum frænari & regi nulla potuit ratione. hæc Thessalianicæ pugnæ finis fuit, ut etiam & Pompeji, ne in suum dedecus paucos vitæ dies <sup>3</sup> egerat, longamque gloriam brevi spatio dehonestaret atque pollueret. sed sic <sup>4</sup> essent res humanæ. nil tam altum quod non <sup>5</sup> posset deprimi. nil tam clarum quod non valeat obscurari. Itaque tempestiva morte nihil melius. sed de hæc postea. Nunc revertor ad Cæsarem. parra ut dictum est victoria, cum & Cæsar castra hostium cepisset & Pompejani aliqui in montem castris proximum effugissent, studiose egit cum militibus, ne in prædam intenti tempus labi finerent, quo major negligeretur occasio, quod cum <sup>6</sup> obtinuissent, montem circumvallare disposuit. hostes monti, quod inaquosus erat, diffidentes, <sup>7</sup> abire. quod Cæsar intelligens trifariam partitus est copias, ut pars in suis, pars in Pompeji castris ad custodiam resideret, pars expeditior secum iret ad hostes prosequendos. quos cum non longo <sup>8</sup> discursu spatio prope esset ut attingeret, illi in montem alium conscenderunt, cujus ad radicem fluvius labebatur. Cæsar illic eos obsedit, ac militibus, quamvis diurno labore fatigatis, & lassitudo requiem, & nox proxima suaderet; persuasit tamen ut quietis immemores novum susciperent laborem, & munitionibus interjectis flumen à monte secernerent, quo nocturna clausis præriperetur aquatio. quod cum factum esset, territi deditionem per nuntios petiere, <sup>9</sup> aliqui senatorii ordinis <sup>10</sup> fugam per noctem clam delapsis. Diluculo igitur Cæsar ho-<sup>210</sup> stes è monte descendere, atque ad terram omnes arma projicere cum jussisset, cupide obtemperatum est; tensisque ad eum palmis affusi & gementes veniam petiere. jussos assurgere nihilque metuere, <sup>11</sup> jussit incolumes, ut non modo in

Yyy 5

cor-

1. Lege, *nemo*.
2. Lege, *Pompejo magna*.
3. Forte, *ageret*.
4. Forte, *transeunt*.
5. Lege, *possit*.
6. Lege, *obtinuisset*.

7. Lege, *abiere*.
8. Lege, *discursus*.
9. Forte, *aliquibus*.
10. Lege, *fuga*.
11. Forte, *dimisit*.

corpore sed neque ulla in re detrimenti aliquid paterentur : vetitis militibus aut quemquam lædere aut illorum quidquam omnino concupiscere. profecto aliquid inter hunc , transfugamque ejus Labienum , interfuisse , <sup>1</sup> facile ac propterea discretio est. Cæsar lassitudini militum compassus, suæ vero negligens quietis, legiones quæ secum fuerant, ad castra quæ <sup>2</sup> vim passuum à tergo aberant , redire præcipit , ut quiescant : <sup>3</sup> eos non quæ in castris remanserant ad se venire imperat , ut laborent. cum quibus eodem ipso die Larissam pervenit , qua jam Pompejus fugiendo transierat. ubi reditum est in castra , facta cæсорum ratione deprehensum est de legionibus atque equitatu Pompeji xv milia cecidisse. nam externarum gentium & auxiliorum , quæ de toto Oriente convenerant , innumerabilis strages fuit , qui vagi & inermes <sup>4</sup> fuit nullo ordine, ad <sup>5</sup> societatem cædentium sunt oppressi. quo die prospiciens Cæsar adversarios cæсорos atque obritos campos hoc adverbium traditur dixisse : *Hæc voluerunt. tantis rebus gestis Gajus Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* Eorum vero qui deditione in potestatem <sup>6</sup> Cæsar venerunt , numero xxiiii m. & eo amplius fuisse compertum est. capta quoque signa militaria clxxx. & <sup>7</sup> lviii. aquilæ. inter cæсорos fuit Crastinus , ut dictum est , ardentissime dimicans , quem Cæsar eo prælio mira virtute <sup>8</sup> rem gessisse , & de se optime meritum prædicavit. Atque ita ut prædixerat vel mortuo gratias egit. Perit & Domitius is , qui ad <sup>8</sup> Confinum captus fuerat ac dimissus. de parte Cæsaris nonnisi ducenti milites sunt amissi. centuriones triginta viri excellentes. mirum dictu Romanis ab utraque parte pugnantibus eam fuisse cædis imparitatem. sed Pompejum sua illa jam vetus fortuna reliquerat. Hoc loco non videtur prætereunda silentio laudatissima illa Cæsaris virtus, modestia, cujus & Plinius Secundus, & Seneca, multique alii meminere. nempe cum inter alia in Pompeji castris scrinia invenisset epistolarum ad Pompejum à principibus directarum, ex quibus elici posset, quid contra se quilibet sensisset, quod ad rationem nondum finiti belli prodes-

se

1. Credo alludere ad captivos à Labieno necatos. sed videntur corrupta. forte, *facilis propterea.*  
 2. Lege, *vi milia.*  
 3. Lege, *cas vero, qua.*

4. Forte, *fugerunt.*  
 5. Lege, *satietatem.*  
 6. Forte, *Cæsaris.*  
 7. Lege, *viii.*  
 8. Lege, *Confinium.*

se potuisse non est dubium, nec epistolas legi, nec aperiri scrinia passus, bona fide sicut erant obsignata & intacta combussit. & raro licet ac modice solitus subirasce, satius duxit iræ, ne ad se accedere posset, occurrere, & opponere illi ignorantiam offensarum, quam præsentem rationem moderari. mirum genus clementiæ, & omnibus 1 victoribus recto sub iudice præferendum. penitusque ab Alexandri Macedonis consilio diversum, qui non solum ultro oblatas hostium epistolas non combussit, sed quod certissimi sunt auctores, suorum litteras callide perquisivit, cognito eorum de se iudicio supplicium meditatus. quamquam quid Alexandrum nomino, omnium fere hominum consilia hac de re paria & Alexandria potius quam Cæsarea esse quis dubitet? Profecto ut in multis in hoc quoque unicus Cæsar est. sed Pompeji fugam prosequor.

Pulsus ergo Pompejus, per Thessalicas sylvas uno equo, per Ægeum pelagus una navi fugiebat. Romani imperii pudor ingens, quod ille nutu rexerat. sed sic est, res hominum non stant. & quo 2 minor est altitudo; eo gravior ruina. sic 12 Lesbon insulam adiit, ubi sua amantissima conjux erat. receptoque carissimo pignore illic deposito, à tergo sibi metuens mox discessit. donec quibusdam suorum 3 affectus, in infami seu insula Cilicum, seu scopulo deliberabundus substitit, an in Africam, an in Ægyptum, an in Parthiam navigaret. Et cum pronus esset in Parthias, rursus consiliis suorum victus in Ægyptum flexit. quodque in consiliis crebrum est, illa sententia superavit, qua deterior nulla erat. nempe cum ab eo rege 4 qui tutor à senatu datus regnum summa fide servaverat, & paterna pietate restituerat, & paterni jure hospitii & sui in illum meriti, auxilium petiturus infaustam puppim ad littus 5 Ægyptum appulisset: cognito tanti viri solitario adventu rex impubes Ptolomæus, ex illius habitu fortunam conjectans, & subita re turbatus; dum tumultuario consilio quid agendum esset quæreret, consultore, si quis fuit honestior, spadonum vilissimorum hominum sententia, superato; seu metu Romanorum ut se excusantes post dicebant, seu sola perfidia ac contemptu ejus, fidem spernere & captare gratiam victoris, ac fortunæ obsequi defini-

1. Lege, *victoriis*.  
2. Lege, *major*.  
3. Lege, *affectus*.

4. Forte, *cui*.  
5. Lege, *Ægyptium*.



fnitum est. missique carnifices, qui è navi in <sup>1</sup> staphan sub prætextu procellosi littoris cum paucis exceptum, ut ad regem duceretur, interficerent. O fortuna hominum, & rerum exitus prosperarum. sub filii atque uxoris & amicorum oculis crudeliter interfectus est gladio Achillæ sævissimi hominis atque Septimii viri immanissimi, olim sui, tunc regii militis, sui autem desertoris. pudor inexpugnabilis: Romanum civem, ad Romanum principem trucidandum, sic Ægyptii & obsœeni regis imperio paruisse. O quanto erat honestior casus! nisi Romana manus intervenisset. sed hanc malorum seriem fortuna texuerat, necubi civilis deesset infania. <sup>2</sup> si ad Indos pergeret Romano reor gladio pereundum erat. corpus ejus in undas abjectum caput reservatum pio victori munus impium, donum donatario indignum sed donante dignissimum. navis in qua uxor erat & filius fuga evasit, aliquot aliæ captæ, crudeliterque habitæ. captus & Lentulus ac perductus ad regem; & in custodia enecatus. his Pompeji quidem sed non belli civili exitus fuit.

Cæsar vero post victoriam Pompeji vestigiis insistens, quod paucitas fugam clandestinam faciebat, incertis indiciis in Asia perrexit: ut illud nullo modo siluerim, quod dum præmissis legionibus ipse per Hellespontum victor nulliusque jam metuens, unico parvoque navigio trajiceret, & forte L. Cassium partis adversæ ducem cum decem magnis navibus obvium habuisset. ubi nemo alius non timuisset, iste ultro accessit, hortatusque ad deditioem, atque obedientem & ad se suppliciter venientem cum tota classe suscepit. Tantum Cæsaris nomen erat, ut ubique potens, ubique comitatus & magnis circumvallatus <sup>2</sup> exercitus crederetur. Supplice ergo suscepto, suum iter egit, atque Ilion suæ <sup>3</sup> urbis originem invisit, ut quidam prodidere. ibi audiens apud Ciprum insulam visum esse Pompejum, cogitansque id quod erat, in Ægyptum ire, quod & familiaritas regis & regni oportunitas suggerebat: cum paucis & <sup>4</sup> Hodiis navibus, pauloque amplius <sup>5</sup> quod inde peditum, & nonnisi DCCC equitibus infecutus, eo quod cæteri fere omnes, & vulneribus & morbis & lassitudine tenerentur, Alexandriam venit. fixus, & gestarum rerum & nominis sui famam magni in-

1. Lege, *scapham*.  
2. Lege, *exercitibus*.  
3. Lege, *urbem originis*.

4. Lege, *Rhodiis*.  
5. Lege, *quam III mil.*

instar exercitus sibi fore, ut ubique cum paucis etiam tutus esset. quæ pene eum spes fefellit. <sup>1</sup> Pridem quidem adventu de Pompeji morte certior factus, aliquantisper hæsit in <sup>2</sup> littore. <sup>3</sup> dum interea missum sibi à rege per Theodotum præceptorem suum qui cum Photino ejus cædis hortator fuerat, Pompeji caput atque annulus offertur, ingemuit Cæsar & lacrymas fudit, tanti viri & tanta sibi olim familiaritate conjuncti <sup>4</sup> casus miseratus. simul illud intelligens cæde illa non sibi regem gratificari voluisse, sed fortunæ, in se idem si fors tulisset aufurum. Dehinc in terram egressus, & ingressus Alexandriam, exceptus est tumultu & clamore militum gravi, quos illi urbi rex præsidii gratia dimiserat, querentium <sup>5</sup> primi Romanis <sup>6</sup> fastibus regiam majestatem. quo compresso, quotidie motus alii atque alii oriebantur, <sup>7</sup> quo ex ordine profequi, otiosi sit. quibus Cæsar in sua opinione firmatus, non sibi Pompejum periisse, sed regi; ad se statim legiones quas ex Pompejanis militibus conscripserat evocavit. mille interea tumultus & insultus, vixque aliud tempus periculosius egit Cæsar. nusquam magis illi necessaria virtus fuit, <sup>8</sup> sine qua eum & gestarum rerum memoriam non juisset. Achilles regius præfectus hausto Pompeji sanguine <sup>9</sup> eburus, jam Cæsarum sanguinem sitiebat. & collecto exercitu xx armatorum <sup>10</sup> victori quoque moliebatur insidias. à quo jussus exercitum dimittere, non modo non paruit, sed palam rebellis aciem pugnaturus instruxit. in quo quidem proelio, cum classis regia, quæ tunc casu in terram subducta <sup>11</sup> exureretur, flamma proximis tectis illapsa, illam Philadelphi bibliothecam famosissimam <sup>12</sup> assumpserit: in qua erant librorum milia, alibi quadraginta, alibi quadringenta reperio, & est plane similis syllabarum sonus numerus longe dissimilis. Ita ignis adhuc ambiguo bellorum exitu de <sup>13</sup> libris immeritis triumphavit, non <sup>14</sup> modice studiosæ posteritatis incommodum, tot nobilium ingeniorum monumenta uno incendio conflagrasse. Multa ibi præterea nunc terrestria nunc navalia fuere certamina, & civile bellum <sup>15</sup> Ægyptum

1. Forte, *Primo.*2. Lege, *cum.*3. Lege, *casum.*4. Lege, *prems.*5. Lege, *fascibus.*6. Forte, *quos.*7. Forte, *sine qua eum gestarum re-**rum memoria non juisset.*8. Lege, *ebrius.*9. Adde, *milium.*10. Adde, *erat.*11. Forte, *consumsit.*12. Lege, *modicum.*13. Lege, *Ægyptus.*

gyptum sibi absente altera parte, suscepit: cujus ducem ipsa peremerat. horum certaminum in uno cum angusti essent 1 additus unius classis ad alteram aliquamdiu dilata res est, unaquaque partium alterius transitum expectante. quod scilicet ejus quæ primum transiret deterior conditio, quod explicari ex incommodo inter angustias non 2 posse, omnino expeditior pars altera videretur. Erat classis Rhodiæ præfectus 3 Heu fravor, & disciplina rei bellicæ & virtute animi Romano similibus quam Græco, hic dilationem videns, & causam dilationis intelligens, sic Cæsarem alloquitur. *Sentire mihi videor consilium tuum Cæsar. dubitasne si hæc vada primi ingredimur ante cogamur in prælium, quam reliqui sequi possint, atque ita iniquo Marte pugnemus. sed mihi curam Cæsar linque. non te fallam, ego hostium impetum sustinebo dum comites consequantur, hos Ægyptios contra nos ex æquo stare, & hæc gloriari posse, doleo graviter & indignor.* Delectatus Cæsar viri animo, laudavit hortatusque est. Cum vero rumores nondum Romanis noti in exercitu hostium crebrescerent, è Syria atque Cilicia adventare Cæsaris legiones: sollicitiores solito Ægyptii instructa classe comitatibus insidiabantur. quod audiens Cæsar, eo classem dirigit. in qua Rhodius Euphranor ut promiserat primus pugnam iniit, semper vincere solitus. sed fortuna eum quod de multis facit in fine reliquerat, quamvis & tunc etiam vicit, nam & obviam 4 navium fregit & demersit. Et dum animosius aliam perurgeret, nullo opem ferente, seu quod virtuti ejus adeo 5 viderent, 216 ut crederent auxilio non egere, seu quod potius reor, metu illos detinente, vincendo atque insequendo deperit 6 unius, & bene gestæ rei laudem adeptus est mortem. Erat apud Cæsarem Ptolomæus, quod 7 pleris natura evenit, ætate puer, calliditate senex ac nequitia, erat autem forte sperans gratiam Cæsaris Pompeji morte promeruisse. huic bellum eo tempore cum Cleopatra sorore erat & conjuge, quam quidam in carcere tunc fuisse confirmant. sed ubicunque esset, constat eam ad Cæsarem penetrasse, seque ad ipsius genua projecisse, orantem ut ei partem regni restituere juberet, ut communis testamento patris cautum apparet,

1. Lege, *aditus*.  
 2. Lege, *posset*.  
 3. Lege, *Euphranor*.  
 4. Lege, *navim*.

5. Lege, *fiderent*.  
 6. Lege, *unus*.  
 7. Forte, *plerisque*.

ret, & petitio iusta erat, & insignis forma 1. Audito ejus imperio & Cleopatram simul timentes & Cæsarem, nec jam moræ locum esse extimantes, ad apertam 2 viri conversi, nocte proxima illum intra regiam obsederunt. Fuit tunc maxime virtute opus eximia, quæ tot hostium tota nocte cum paucis impetum tolleraret, incendioque propelleret vicinarum ædium. fama est timuisse hostes, ne una cum Cæsare inter tenebras opprimerent suum regem, quem salvum cupiebant, ut 3 qua potestate pueri ad scelus abutebantur, sicut nonnulli nostra faciunt ætate; eamque salutis causam extitisse. ipse autem se in urbe parum tutum sentiens, improvise Pharon pene insulam occupavit, ut loco saltem tutior aliquantulum quiesceret, quodque, otii ubi aliud adesset, inter bella cupidissime 4 facturabat lectioni ac scripturæ operam daret. neque tamen diuturna respirandi contigit facultas. Inimici enim potentiam Cæsaris quasi fulmen horrebant. & quod multis accidit, periculum metuentes, periculum maturabant. semper ergo consilia, semper arma, semper insidias agitabant. Interim vero, credo 5 ego hostium suggestu legati Alexandrini ad Cæsarem venerunt regem suum reposcentes. quibus ille facilem 6 præbuit. Cum vero dimittere eum vellet, ille versutissimus ac fallacissimus puer, & suorum similis, fictis cum lacrymis Cæsarem precabatur ne id faceret: neque enim regnum sibi esse Cæsareo carius aspectu. Quod Cæsar audiens, inhibitis lacrymis solatus est puerum. *Et si hunc inquit, quem prætendis, animum habes, cito ad me reverti & mecum esse poteris. nunc vade & tuorum desiderio satis fac. teque hortor & admoneo ut amicitiam Romanam plus quam arma experiri velis.* sic 7 ad munitum dimisit. Ille velut ferox belua vinculis emissa, totis mox regni viribus contra Cæsarem conspiravit: ut satis ostenderet, se primum præ gaudio lacrymatum. pene læti hoc eventu erant Cæsaris amici, tantam sibi facilitatem ac clementiam esse damnosam, quod tam cito regem, quem in potestate haberet petentibus remisisset, ut 8 superbia bonitas probati ducis puerili versutia 9 placeretur. quasi vero hoc Cæsaris bonita-

1. Aliquid deest.

2. Forte, vim.

3. Lege, qui.

4. Forte, facilitabat.

5. Puto, Ptolemæi.

6. Adde, se.

7. Lege, admonitum.

8. Adde, nimia.

9. Forte, eluderetur.

nitare sola, non <sup>1</sup> alitiore consilio gestum esset, ut & rex præfens inciperet suis esse contemptui: multa enim desiderantur absentia & præsentia contemnuntur: & Alexandrini cognito nihil eis sui <sup>2</sup> regni adventu accrevisse, nihilque digressu ejus decrevisse Romanis, jure consternarentur. nil enim magis animos populorum dejecit quam subjecta oculis sui superioris inertia. Cæterum contra hunc motum Cæsar solita virtute consurgens, cum eruptione hostium repentina, ad classem suam transiturus in naviculam conscendisset; utque in tali periculo fieri solet multorum aggestu aut impulsu, <sup>3</sup> aut alveo obruta demersus in pelagus, per ducentos passus enavit ad propinquam navim. Sunt qui paludamento in fluctibus dimisso, enatasse illum dicant: idque seu fortuito seu consulto, ut hostes in illud sagittis ac lapidibus intentos faceret. Sunt qui paludamentum mordicus tenens, ne hanc quidem gloriandi materiam hostibus reliquisset <sup>4</sup> confirmissent. hæc vulgatio & certioribus testibus suffulta sententia est. nam de eo nulla dubietas, illum sinistra manu <sup>5</sup> enavisse, ne libellos, quos ea gestabat, maris aqua perfunderet. Mox exceptus à suis nil moratus, sed <sup>6</sup> familiaribus illa sua celeritate ac felicitate versus in hostes, incredibile, quam subito classem regiam oppressit <sup>7</sup> accepit. Perit hoc congressu Theodotus totius mali artifex commentum, omnesque simul Pompeji interfectores interfecti. Photinus & Ganimedes evasisse videbantur, sed in fuga ipsi etiam misera morte deleti sunt. nec minus <sup>8</sup> intra bellum erat. Alexandrinorum castra celso loco posita expugnari sine magno militum periculo non poterant. Sollicitus hac de re Cæsar, advertit summum castrorum locum vacuum derelictum, eo quod sua pte natura tutus videretur, omnesque vel pugnae vel spectaculi voluptate ad infima descendisse. ire illo aliquot cohortes jubet & occulto ambitu pervenire, præfecto his Curpheleno forti viro & bellandi gnaro. quod cum factum esset locus pene <sup>9</sup> nullus defensoribus, <sup>10</sup> ex his ipsis territis, repente corripitur; & clamore sublato, & qui infra erant solito acrius pugnantis, totis castris sine <sup>10</sup> deletu exitus fuga fit, &

1. Lege, *altiore.*  
 2. Lege, *regis.*  
 3. Lege, *confirmant.*  
 4. Deest, *elata.*  
 5. Forte, *familiari,*

6. Lege, *ac cepit.*  
 7. Lege, *in terra.*  
 8. Forte, *nudus.*  
 9. Lege, *& his ipsis,*  
 10. Forte, *delectu,*

& hinc quoque aliis super alios ruentibus, strages ingens xx m. hostium hoc proelio cæsa sunt. xii m. dedita, cum lxx longis navibus. v<sup>c</sup> ex victoribus periere. Rex ipse castris effugiens in scapham coniectus, & urgentibus qui eva-209 dere simul festinabant in mare dejectus; non ad suos ut Cæsar, sed ad pisces & ad fundum abiit. atque impulsus fluctibus cadaver inventum in ripa, & lorice aureæ indicio cognitum. sic puerilis fraus in ipso flore nequitie extincta. Sic & aliud agens Cæsar, generi ultor effectus, & illius magni viri manibus nocentissimorum hominum sanguine parentatum est.

Posthæc Alexandriam victor Cæsar ingreditur, tanta omnium civium reverentia, tanto honore, quasi non ad domandos sed ad liberandos advenisset. sic 1 ab iniis armis, & id genus vestis induti, qua placare iratos dominos, precarique veniam solebant; & ferentes sacra, quasi Deo cuiuspiam obviam egressi, seque & sua urbemque ipsam ei supplices dedidere. tanto insuper 2 gaudio, ducem suum è tot insidiis tantisque periculis cum salute & gloria evasisse cernentium, ut undique cumulatam dies ille præstantissimo imperatori fructum virtutis attulisse videretur. tum de regno disposuit. veritusque illud in provinciæ formam 3 redigisse, ne quando forte propter opulentiam regionis præses animosior eo missus novandarum rerum materiam inveniret, Cleopatram, cujus blanda consuetudine tenebatur, & cui jure etiam debebatur, 4 necdum & minori ejus fratri sceptrum dedit, quum major male monitus ejus audierat. minorem filiam Arsinoën regno eduxit, ne forte rebus adhuc teneris, prætextu illius puellæ, quod aliquamdiu fecerat Ganimides, novi motus per alium orientur. aliquot ibi 5 præterea liquit, idque alto consilio, ut quod statuerat firmum esset, quod nec antiquitas 6 puris, nec civium amor Cæsarem amantibus præstare poterat. & gloriosum esset nomini Romanorum, reges ab eis 7 sit eorumque præ teneri, si in fide mansissent; alioquin posse si rebellassent eisdem ipsis quæ 210 ad eorum custodiam data erant auxiliis contineri. Et gestorum per Cæsarem in Ægypto hæc ni fallor summa est.

Z z z

Ex

1. Forte, *abjectis.*2. Adde, *suorum.*3. Lege, *redigere.*4. Forte, *nec non.*5. Deest, *legiones.*6. Lege, *pueris.*7. Forte, *constitui, eorumque præ-*  
*sidiis teneri.*

Ex Ægypto Cæsar in Syriam venit ad laborem natus nec  
 1 Cæfare sciens nec quiescere. euntem nuntii ex Italia affe-  
 quuntur, litteræque Roma redditæ. omnium sententia una  
 erat, multa & in urbe & in 2 Italiam perperam agi; quod  
 pene 3 necessarie absentibus consulibus ac senatu; 4 multa  
 populo per tribunos militum contentiose, multa in exerci-  
 tu ambitiose atque ignave per tribunos militum nonnullos ac  
 præfectos legionum, contraque disciplinam militiæ à mayo-  
 ribus institutam: ex quibus unum omnes concludebant, ne-  
 cessarium ejus reditum, necessariamque præsentiam. quibus  
 rebus etsi merito moneretur, primum tamen arbitrabatur,  
 eas terras, ubi tunc erat, ordinare, ut tranquillas & impe-  
 rio obsequentes dimitteret, ne diversos actus inculcando,  
 neutrum consummaret. Id vero 5 ne in Syria Ciliciaque &  
 Asia minore celerrime peracturum confidebat, quod nulla  
 ibi belli materia appareret in Bithinia autem & Ponto plu-  
 sculum negotii superesse, Pharnace rege adhuc regiones il-  
 las obtinente. Jussis ergo urbanis atque Italis rebus usque ad  
 ipsius adventum conquiescere: ipse cœpto festinus itinere  
 Pharnacem perit. appropinquantî Dejotarus 6 Galatiæ te-  
 trarcha, licet tunc de illa litigans; rex autem minoris Ar-  
 menia à senatu constitutus; deposito omni ornatu regio, &  
 non solum privati, sed rei supplicisque habitu obviam venit.  
 & cum audientiam meruisset: Ego, inquit, ô Cæsar non infi-  
 cior me Pompeio fuisse. si erravi, teque offendi; veniam peto.  
 eram Cæsar & fui semper atque ero fidelis populo Romano. 7 ero  
 211 in his terris, quæ nullis tuis præsidis tenebantur, neque de Ro-  
 manis dissensionibus cognoscere meum erat. quid agerem, nisi quod  
 à juventute didiceram, obedire 8 parentibus. Ad hæc Cæsar:  
 Multa in te & magna beneficia mea, quibus olim consul 9 teque  
 tuum regnum honestavi, 10 quidem minime tibi excidisse debue-  
 rant. excusatio autem erroris penitus nulla est tam prudenti tam-  
 que industrio viro. nosse enim poteras & debebas 11 qui urbem  
 Romam atque Italiam teneret. ubi ille esset, ibi senatum Popu-  
 lumque Romanum, ibi demum esse rempublicam. contra autem  
 quis

1. Forte, cedere.

2. Lege, Italia.

3. Lege, necessarium erat.

4. Lege, multa à populo.

5. Videtur delendum, ut.

6. Lege, Galatia.

7. Lege, eram.

8. Forte, imperantibus.

9. Lege, te tuumque.

10. Adde, qua.

11. Lege, quis.

quis Lentulum & Marcellum consules haberet, quidve inter tam dissimilia interesset ignorare non poterat. Ego tamen hanc culpam prioribus beneficiis atque obsequiis tuis, & hospitio quod tibi est mecum, & amicitie antiquæ, & dignitati tuæ atque ætati volens dono. insuper & multorum precibus hospitem amicorumque tuorum, qui pro te sæpius me rogarunt. de litigio autem tetrarchiæ in tempore, quod justum videbitur, diffiniam: te interea confidenter mecum agere, & regio habitu uti volo. His dictis legionem unam regis è subditis suis Romano more instructam, & quotcunque haberet equites secum ad bellum Ponticum mitti imperat. Cumque Deiotharus in omnibus paruisset, & ad ejus regiam Cæsar more hospitii divertisset, <sup>1</sup> culterque summa diligentia fuisset, inventus est, qui Deiotharum coram Cæsare accusaret, insidias illum sibi nocturnas tetendisse. extat elegantissima Ciceronis regem defendentis oratio. Cæsari Ponticos fines ingresso legatio Pharnacis regis obviam venit. orat ut pacatus ejus adventus sit, regem enim prompto animo suis imperiis pariturum. neque indignum ejus gratia, qui nunquam Pompejo Cæsarisque hostibus favisset, quam fautor hostium Deiotharus invenisset. Posthæc illi coronam auream à suo rege transmissam obtulere. Erat Cæsari natura, tum rerum<sup>2</sup> tum verborum <sup>2</sup> tonitas multa atque mansuetudo, & legatos ad se missos mitissime alloqui; & si uspiam errassent leviter admonere, mos illi perpetuus. Itaque legatis auditis: Ego inquit Pharnaci non infensus, sed propitius advenio, modo quod verbis pollicetur rebus impleat. atque his dictis læta fronte duo verba superaddidit, quæ mihi ex ipso magnanimitatis gremio deprompta videantur. Videte autem, inquit, ne aut mihi Deiotharum ut indignum venia quod contra me steterit, aut regem vestrum adversus me non stetisse, <sup>3</sup> seu magnum aliquod beneficium opponatis. nam neque Deiotharus tantam injuriam, neque rex vester tantum beneficium mihi intulit, quantum vos putatis. ille quidem præstitit, <sup>4</sup> & offensas meas ut <sup>5</sup> agnoscere possem supplicanti, quo mihi nihil est gratius, nihil quod cupidius faciam: & publicas libere ulcisci valeam, quod fortasse sic non possem, si in me fuisset obsequiosus, privata gratia publicis commodis ut solita est obstante. hic autem vester non tam mihi consuluit, cui cælitus de omnibus decreta victoria erat, quam sibi, ne

Z z z 2

cum

1. Lege, cultusque,
2. Lege, comitas,
3. Forte, cen.

4. Lege, ut, & dele sequens ut,
5. Lege, agnoscere.



cum aliis vinceretur. Quisquis enim contra me venit, haud dubie victus abiit. hinc ei igitur quas remittam privatas offensiones nullas habeo, qui, ut dicitis, nil egit adversus me, publicas remitto. illas tamen, quæ irreparabiles sunt, ut cædes ac vulnera & ludibria civium Romanorum: 1 prædes & ablata restituere quæ potest Romanis pariter sociisque: publicanorum familias, quas per vim tenet, emittere ad libertatem: super omnia Ponto excedere statim jubeo. si paruerit, tum demum munera ab eo mihi transmissa recipiam: alioquin spes concordiae nulla est. Hoc responsum cum legati retulissent, Pharnaces nihil verbo quidem, animo autem omnia recusavit. sperans Cæsaris discessum non posse differri, 2 qui jam publice notum esset multis 213 & magnis ex causis redire in Italiam oportere itaque tergiversari, 3 simulari impedimenta, 4 occupantes fingere, moras neçtere, dilationes & nova pacta aucupari. Cæsar fraudem, nec difficile erat, intelligens; naturaliter insitæ celeritati, qua sæpe parvo temporis in spatio multa & magna confecerat, 5 consilii calcar adjecit; & properans quæ in Ponto agenda essent expedire, quo maturius ad Italiam navigaret. Venit igitur improvisus atque inexpectatus 6 Telam Ponti opidum. venit autem quasi fulmen veniens feriensque simul atque abiens; sic ut unum ab alio internosci nequeat. Rex subita re percussus, cum in aciem venisset, magno prælio victus est. Tum compositis Ponti rebus, & rege ad ea quæ se facturum sponte promiserat vi coacto; è Ponto totaque Asia discessit. Et hæc omnia raptim adeo gesta sunt, ut de hoc bello Cæsar ipse diceret tria hæc verba duntaxat: *Veni, vidi, vici.* quasi victoriam indicans non laborem. Alii dicunt dixisse eum: *Veni & ante hostem quam viderem vici.* Et hæc quidem duo bella, Ægyptium & Ponticum, quanquam non cum civibus gesta, civilibus tamen bellis inserta sunt. Nunc ad vere, atque undique civile bellum redeat stylus.

Digressus Cæsar ex Asia, ardentissimi spiritus imperator, hyeme media & adversis tempestatibus absque ulla intermissione navigans, ad xiiii Kalendas Januarii 7 Lilillum attingit. & quamvis ut dixi Romam evocatus, & Romæ necessa-

1. Lege, *prædas.*  
2. Lege, *quem jam.*  
3. Lege, *simulare.*  
4. Lege, *occupationes.*

5. Lege, *consilio.*  
6. Lege, *Zelam.*  
7. Forte, *Lilibæum.*

cessarius, omnia tamen posthabenda imminenti bello censuit. quoniam fama erat Pompejanas partes in Africa maximis incrementis assurgere. unius ducis in locum duo successerant, Cato & Scipio, & civili potentia in Africa coacta, externa quoque vires Jubæ regis <sup>1</sup> successerant, & ingentem undique, quasi de industria, rerum molem fortuna <sup>2</sup> <sup>14</sup> collegerat, quo victoriam Cæsaris efficeret clariorem, & reges cum civibus miscerentur. Eo ergo cum venisset, tentoria fixit in littore, ita ut pene undis abluerentur, ne quis dubitaret, cum nihil aliud quam transitum cogitare, essentque sui omnes horis omnibus parati. & quamvis adversantibus undis ac fluctibus, remiges tamen in puppibus detinebat, ne more suo per licentiam vagarentur, sed dicto obaudientes, nec quærendi usquam essent. Crescebat ergo indies fama hostilium copiarum. equitatus infinitus esse dicebatur, <sup>2</sup> & regionis quatuor, Scipionis autem, illi enim Cato cesserat, x legiones, adhæc levis armaturæ vis immensa. classis non una, sed plurimæ ac diversæ. quibus nuntiis nihil Cæsar movebatur, sed ad occurrendum hostibus ingenti fiducia aspirabat. quod cum paucis tantum advenerat, non sine animi labore augmentum sui exercitus expectabat. qui diffusis hac illac edictis cottidie augebatur. neque illud inter prætereunda posuerim: Fama quidem & opinio vetus invaluerat, non illa quidem casu fortuito, sed magnis ex causis originem habens; <sup>3</sup> infictum in Africa Scipionum nomen, quod eo spectabat, ut vulgari errore victoriam Scipionis futuram vaticinarentur. id ubi Cæsar sensit: *Et mihi alter inquit erit Scipio*: protinus unum de gente Cornelia <sup>4</sup> ab inimicissimum hominem, qui propter morum contemptum vulgo Salvition dicebatur, habere in castris secum procurat, habuitque. postquam vero sex integras legiones, <sup>5</sup> nonque equitum advenisse cognovit, sufficere ratus has copias navibus imposuit. Et iis præmissis, ipse quoque quanquam sacris adversa <sup>6</sup> protenderentur, & litanti hostia diffugisset, quod diri ominis apud illos erat, contempsit alto animo, vel ob hoc ipsum victoria dignus, licet suis hæc irreligiosa <sup>2</sup> <sup>15</sup> fiducia videretur. solvitque à littore Siculo, digrediensque Prætori, qui tunc Siciliam obtinebat, quid fieri velit im-

Z z z 3

perat,

1. Lege, *accesserant.*  
2. Forte, *regia.*  
3. Lege, *invictum.*

4. Lege, *abjectissimum.*  
5. Forte, *ac II milia.*  
6. Lege, *portenderentur.*

perat, atque ita classem sequitur vi Kalendas Januarii. ut appareat, nonnisi pauculum tempus, idque hybernum, totamque dilationem nonnisi dierum octo fuisse, quæ sibi anno longior non dubitem visa erat. Postquam in Africam ventum est, ut superstitionum opinionumque vulgarium, sic & <sup>1</sup> contemptor inanum apparuit. siquidem in descensu navis accidit, ut casu quodam ad terram <sup>2</sup> liberetur, & reliquis omnibus territis, ipse adversus auguria <sup>3</sup> tantummodo, sed adversus omne periculum imperterritus & invictus, omen vertit ad melius, renovans illud antiquum Scipionis Africani; & terram protentis ulnis amplexus; *Teneo te inquit Africa.* <sup>4</sup> Sane Adrumetum pervenisset, atque ibi castra haberet; etsi animi omnium solito etiam ardentiores essent; indignantes quod post Pompejum & belli duces superessent: <sup>5</sup> Plautus tamen Cæsaris legatus, qui sui ducis infatigabilem mansuetudinem cognoscebat; seu pacis amore, seu belli odio inductus, Cæsarem adit, *Et vellesne inquit imperator, ut cum Confidio qui nunc opidum hoc custodit <sup>6</sup> olim amicus mihi Romæ fuit, aliquid de pace agerem, si quis apud eum antequam cladium plus accidat, sanioribus consiliis locus esset.* non negante Cæsare captivum quendam cum litteris in opidum mittit; qui cum Confidium convenisset, litterasque porrigeret: Confidius literis <sup>7</sup> non acceptis interrogavit: *Et unde, ait, has mihi tu litteras.* Respondit nuntius; & fati sui nescius, à Cæsare inquit. hic Confidius exclamavit, *atque u-*  
<sup>216</sup>*nus est inquit hoc tempore imperator Populi Romani Scipio. quid mihi cum Cæsare?* & hæc dicens captivum sub oculis jugulari imperat, litterasque ipsas signo integro intactas ad Scipionem mittit. Responso diem noctemque ne quicquam expectato, Cæsar quod & opidum natura atque arte prævalidum, & sibi eo loci non sat copiarum esset, castra movere jam cœperat: dum ecce & ex opido repentina eruptio facta est, & forte ita accidit ut eodem ipso temporis momento <sup>8</sup> equitus à rege Juba missus interveniret. itaque comitatibus auxiliis, & relicta castra occupant, & abeuntium ultimos invadunt. sistit aciem Cæsar, & pauci contra multos egre-

1. Lege, *contemptor inanum.*  
 2. Lege, *liberetur.*  
 3. Forte, *non modo.*  
 4. Lege, *Sane Adrumetum cum pervenisset.*

5. Lege, *Plancus.*  
 6. Adde, *&.*  
 7. Forte, *eum.*  
 9. Lege, *equitatus.*

egregie proeliantur. quo congressu aliquot Gallorum equitum qui Cæsarem sequebantur, insignis & creditu difficilis virtus fuit. siquidem xxx vel eo minus duo milia Maurorum equitum campo pepulerunt, & in opidum compulerunt. Quid hic aliud dicam nisi quod si sic omnes in patria sua pugnassent, Romanum jugum non tam facile subiissent. sed & hoc quibusdam insitum, ut quo longius à patria discedunt, eo propius ad virtutem bellicam accedere videantur. Quamquam vero eventu mirabili <sup>1</sup> hic vicissent, erat tamen in exercitu pavor ingens ac tristitia, quod nec copiæ Cæsaris secum essent, & se paucos & plerosque tirones <sup>2</sup> de versutissimæ gentis insidias & multitudinem hostium infinitam quasi consulto ad necem duci arbitrabantur, omnis tamen & pavoris & mœroris consolatio, nonnisi in ipsius vultu ac sermone erat imperatoris. cui tantus vigor, tanta inerat alacritas, tanta <sup>3</sup> excelsa signa animi & invicti, ut ejus ductu atque consilio cuncta eis facilia viderentur. Procedenti nuntiatur <sup>4</sup> simulque conspicitur. Dum pars utraque substitisset, subito hostium multitudine circumfusa, ab omni parte pu-<sup>217</sup>gnatum est. Interea Labienus implacabili animo, nec factis hostilibus contentus, nisi odiosa insuper verba jactaret, equo insidens adaperto capite ut à Cæsare etiam posset agnosci, inter hortandum suos, milites ipsos Cæsaris compelleret, unum inter alios: *Quid tu, ajebat, ô miles 5 tam feroculum te ostentas? an & hic sermonibus vos etiam 6 festinavit? vestræ misereor stultitiæ, 7 qui verbis illaqueatos & credulos sic in mortem trahit.* Contra hæc miles: *Non sum Labiene inquit tiro, qui facile verbis circumveniar, sed de legione decima veteranus.* Ad hæc Labienus, <sup>8</sup> *decem ait annorum signa non video.* Ad hæc <sup>9</sup> milites: *Expecta, confestim me nisi fallor agnosces, & casside capiti dempra, piloque in Labienum magna vi contorto;* Labiene inquit, *an 10 decimus miles sum?* cumque his verbis equum pectore medio transfixit. malle hercule equitem transfixisset. Hoc proelio omnes & præsertim tirones pavidi, & si sub alio duce militarent ad fugam potius

Z z z 4 tius

1. Lege, *hi*.  
 2. Forte, *contra*.  
 3. Lege, *excelsi*.  
 4. Videtur deesse, *insequi hostem*.  
 5. Adde, *tiro*.  
 6. *Fascinavit*, licet Hirtius de bel-

10 Africano dicat, *infatuavit*.  
 7. Lege, *quos*.  
 8. Lege, *decumanorum*, ait.  
 9. Lege, *miles*.  
 10. Forte, *decumanus*.

rius quam ad pugnam proni, solum Cæsarem spectabant; in illo spes omnis ac fiducia, diu nil aliud agentes quam tela impetumque hostium sustinere, nec Cæsar ipse sine sollicitudine erat. Recollecto tandem animo, qui sibi inter difficultates & in adversitate crescebat; tota corporis atque <sup>1</sup> vi conversus in aciem hostium infertur. fecit quod solitus erat: vicit, adversamque aciem vertit in fugam. Ex iis qui hoc proelio capti erant transfugisque quamplurimis intellexit Cæsar, hostes tantum multitudini suæ fidere, eaque spe tamquam <sup>2</sup> improba esse jactantia. tam præterea contemptim de ipso sentire, ut nihil nisi de circumveniendo & capi-  
<sup>2.18</sup>piendo Cæsare cogitarent. hoc quidem <sup>3</sup> regem Jubam in concione dixisse, *tantum se bellatorum multitudinem adversarius <sup>4</sup> abjecturum, ut <sup>5</sup> se, si nulla offensione uterentur sui, Cæsariani occidendo eos fatigandi essent atque vincendi. novum genus victoriæ, & stulta <sup>6</sup> regis cogitatio. Habere tamen se gentes & sibi fidas & bellis exercitatas. habere auxilia Germanorum & Gallorum. habere elephantes cxx. equitatum innumerabilem, peditum & levis armaturæ vim immensam, sagittarios, fundatores, & quæ sunt id genus. Cæsarem vero pene incomitatum: legiones veteranorum, quas de Italia expectaret, discordare nec venturas esse. sic ex omni parte victoriam promptam fore, & multa de hac re vana jactare, & <sup>7</sup> qui stulti homines sibi fingere consuevere. Post nonnullos etiam dies affuit experiendi facultas & his omnibus copiis apertissimos in campos <sup>8</sup> explicitos dimicatum est, ab hora diei quinta usque ad occasum solis vicitque illæ incomitatus Cæsar ut solebat, & illæ diversis ex gentibus confertissimæ acies effugere. Sub idem tempus seu tempestatibus adversis, seu metu classium hostilium, cum è Sicilia commeatus ac Sardinia tardarent, tanta in castris Cæsaris fuit inopia, ut equites, qui diu agendo omnia & patiando extremis necessitatibus extrema remedia adhibere didicissent, algas littoreas dulcibus aquis <sup>9</sup> ablutis jumentis apponerent, eoque cibo deficientia sustentarent. Erat & vulgaris opinio non Cæsarem in Africam venisse, sed unum aliquem ex legatis suis cum parte copia-  
rum*

- |  |                      |
|--|----------------------|
| 1. Animi videtur addendum.                                     | 5. Dele se.          |
| 2. Forte, tamque.  | 6. Forte, Labieni.   |
| 3. Labienum. sic Hirtius, & verum. nam rex Juba nondum aderat. | 7. Lege, quæ.        |
| 4. Lege, abjecturum.   | 8. Lege, explicitis. |
|  | 9. Lege, ablutas.    |

rum transmississe. ad quam tollendam litteras nuntiosque per omnes provinciæ civitates misit ; adventumque suum omnibus notum fecit. Quo audito statim multi viri nobiles suis ex urbibus profugi in castra Cæsar's venere , sibi que de hostium sævitia atque intoleranda superbia questi sunt. quorum querimoniis ac fletibus motus Cæsar , quod facere per seipsum in animo habebat , magis ac magis accelerare disposuit. litterasque confestim in Siciliam misit ad Allienum cæterosque qui ibi pro partibus suis erant , ut excusatione quolibet rejecta ad se omnes copias trajicerent. Africam enim , si auxilium differatur , irreparabiliter vastari , ut nullus postea remedio locus esset. Ipse autem in hanc unam rem pronus adeo totus erat atque intentus , ut pene transformatus in virum alterum , dies noctesque maria prospectaret , quin & die proximo ex quo litteras miserat , morari classem atque exercitum quereretur. Sic ejus animum pungebant populorum ac nobilium injuriæ & homicidia , & opidorum everfiones , & villarum incendia & rapinæ , quæ per totam provinciam suorum hostium avaritia & crudelitate fervebant. quorum malis profundissime rangebatur , & miseris opem ferre , atque illis indemnitate non minus quam suam victoriam exoptabat. Ipse se interim castris validissimis continebat : non quod de victoria dubitaret , sed post res gestas & totiens fusos hostes , de reliquiis belli cruentam victoriam adipisci dedecorum sibi , seque prorsus indignum judicabat , neque interim ullum diem intermittebat , quo non vel per alios absens , vel sub oculis suis exercitum , & præcipue tirones militaribus institutiones imburet. in qua arte nulli hominum secundus fuit. fingebat sese pavidum ; præterea & pavore sapientiam amplecti , quasi suis viribus diffidentem. & hostes de hac diffidentia exultantes æquo animo tolerabat , donec mutandi consilium tempus esset , usque adeo ut Scipio , qui aliquamdiu paratus ad prælium fuerat , Cæsarem spernens , exercitum in castra reduceret , & pro concione diffidentiam ac desperationem Cæsar's prædicaret , victoriamque certissimam quasi illam in manibus haberet proximamque polliceretur. Getuli interim Scipionis stipendia deserentes , alii in regnum suum , alii in Cæsar's castra

Z z z 5

castra

1. Lege , institutionibus imbue-  
ret.

2. Forte , pavorem sapienti , vel  
sapienter.

castra perveniunt, eo maxime prætextu, quod & ipsi & parentes eorum <sup>1</sup> Sex. Marii beneficiis obstricti essent, cujus affinem Cæsarem opinarentur. id, quamvis sub eo aliquoties militasset, tam procul vero tamen aberat, ut cum Cæsar nobilissimus Romanorum esset, Marius rusticanæ & ne Romanæ quidem fuisset originis. ipse tamen ex his electos viros in Getuliam mittit, ut <sup>2</sup> totiens gentis animos sibi <sup>3</sup> consiliaret. Interim quoque & Crispus Sallustius prætor convehendis comitatibus cum classe directus à Cæsare, ingentem frumenti vinique copiam transmittit. & Allienus proconsul, ut diximus, evocatus à Cæsare, duabus legionibus & vccc equitibus Gallis & levis armaturæ. + x in naves impositis, classem solvit à Lilibæo. cumque his copiis & altero comitatu navigatione usus prospera quarto die in portum ad Ruspina, ubi Cæsar expectans castra habebat, applicuit. legionum simul & comituum gemina cura liberatus Cæsar, ac gemino gaudio perfusus, jubet eos quiete alterna maritimum expugnare fastidium, seque gerendis rebus <sup>5</sup> corporalibus atque animis præparare. Creverat autem indies Scipionis ac suorum admiratio super dilatione Cæsarea, quod ita laceffere solitus lentesceret, ut lacefferetur expectans. jamque superior ille contemptus in <sup>6</sup> solitudinem & in metum verterat. itaque Getulos duos ex iis qui secum erant, quosque fidissimos extimabat, multis promissis oneratos in castra Cæsaris ire & explorare quid illic geratur imperat. hi comprehensi & ad Cæsarem perducti, petierunt ut de se loqui sine discrimine sinerentur. permessa licentia hæc locuti sunt. *Sæpe quidem imperator Getuli, non nos soli, sed alii plures qui adversis in castris militamus, clientes Sex. Marii, fere omnes cives Romani, ad te transire decrevimus, sed custodiis præpediti nequivimus. nunc ad tua castra explorandi gratia venire jussi paruimus, non libenter modo, sed ardentem. eorum enim mittebamur quo jam dudum ire cupiebamus.* Cæsar & laude illos & stipendio profecutus est. eorum verbis <sup>7</sup> exit finem fecit. die insequenti multi ejusdem gentis à Scipione ad Cæsarem transfugerunt. Incidit in hos dies evidentissimum militaris erga Cæsarem fidei argumentum, quod ne silentio ob.

1. C. Marii. tamen etiam paulo infra dicit, Sex. Marii.

2. Lege, totius.

3. Forte, conciliaret.

4. Lege, mille.

5. Lege, corporibus.

6. Lege, solitudinem.

7. Forte, exitus fidem.

obruatur, <sup>1</sup> impetrat. è classe scilicet Allieni, de qua supra diximus, dum è Sicilia in Africam trajiceret, navis una, cum à reliquarum tramite deerrasset, ad Ægimurum insulam delata, in manus hostium venit: in qua & veterani & tirones & <sup>2</sup> turio unus erat, qui sub fida custodia, sed sine injuria ad Scipionem cum perducti essent, ille eos verbis sic aggreditur: Scio ego vos non vestra voluntate seu consilio, sed illius vestri nequissimi ducis imperio atque instinctu contra rempublicam conjurasse: nunc quoniam vos casus optabilis nostri fecit arbitrii; si quod ultro facere deberetis, orati facitis, ut dimissis sceleratis atque rebellibus, cives bonos & rempublicam defendatis, & salva vobis vita erit & parata pecunia. Dicite ergo quid vobis est animi. & hæc dicens minime dubitabat, illos sibi pro tanta oblatione gratias esse acturos. At centurio ille, vir immobilis fidei, dignusque qui pro Deo faceret, quod pro homine faciebat: Ego, inquit, ô Scipio, neque enim te imperatorem voco, cum unus mihi sit imperator Cæsar: ego, inquit, pro tanto beneficio tibi gratias ago, qui mihi & pecuniam offeras, quam dare nullo jure tenearis, & vitam quam belli jure possis eripere. & fortassis hoc beneficio tuo <sup>3</sup> utere in flagitium illi in-222 gens & munere ipso majus esset admixtum. quomodo enim ego contra imperatorem meum Cæsarem à quo bellicis honoribus honestatus sum; contraque illum exercitum, pro cujus victoria & gloria xxxvi annos & eo amplius decertavi, arma portarem? istud ego nunquam faciam, neque tu si me velles audire istud faceres, & valde te hortor ut desinas <sup>4</sup> & incæpto inutili pedem retrahas. Nam si nescis contra quem ducem, contra quem exercitum pugnes, experiri jam nunc potes. sume de tuis omnibus cohortem unam quamcunque judicas firmiorem. ego de commilitonibus meis nunc captivis tuis x solos eligam: jube nos configere, tuque impari prælii spectator ex eventu judica, quid tibi de copiis tuis omnibus, deque belli exitu sit <sup>5</sup> superandum. Hæc cum centurio, aliter ac sperabat <sup>6</sup> constanti vultu atque animo clara voce dixisset; iratus & contristatus Scipio, suis centurionibus signum dedit ut in illum irruerent. quo occiso, reliquos veteranos à tironibus segregatos, & suppliciis multis affectos jussit interfici, infando scelere maculatos, & sanguine civium

1. Lege, imperat.

2. Lege, centurio.

3. Forte, uterer, ni,

4. Lege, ab incæpto.

5. Lege, sperandum.

6. Adde, Scipio.



viam <sup>1</sup> impingatos vocans. tironibus velut innocentibus vi-  
ram linquit eosque suis legionibus jussit ascribi. Turbatus  
hac de re Cæsar, cum in præfens aliud non posset, in eos  
qui cum navibus longis ad maris custodiam deputati erant,  
irameffudit. eosque gravi notatos infamia exautoravit, quod  
eorum segnitie navis illa cum militibus suis in potestatem  
hostium venisse videbatur. His diebus portentum admirabi-  
le in castris Cæsaris accidit. Nocturno tempore nimbus la-  
pideo imbre diffusus est, simulque legionis unius telorum  
summitates à nemine immixtus ignis concremavit. Juba rex  
qui dudum optaverat in partem belli venire, & copias suas  
<sup>223</sup> cum Scipione conjungere, sed bellis propriis regni que labo-  
ribus revocatus cœptis abstiterat: venit tandem cum ingenti  
hominum multitudine. verum non in numero sed in virtu-  
te militum victoria & belli gloria sita est. diu expectatus i-  
gitur <sup>2</sup> cum fuit adventus, magna cum spe atque opinione  
Romanorum: mox ut venit, cum stupori fuerat, cœpit es-  
se contemptui. fecitque <sup>3</sup> potentia quod solita est, auctori-  
tatem & famam regis imminuit. Cæsar vero, ubi, coactis  
unum in locum omnibus hostium <sup>4</sup> intellexit nullam bello  
amplius moram fore, omnium ope se ad bellum parat. con-  
tingitque ut Cæfare cum legionibus progresso, Juba & Scipio  
simul & Labienus summa vi equitatum ejus invaderent. quod  
ille sentiens ex itinere versis retro copiis, jam terga verten-  
tibus opem tulit. qua firmati restiterunt, & Numidas inse-  
quentes <sup>5</sup> militato statu proelio fuderunt, multisque eorum  
cæsis in castra confugere coegerunt. Et nisi nox superveni-  
ens pulvisque vento valido impulsus pugnantibus obstitisset,  
parum abfuit quin Juba cum Labieno, oppresso omni <sup>6</sup> re-  
rum equitatu, & consumpta tota levi armatura, in Cæsaris  
manus <sup>7</sup> inciderunt. Multi tamen indies de exercitu hostium  
ad Cæsaris castra transibant. Sicut autem hac via ejus exer-  
citus augebatur, sic altera minuebatur: quamvis multos &  
nominatos seu seditiosos, seu rapaces, seu invidos, seu ali-  
ter inutiles bello viros, notatos infamiâ à se suoque exerci-  
tu abdicavit; atque abire confestim jussit ex Africa, centu-  
rionibus tradita, qui eos nonnisi cum singulis servis separa-  
tim

1. Lege, *impingatos*.2. Forte, *ejus*.3. Lege, *præsentia*.4. Adde, *copiis*.5. Lege, *mutato statu proelii*.6. Forte, *eorum*.7. Lege, *inciderent*.

tim in navibus asportandos imponerent. Dum hæc in Romanorum exercitibus fierent, Getuli in suam patriam missi fama Cæsar's cuncta compleverant, suisque persuaserant rebellare, usque adeo ut armis arreptis, contra regem absentem agere præsumerent. quod ille audiens necesse habuit par-<sup>224</sup>tem suorum auxiliorum, quam in Cæsarem comparaverat, pro regni defensione remittere.

Obsidebat Cæsar interea <sup>1</sup> Ut zittam Affrico urbem, quæ regio Getulico præsidio tenebatur. & quantum intelligi datur, Scipionis ac regis castris juncta erat; eamque & aggeribus & machinis & balistis astrinxerat. in ea obsidione cœperant intrinseci ut sit cum extrinsecis colloqui, idque Cæsari non molestum erat, cogitanti quid boni ei colloquio inesse posset. nempe regii equitatus nobiliores filii eorum, qui veteribus Marii beneficiis obstricti fuerant, eoque & nomen & memoriam viri illius amantes, noctu prima face, mille, vel circiter cum equis & servis in Cæsaris castra mœnibus vicina transfugere. quo tam insigni transitu nec immerito perturbatus Scipio & qui secum erant, cœperant observare ne id fieret: <sup>2</sup> Dum interea M. Aquinium cum C. Safferna colloquentem adverterunt. misitque ad eum Scipio, non expedire eo tempore cum hostibus colloqui. ille nuntium parvi pendens, contumaciter respondit: *Et stabo, inquit, adhuc donec expleam quod incepti.* Tum rex motus, viatorem suum misit, qui audiente collocutore ei diceret: *Rex colloquium istud damnat ac prohibet.* hoc audito paruit atque abscessit. Miratur hujus scriptor historiæ, unde hæc civi Romano; ei præsertim qui honores à populo percepisset adhuc stante republica, Jubæ regi barbaro potius quam imperatori Romani exercitus paruisse. mirum non inficior. Sed haud dubie valde indies, quantum mihi apparet, Scipio etiam inter suos vilefcebat, quod ita esse, sequens quoque actus indicio est. Nempe Juba non in Aquinium modo exiguum senatorem justum imperium confidenter exercuit, sed injustum atque arrogans in ipsum etiam Scipionem, non dicam imperatorem eo tempore, sed præter imperium, honoribus gestis & vetustissimæ familiæ splen-<sup>225</sup>dore venerabilem. qui cum ante regis adventum veste purpurea uteretur, dixit ei Juba, vel dici fecit, non decere illum

1. Lege, *Uxitam Africa.*

2. Lege, *Cum,*

lum eadem secum vesti uti. & paruit ignavissimo homini, licet regi miser ille, & majoribus suis diffimilimus. qui si ibi essent, Jubam, vere hoc mihi videor dicturus, haud quam pari amicitia dignarentur. Stulta res prorsus & inepta cum Cæsare illum velle contendere, qui pareret Jubæ. Jam fortuna reliquias Pompejanarum partium campis explicuerat, ut eas ultima falce demeteret. Hoc tempore multi fuerunt insultus Labieni & Afranii non sine periculo. multa Cæsaris vigilantia, jugisque sollicitudo in docendo <sup>1</sup> minutissima quoque militiæ, & milites etiam veteranos, & rebus maximis comprobatos, non quasi imperator, sed quasi magister ludi armorum, quorum magister vere omnium summus fuit. Sollicitabat enim ejus animum suorum atque hostium conditio. timebant enim equites pugnam <sup>2</sup> prope equorum jacturam, quos hostes sagittis occidebant. & pedites more Romano armati, & armorum mole prægravati, levis armaturæ hostium velocitate fatigabantur. timebantur etiam elephantes tam à pedibus, ne proculcarentur, quam ab equitibus, quod eorum stridorem atque odorem insolitum equi horrebant. sed huic parti remedium adhibuerat adducendo elephantes in castra, & \* aliquos in Italiam mittendo ad eruditionem novorum exercituum, ut & pedites discerent ubinam armati etiam vulnerari possent, & equi <sup>3</sup> honorificæ beluæ assuescerent, & horrere desinerent. atque ita effectum est, ut formidabile animal manibus pertractatum interque equos versatum, prospecta sua tarditate vilesceret. Illud quoque providentissimi ducis augebat curam, quod <sup>226</sup>insidiosissimo cum rege rem gerebat, assuetus dimicare cum Gallis, apertis hominibus, & insidiarum nesciis, non fraudibus sed virtute bellantibus. timebat ne militum suorum, quorum virtuti satis fidebat, circumspectio contra insolitum genus hostis non sufficeret. ideoque cottidie <sup>4</sup> per experientiam circumducebat, ut discerent hostium mores nosse, quam diversi essent ab antiquis hostibus: discerent semper intentis animis esse, omnia circumspicere & cavere. Has inter ducis curas atque exercitia jam supremæ pugnæ tempus appropinquabat. & primo quidem Cæsar exercitum diligenter instructum secus hostium castra deduxit, & æquo

1. Forte, *minutissima quæque militiæ.*

2. Lege, *propter.*

3. Lege, *horrificæ.*

4. Adde, *eos.*

quo in loco ordinatis aciebus, illos ad prælium invitabat, <sup>1</sup> expectabat ad eos usque ad vesperam. ubi illos videt pertinaciter recusare, sub noctem in castra revertitur. Discedens autem, insectante <sup>2</sup> cum Labieno, fugato tamen, nec insequi desistente, improbo quidem transfuga & malo: hostes jam inde digressos, & fatis prementibus ad Tapson castra habentes invenit ad pugnam dispositos, & aciem instruentes. instruit & ipse suam aciem confestim, omni arte qua per summum ducem instrui acies ulla potest. quin etiam ex equo descendens, inter ipsos pedites pedibus ambulabat atque omnes & singulos verbis pro tempore brevibus sed efficacissimis hortabatur. Oro vos ajebat veteranorum virtutem æmulamini, & eorum famam tot partem victoris possidere <sup>3</sup> utimini. hæc victoria gloriosos vos faciet ac famosos. Hæc & similia loquens exercitum ambiendo, & semper oculos habens ad castra hostium, advertit illos trepidare, & more paventium nunc egredi <sup>4</sup> utrumque sine ordine. hoc ipse primus, post alii atque alii perpenderunt. Itaque legati evocatique, qui in castris erant, Cæsarem adeunt: Et da, inquit <sup>5227</sup> imperator pugnae signum, ne dubita, vincimus haud dubie si pugnamus. Resistente Cæsare inflammatis desideriis militum, atque aciem sustentante, ac fremente, & subinde exclamante non sibi placere eruptione pugnari. factus enim erat jam ad bella cunctacior, & aliquid de illa sua naturali celeritate remiserat: non quod providentiæ plus haberet: veritus credo, ne quando illum sua illa fortuna tot & tantis victoriis fatigata desereret. Dum sic ergo impetum frænâ ac comprimit, repente, quod nullo unquam prælio auditum erat, cornu ab altero imperatoris injussu clasticum insonuit. quo universus exercitus arrectus, signa in adversos ferre cœperat, centurionibus lingua & manu nequidquam renitentibus. sensit Cæsar pugnae horam advenisse, & accensos in pugnam verbis coercere frustra esse: & ipse igitur fræna laxavit. datoque signo felicitatis, equoque calcaribus adacto, primus in hostium <sup>5</sup> princeps invehitur. Imperus à dextro cornu in elephantes à sagittariis & funditoribus factus, beluas inexpertas, & tantum à silva venientes, avertit retro in suos. secuta est fuga equitum Maurorum. eodem-

que

1. Lege, expectabatque eos.

2. Forte, cum.

3. Lege, utimini.

4. Supple ex Hirtio: nunc se recipere.

5. Lege, principes.

que impetu occupatum vallum Scipionis per Cæsareanos ; custodibus interfectis aut fugatis. & jam copiis ejus per campos effusis ac dejectis fugamque petentibus , Cæsareæ legiones infecutæ nihil laxamenti , nullumque respirandi spatium <sup>1.</sup> Illi alia castra petentes , ut ibi se reparatis animis tuerentur , <sup>2</sup> nisi nullum illic vel ducem vel præsidium viderunt. Jam defensionis spe amissa , arma magna ex parte projiciunt , ut expeditiores ad castra regis evaderent. quo cum venissent , ea quoque , fugato rege , à Cæsarianis capta conspiciunt. tum deposita spe salutis , quendam in locum editum se recipiunt , <sup>228</sup> atque inde salutationem militarem <sup>3</sup> armorum supererant motu , faciunt , quod petendæ misericordiæ signum erat. sed nihil eis profuit , militibus veteranis ira & dolore inflammatis , & in cædem obstinatis ac rabidis , non modo persuaderi ut hostibus parcerent non potuit , sed aliquot etiam illustres viros de numero suorum ; quod pro <sup>4</sup> miseris intercedere ausi fuerant , frænantes impetum , & in cives minime <sup>5</sup> admonentes , quam virtutem duci suo norant esse gratissimam , inflictis vulneribus occiderunt. in quibus fuit Rufus Quæstorius , qui à milite jaculo trajectus interiit ; nec non & Pompejus Rufus brachium gladio percussus occidebatur , nisi ad Cæsarem confugisset. tantus tamque indomitus militum ardor erat , tanta ex memoria gestarum rerum confidentia ac peccandi licentia , tanta ex odio resistendum cruoris sitis , ut multi exemplo territi , senatores & Romani equites campis excederent , ne in simile <sup>6</sup> discrimine inciderent. Quin & ipse Cæsar pro miseris intercessit , agensque non pro imperio sed amicis precibus ne perirent , nihil obtinuit. ad unum inexpiabili odio cæsi omnes. hic bellorum civilium fructus erat : hinc crudelitas , illic mors. Non est visa scriptoribus antiquis , nec mihi etiam videtur silentio prætereunda inter hos motus veterani virtus militis quintæ legionis. nam dum pugnaretur & lævo in cornu elephas vulneratus , & dolore vulneris irritatus , forte inermem in lixam irruisset ; & substratum pedibus ac mole corporis oppressum & magnis stridoribus territum conficeret : horrendo spectaculo ad misericordiam motus , stricto gladio occurrit

1. Adde , *illis dederunt.*

2. Videtur delendum *nisi.*

3. Lege , *armorum , quæ supererant , motu.*

4. Lege , *miseris.*

5. Aliquid deest , forte , *savientum.*

6. Lege , *discrimen.*

rit laturus opem, seram licet; jam enim ille miser <sup>1</sup> exprimaverat. Cum vero elephas sese ferro peti vidit, omisso ca. 229  
 davere versus in militem, proboscide circumventum in altum extulit. sensit miles ubi esset, & sibi aut viriliter agendum aut viriliter moriendum esse cognovit, gladio ergo quem in manibus habebat proboscidem belluæ vinculumque suum crebris repetitis ictibus perforat. quo victus elephas cruciatu, spuit ad terram militem incolumem, & solito cum stridore ad compares beluas cursu rapido se convertit. Tantum valet in periculo præsentem interritum animum habere. Cæsar trina castra hostium adeptus, Scipionis, Jubæ & Labieni, cæsis x <sup>2</sup> hostium, fufis aliis ac fugatis. & suis tantum deperditis, aliquot autem vulneratis, in castra regreditur. LIV elephantibus captis, armatis more solito, & turribus instructis: quos eodem quo capti erant ornatu ante opidum Tapson abduci iussit. hæc videns si forte Vergilius loci custos, & qui secum erant, exemplo suorum moti, infita obstinatione desistere & ad se transire vellent. cum nihil hac ostentatione proficeret, Vergilium nominatim evocari fecit, eumque blando sermone & suæ commemoratione clementiæ ad transitum cohortatus est. cum ille silentio se teneret, quod prævalidus locus erat, paulisper ab opido secessit. postero autem die sacrificio Deis facto, dignus vir qui uni & vero Deo sacrificium faceret, & pro eo pugnaret, convocato exercitu, spectantibus opidanis, milites pro concione collaudat, & viros egregios pro qualitate meritorum donis ornat ingentibus. confestimque discedens, Reblum proconsulem cum aliquot cohortibus ad Tapsum, ubi ut diximus Vergilius præerat: Gn. 3 Dommicum cum aliquot aliis ad Tisdram, ubi Confidius erat, obsidendam linquit. M. Messallam cum equitatu Uticam præmittit. ipse cum exercitu <sup>4</sup> primum subsequitur. Milites interea Scipionis, qui <sup>2</sup> <sup>3</sup> pugna evaserant, fugientes Uticam versus, cum Pardam pervenissent, quo prius Cæsareæ victoriæ fama pervenerat, & cumque <sup>5</sup> urbis incolis exclusi mœnibus opidi, illud viribus expugnassent, nondum propter adversitatem ferocitatis oblitum, ingenti lignorum strue foro medio erecta, aggestisque

A a a a

rebus

1. Forte, *expiraverat.*2. Adde, *milibus.*3. Lege, *Domitium.*4. Forte, *quamprimum*, licet ten-sus requireret, ut legeretur, eodem  
ut apud Hirtium.5. Forte, *ab urbis incolis.*

rebus omnibus incolarum, quæ asportari non possent, <sup>1</sup> superimpositis, una cum hominibus opidi, nullo discrimine ætatis aut sexus, omnes atque omnia crudeli incendio combufferunt, & quasi insigni facinore perpetrato Uricam proficiscuntur. illam urbem M Cato tunc regebat, qui propriis viribus diffusus, inermem plebem muris expulerat, & extra portam vallo fossaque & custodibus adhibitis circumcluserat. senatum vero urbis in custodia inclusum <sup>2</sup> detine. equites Scipionis supervenientes à Catone exclusi, Uticenses invasere, quod eos pro Cæsare <sup>3</sup> censisse cognoverant. quorum <sup>4</sup> exercitio non præda, sed sola ultio quærebatur. illi quibus audita victoria Cæsaris animos fecerat, se saxi ac fustibus egregie <sup>5</sup> defenderent. Inde ergo repulsi equites, Uricam sunt ingressi, multosque Uticensium occiderunt; expugnatis atque direptis occisorum domibus abire decreverant, quibus Cato multis verbis persuadere nitebatur, ut rapinis ac cædibus finem facientes secum remanerent, opidumque defenderent. neque hoc persuadere ullo valens ingenio, & intentionem eorum intelligens, quæ erat prædæ intendere non virtuti: mira, præsertim in hominibus victis, intentio; ut eorum <sup>6</sup> oportunam avaritiam aliqua ex parte compesceret, centena <sup>7</sup> sexterna dispersit in singulos. Idem de sua <sup>23</sup> pecuniâ fecit & Faustus Silla. & quoniam sic retineri <sup>8</sup> poterant, hic cum eis Jubæ in regnum iter arripuit. venerunt post hos alii atque alii in proelio fugientes, quos omnes ad tutelam urbis hortatus, cum paucis consilium placere, & majorem partem fugæ studio deditam videret <sup>9</sup> sed naves eis ad fugiendum quocumque libuisset præbuit. Tandem vero rebus omnibus quanto quivit accuratius dispositis, liberisque <sup>10</sup> qui tunc ei quæstor erat per fidem amicitia commendatis, nulla cuiquam ne levi quidem horreni propositi suspitione data, vultu & sermone solito & tranquillo cubitum ivit, secumque in cubiculum & Platonis librum immortalitatem animæ continentem simul & gladium clam invenxit: alterum quo mori vellet; alterum quo posset. lecto igitur

1. Adde, ac.

2. Lege, detinebat.

3. Lege, sensisse.

4. Forte, exitio, vel excidio.

5. Lege, defenderunt.

6. Lege, importunam.

7. Lege, sextertia. Fuerunt centum sestertii, non sestertia.

8. Adde, non.

9. Deest, amplius hortari destitit, aut quid simile.

10. Adde, suis L. Cæsari.

tur ad lucernam libro quoad sibi lectione firmitatem animi  
 assumpfisse visus est, paululum subticuit, <sup>1</sup> cum gladio,  
 quem ad illum diem ut ajunt incorruptum ab omni cæde ser-  
 vaverat, in seipsum stricto, pectus illud, quod constantiæ  
 templum aliquod habebatur, gemino vulnere confixit. ali-  
 quo forsan indicio experrecti medici atque amici ad thala-  
 mum introgressi, remedia adhibere vulneribus nisi <sup>2</sup> quod  
 ille æquo tulit animo, ut se ab illorum vexatione liberaret.  
 His digressis, & ferro, ut auguror, ablato, surrexit ille ite-  
 rum, & revelatis rescissisque vulneribus, ingenti copia fan-  
 guinis infecuta generosum spiritum manu extrusit. quam mor-  
 tem Seneca miris modis laudat, in eandem ipse quoque sen-  
 tentiam pronus. Cicero autem excusat. Augustinus rectius  
 & vituperat & accusat. & mihi prorsus sic <sup>3</sup> videtur. Ca-  
 to magni semper & constantis, sed <sup>4</sup> in finem, si de tanto <sup>32</sup>  
 viro loqui ausim, inconsulti præcipitisque, & ut vere dicam  
 vani animi fuisse. nam ut ait quidam scriptor egregius, Ca-  
 to videtur causam quævisse moriendi, non tam ut Cæsa-  
 rem fugeret, quam ut Stoicorum decretis obtemperaret,  
 quos sectabatur, suumque nomen grandi aliquo facinore cla-  
 rificaret. An quid mali <sup>5</sup> potuerit accidere si viveret non  
 invenio. Gajus enim Cæsar ut erat clemens, nihil aliud ef-  
 ficere volebat, etiam <sup>6</sup> & ipsi belli civilis ardore, quam ut  
 bene mereri de republica videretur, duobus optimis civibus  
 Cicerone & Catone servatis. hæc ille. Et certe horum alte-  
 ri clementissimus Cæsar fuit, alteri clemens esse non potuit,  
 quia eum non invenit. Constat autem quod audito hoc casu:  
*Cato*, inquit, *invidit gloriæ meæ.* & *Ego*, inquit, *sue invi-  
 deo.* Uticenses autem, etsi eum studio partium odissent,  
 propter integritatem tamen & dissimilitudinem cæterorum  
 ducum, & quod urbem eorum operibus publicis adornave-  
 rat, miserati exitum viri sepulchrum <sup>7</sup> illum statuerunt.  
 Catone rebus humanis exempto. L. Cæsar ex hoc malo bo-  
 num aliud decerpere cogitans, populum ad concionem vo-  
 cat. hortatur ut contentione deposita portæ Romano pati-  
 dantur imperatori: se de illius clementia plurimum confide-

A a a a 2

rē

1. Lege, tum.

2. Adde, sunt.

3. Sic delendum, & distinctio.  
 relegendum: *Mihi prorsus videtur Cato,*  
 &c.

4. Lege, in fine.

5. Adde, illi.

6. Forte, in ipso.

7. Forte, illis



re ac sperare. Non fuit <sup>1</sup> longus opus tractatu: ad idipsum  
 proni erant animi. portis apertis Cæsari obviam <sup>2</sup> pergit.  
 Interim Messalla, cui hoc injunctum fuisse prædiximus, U-  
 ticam venit & pacifice susceptus, omnes portas custodibus  
 occupat. Interea Cæsar Tapso digressus Uticam petebat,  
<sup>3</sup> que medio urbes itinere obvias sine proelio occupat <sup>4</sup> Ut  
 zutam Hadromentum, magnamque in eis vim frumenti at-  
 que armorum. Uticæ propinquantem L. Cæsar occurrit, ra-  
<sup>233</sup>ptimque ad genua provolutus, nil aliud petiit quam vitam.  
 hanc sibi Cæsar & Catonis filiis qui secum erant aliisque  
 comitibus clementissime concessit. & jam luce ambigua U-  
 ticam venit, atque extra opidum noctem egit. mane portas  
 ingressus, convocatis civibus de præterito gratias egit ad  
 perseverantiam <sup>5</sup> coartatus. Erant Uticæ ccc viri ditissi-  
 mi, magna pars Romani negotiatores, qui pecuniis suis e-  
 nixe admodum bellum juverant, & faverant Scipioni. hos  
 Cæsar oderat vehementer nec immerito, animose enim se  
 adversus eum gesserant. sed ejus odium semper citra sævi-  
 tiam sistebat. hos extrema igitur supplicia metuentes cum  
 ad se adducti essent, acerrimis verbis increpuit, deque eo-  
 rum flagitiis longum texuit sermonem. cumque ab omnibus  
<sup>6</sup> superaretur ut orationem tam infestam mortis sententia  
 sequeretur, & ipsi metu vicinæ mortis attoniti post tot ver-  
 borum tonitrua, jam pro meritis fulmen ultimum expecta-  
 rent: conclusit longe ab opinione cunctorum: *Et ite, ait,*  
*de vita securi. hanc solam vobis dono. bona vestra quæ Uticæ ha-*  
*betis, vendi jubeo. vobis ipsis tamen primum redimendi locum*  
*tribuo, ut pro pretio quod rebus constitutum fuerit, emptores o-*  
*mnnes alii vobis cedant. insperato gaudio concussi, & vix sui*  
*compotes: Imo vero, inquit, non est hæc sufficiens stultitiæ*  
*nostræ pœna: aliquid amplius multæ nomine simul nobis omnibus*  
*imponere. Miratus est Cæsar. Et impono, inquit, vobis <sup>7</sup> D. M.*  
*sextertiorum sex solutionibus intra triennium persolvenda. Hodie,*  
*inquit, nos <sup>8</sup> damnatos intelligimus ut simul omnia persolva-*  
*mus; proque tam miti castigatione, concessaque præter spem vi-*  
*ta,*

1. Lege, longo.

2. Lege, pergitur.

3. Lege, atque medio itinere.

4. Lege, Uzitam, Adrumctum.

5. Lege, cohortatus.

6. Lege, expectaretur, aut speraretur.

7. Bis millies sextertium est in Hirtio.

8. In Hirtio recte legitur *dam-*  
*natos.* quod cum non intellexerit hic  
 scriptor, aut in vitiosos codices,  
 ineptam hanc inde confecit senten-  
 tiam, ut in aliis quoque locis factum

ta, tibi imperator invictissime gratias agimus. Dum hæc ad Urticam Cæsar agit, Juba rex, modo tam superbus, diurnis<sup>234</sup> latebris nocturna fuga deviis sylvosisque tramitibus, suum olim ad regnum, regnique caput Zamam opidum pervenerat, ubi larem præcipuum, uxoresque & filios & thesaurum habebat, palatiumque ibi sumptuosissimum erexerat. ibi vero homo vanissimus, qui magna principia præcipitanter amplexaretur, neque exitus metiretur, in ipso belli principio adversus Cæsarem temerarie suscepti, ingentem lignorum pyram media urbe congefferat, ut si bello succubuisset, omnes illic cives ferro cæsos imponeret, atque ita submissis ignibus & accensa pyra, se & filios, omnemque thesaurum superjaceret, ut sic omnia cremarentur, neque de fortunis suis ad Cæsarem <sup>1</sup> aliud perveniret. id sibi consilium fortasse magnificum videbatur. At Zamensibus, & præsertim Cæsarem amantibus, merito non placebat, eaque res civibus illum suis odiosissimum effecerat. neque enim unius hominis desperatio, uni magno populo excidium publicum afferre debuerat: nec illa quidem sola iniqui consilii causa erat, sed invidia: qua impulsus rex immanis, non victores modo consuetis belli præmiis; sed suos vita spoliare decreverat, quasi eos post se vivere judicaret indignos. quod non dicam de subditis liberis, <sup>2</sup> tamen hominibus; sed de servis etiam inhumanum prorsus judicium ac superbum esset. Hac ergo de causa jure optimo suis omnibus invisus erat. & fortuna sibi in omnibus adversante, odio quoque contemptus accesserat. his duobus pessimis comitibus cum ad opidum pervenisset, ut admitteretur ad suos penates & suos liberos, minaciter, post flebiliter atque suppliciter petens; cum neutrum valuisset, orare institit ut uxores sibi saltem suas ac liberos aliquo terrarum abducendos redderent. Cumque ne id quidem sibi permitteretur, <sup>3</sup> ne ad aliud responderetur, desperatione ultima digressus surdis à mœnibus, cum Petre<sup>235</sup> jo qui olim in Hispania contra Cæsarem steterat, equitibusque perpauca ad villam suam urbi proximam est profectus. Zamenses nondum ejus metu liberati, per legatos orant Cæsarem, ut priusquam rex reparatis viribus eos invaderet, opem illis aut ferret aut mitteret: se usque ad mor-

A a a 3 tem

1. Forte, aliquid.

2. Lege, sed de servis etiam, tamen | hominibus.

3. Lege, neque aliud.

tem fidem illi servaturos, Zamam quoque sibi servare. Cæsar legatos, & à quibus missi sunt laudat. jubet illico reverti, & adventum suum Zamensibus nuntiare, progressosque legatos ipse subsequitur. Vulgata autem adventus Cæsarei <sup>1</sup> multi ex regiis Cæsari obviam pergunt, veniam orant impetrantque: cumque ingenti <sup>2</sup> supplicium committatum Zamam pervenit. Cognita autem clementia ejus, quæ tam multis exhibita latere non poterat, equites regni omnibus ex angulis Zamam conveniunt, petentes veniam, nulli omnium negata est. servati omnes, metuque & periculo liberati, nullus re aut verbo violatus. Dum hæc Cæsar ad Zamam gerit Confidius ille, cujus supra mentio est habita, qui nuntium ferentem litteras pacis occiderat; fortunam audiens suarum partium, sibi que permetuens, Thisdra cui <sup>3</sup> nunc præerat deserta, cum ingenti pecunia Getulis comitantibus in regnum ibat, Jubæ se conjuncturus, sed cum esset in via, à Getulis, quorum se custodia fideique crediderat, cupiditate pecuniæ interfectus, argumentum dedit, quanto securior sit pauperis vita quam divitis, quantum solitarius viator quam comitatus sæpe securior. C. quoque Vergilius, cujus superius mentionem fecimus, ubi Scipionem acie victum, Catonem manu propria peremptum, <sup>4</sup> ubique fusos; Cæsarem Uticam, Zamamque, urbesque alias, omnibusque victori factis, possidere; Jubamque regno pulsum desertumque, aliosque duces partium; nusquam aliud esse præsidii, nihil spei; sibi liberisque suis consulens, cum Canino proconsule à quo obsidebatur vitam pepigit. atque ita qui Cæsari suaviter se vocanti ne responsum quidem dare dignatus fuerat, sic res hominumvolvuntur, seipsum filiosque & sua omnia, ipsumque Tapson cui præerat, legato Cæsaris <sup>5</sup> concessit. Dum paulatim reliquæ partium dilabuntur, Juba Rex & regno & spe qualibet privatus, cunctis exclusus urbibus, ab omnibus derelictus, quærebat si qua esset via, ut qui male vixerat, bene moriturus videretur, sicubi cum hoste congressurus, ubi posset interfici, hoc maxime <sup>6</sup> exoptant quod omnes maxime metuunt <sup>7</sup> fugiunt. sed ubi hoc inveniretur? nusquam bellum,

nus-

1. Videtur deesse, fama.

2. Lege, supplicium committatum.

3. Lege, tunc.

4. Adde, reliquas.

5. Lege, concessit.

6. Lege, exoptans.

7. Lege, fugiuntque.

nusquam proelia. pax & Cæsar omnia possidebant. & vitæ igitur & mortis honestioris spe amissa, ad illud ultimum remedium, <sup>1</sup> quod tunc multi utebantur, se convertit, egitque cum Petrejo extremarum comite fortunarum, ut invicem ferro decertarent, alterque alterum occideret. consentit ille non difficulter, ut qui vivere amplius gravaretur. Concurrent ergo ex condicito, & Petrejo obruncato, rex superstes quid <sup>2</sup> ageret in se manum vertit. sed cum pectus ferro transverberare non posset, seu metu impediente, seu lorica: servum suum ut se occideret exoravit, & obediens servus fuit. secundum alios, Petrejus & orantem regem, & ex ordine semetipsum eodem mucrone perfodit. quodcunque horum verius: id quidem constat, aperto in convivio, & ut dicam quod sentio, ab ebriis factum est. mensæque dapæ & pocula hinc Romano sanguine, hinc regio <sup>3</sup> manduerunt. Hic est igitur Petreji, hic est Jubæ regis exitus. nec felicior Saburra præfectus regius, nisi quod illi pugnando mori contigit, quod dominus suus frustra optavit: congressus nempe cum P. Satio Cæsaris legato, proelio victus, & fuso exercitu interfectus est. Cumque Satio idem victis hostibus ipse cum paucis per Mauritaniam iret ad Cæsarem: <sup>237</sup> Faustus forte & Afranius cum mille viris ad Hispanias ibant. cumque invicem conflixissent, vicit Satio, & reliquis interfectis, ac in fidem acceptis; Faustum ipsum cepit, & Afranium cum uxoribus filiisque ad Cæsarem perducturus. nec multo post dissensione exorta inter milites, Faustus & Afranius occiduntur. conjugibus natisque Cæsar & salutem dedit, & bona restituit. Dum sic duces Pompejanarum partium undique, quasi frondes per autumnum ruerent, fortunæque turbinibus agerentur: solus quasi jam dux ducum Scipio restabat. navibus quidem longis aliquot cum comitibus ipse quoque ad Hispaniam ibat. Credo quod ibi per filios magni Pompeji <sup>4</sup> reverteri civile & recalescere ferebatur. Cum diu multumque pelago jactatus, cursum applicare nequivisset; ad <sup>5</sup> Hisponem regium, ventus eum & sua fors appulit, ubi tunc ipsius P. Satio classis erat. Ursi pauciores à pluribus invaduntur, <sup>6</sup> opprimunturque velociter. ubi se Scipio

A a a a 4

pio

1. Lege, quo.

2. Aut deest aliquid, aut legendum cum interrogationis nota ageret?

3. Lege, *maduerunt.*4. Lege, *reverteri civile bellum, &c.*5. Lege, *Hisponem regium.*6. Lege, *opprimunturque.*

pio circumventum vidit, puduit vivere, atque antequam caperetur, ferrum merfit in viscera. irrumpentibusque militibus, & quærentibus ubinam esset imperator, respondit illam vocem famosissimam & magnis laudatam viris, qua suorum majorum gloriam in Africa æquasse illum dicunt, & ego crederem si vellem, & potest qui vult credere: *Imperator bene se habet* inquit, atque ita <sup>1</sup> incognitis expiravit. Comites ejus, Torquatus, Damasippus & <sup>2</sup> Perletorius interfecti sunt. atque hujus belli civilis in Africa finis fuit.

Cæsar bello Africæ finito, in Italiam reversurus, & obsequiorum memor, & quamvis scriptum de illo sit, quod nihil soleret præter injurias oblivisci; non tamen profus <sup>3</sup> immemor offensus, & præmio & pœnæ animum applicuit: pœnæ inquam pecuniariæ, nam pœnam sanguinis naturaliter abhorrebat. Zamensibus quod regem excluderant liberalis fuit. tributa & vectigalia moderatus est, regno in formam provinciæ redacto. Salustium proconsulem cum exercitu præfecit. Idem fecit Uticensibus. <sup>3</sup> utrique bona eorum civium Romanorum qui contra se arma <sup>4</sup> fecissent, vendi fecit. Tapfitanis, Leptitanis, Thisdritanis pecuniæ, frumenti atque olei multam annuam imposuit. bona civium, atque ipsas civitates ab omni direptione & injuria salvas ac liberas esse jussit. eundem morem Caralis tenuit, <sup>5</sup> qua & Utica digressus tridui navigatione pervenerat. inde quoque discedens ante IIII Kalendas Julii, atque adversis tempestatibus impeditus VII & XX diebus in itinere consumptis, Romam attigit.

Jam diuturnitas belli pacem, labor requiem, triumphum victoriæ flagitabant: non civiles quidem istæ, sed hostiles illæ, de quibus antea dixeramus. quomodo autem triumpharet, aut qua ratione quiesceret? de quo scriptum sit: nil ætatum credens cum quid superesset agendum. Cum adhuc bellorum & laborum materia superesset, Pompeji magni filii Hispaniam occuparent; sequebatur autem illos non quidem patris virtus, sed hominum favor ingens, & paternum nomen. Gneus ac Sextus, sic pro uno duos substituerat fortuna <sup>6</sup> Pompejus. egeratque Gneus major natu, cui plus indu-

striæ

1. Lege, *incognitus*,

2. Forte, *Platorius*.

3. Lege, *ubique*, vel *utrinque*,

4. Forte, *tulissent*.

5. Forte, *quo. ex.*

6. Lege, *Pompejos*,

strix̄ inerat atque consilii, confugiendo in fidem ac clientelam omnium Hispaniæ civitatum, precandoque & fortunam suam miserando, patrisque memoriam renovando; ut jam sibi licentiæ multum partum esset. nec precibus tantum, sed vi etiam congregato exercitu, inciperet provinciam vastare; ita ut pedetentim, qui favorabiles ab initio fuerant, esse inciperent odiosi. <sup>1</sup> hunc sibi novissimum <sup>2</sup> belli actum<sup>239</sup> minime negligendum ratus Cæsar; eo raptim proficiscitur. duo in hoc iter vix auditu credibilia inciderunt. nam & ab urbe Roma in Hispaniam ulteriorem immensum terræ spatium emensus, IIII & XX die pervenit: viatori, ne dicam exercitui, celeritas optanda. magnum hoc: quod sequitur majus. horum siquidem tam paucorum spatium dierum, tam multas inter curas pœma scripsit, quod inscripsit: *Iter*. quod illud scilicet in itinere edidisset. sic Pierides armis inserere, & nunquam otiosus esse didicerat. Primo Cæsar in Hispaniam adventu, civitatum motus ingens fuit. undique legati ad eum, undique transfugæ. Jam enim <sup>3</sup> ad Pompejani juvenes, sive in odium sive in tædium vertere cœperant, & ut nulla esset in eis culpa, mos est tamen antiquus populorum, semper novos dominos, novas res optare. & fama Cæsar is haud immerito super omnes excreverat, ut universi homines ejus splendore caperentur, cuperentque <sup>4</sup> ceram cernere, quem usque adeo mirabilem audiebant. In hoc principio, ipso maris in ostio, ubi Oceanus terris illabatur, & mediterraneum hoc pelagus nostrum parit; inter legatos invicem partium, hinc Didium, illinc Varum, & ambobus cum ipsa tempestate certatum est. nec minus à ventis & fluctibus quam ab hostibus periculi atque horroris, dum & hinc hostes sævirent, & illinc sævitiam rabiemque hominum maria coërcerent utraque classe bello simul & naufragio laborante, duæ partes, duo maria, duplex furor, duo elementorum atque hominum procellæ. Per hos dies à Cæsarianis duo pedites capti sunt qui se servos dicerent. non licuit in his Cæsari suam consuetudinem servare. antequam ad eum ducerentur, quod à Cæsariano exercitu transfugissent, recogniti, & à militibus interfecti sunt: & rebelliones capti<sup>240</sup> qui ad Pompejum Corduba mittebantur, & præcis illico

A a a 5

ma-

1. Forte, *hpc.*2. Lege, *bellum.*3. Videtur delendum *ad.*4. Lege, *coram.*

manibus sunt remissi. similiter 1 simulato Pompejanus atque occisus est. Credo ego milites iratos bello, & 2 imperator sui morum conscios atque clementiæ, hoc remedii genus excogitasse, ne quis faciem ejus videret, ut sic nullus evaderet. Cordubam Pompeji tenebant: Cæsar obsidebat, illis tamen absentibus. multisque ibi & magnis insultibus deceratum est. Cumque die quodam ferro & flammis solito 3 etiam pugnaretur: opidani ira in furorem versa, hospites qui securi secum jure veteris hospiti morabantur, inspectante Cæsar's exercitu jugulatos è muris præcipitare, quasi crudelitate non virtute victoria quæreretur, inceperant. spectaculum miserum atque horridum. Qua re ex gemitu morientium audita, 4 unius qui ad tutelam muri in terra sub cuniculo erat exclamavit: *Tetrum scelus & immane flagitium, nullaque non barbarie detestandum commisistis absque ulla causa: nihil enim mali merebantur, qui nihil mali fecerant, qui ad vos vestrasque se aras & 5 foros infausa fiducia contulissent. jus hospitii sanctum gentibus soli vos spreveritis, atque 6 uticam spreverisse sufficeret; inhumano illud scelere violastis.* Multa quoque in hanc sententiam dixit, quorum verecundia repressi cives, ab hospitem cædibus se continuerunt. sic interdum unius boni viri multos inter malos valuit oratio: & inter hostes etiam suum honorem virtus invenit: ea res relatu transfugæ in exercitu primum Cæsar's innotuit. die proximo Tullius 7 quidem cum Carone quodam Lusitano legatus ex opido ad Cæsarem venit. hujus prima pars orationis fuit, *Optare, suos potius fuisset quam Pompeji miles, suamque constantiam in hujus* 24 *potius felicitate quam in illius miseriam præstitisset.* finis autem fuit, *se à Pompejo desertos, victos à Cæsare, seque & opidum dedere atque orare ut clementiam quam victis gentibus præbuisset, suis civibus non negaret.* Multa præter hæc locutus est, quæ scriptorum vitio confusa vix intelligi possint. unum illud intelligitur, quod multis ultro citroque dictis, tunc deditio non 8 præcessit. Crescebat indies obsidio, nec Pompejus 9 expectantem opem aut ferebat aut mittebat obsessis. quin etiam

1. Forte, *speculator Pompejanus capius atque.*

2. Lege, *imperatoris.*

3. Adde, *more.*

4. *Unus, vel Junius, ut Hirtius habet.*

5. Lege, *focos.*

6. Lege, *utinam.*

7. Lege, *quidam.*

8. Lege, *processit.*

9. Forte, *expectatam.*

etiam pro concione dixisse ferebatur , ut quoniam eis auxilio adesse non <sup>1</sup> potest, ipsi noctu & beneficio tenebrarum è conspectu hostium evaderent, quod cum dixisset, unum ex astantibus respondisse, ut pugnae potius quam fugae signum daret; eumque qui id dixisset, quasi duci ignaviam exprobrasset, neci datum. Hæc quoque res ex profugis agnita. intus quoque in opido angustia (ita necesse est) crescebant. matrona è muro desiliens dixit, se cum ancilla sua statuisse transfugere. <sup>2</sup> ullam forte cognito proposito jugulatam, se fuga præcipiti evasisse. Tabellæ quoque è muris projectæ sunt inventæ, in quibus sic ad litteram scriptum erat: *L. Mutius Cæsari. Si mihi vitam tribuis, quoniam à Gneo Pompejo sum desertus, qualem me illi præstiti; talem virtute ac constantia <sup>3</sup> facturum me in te præstabo.* Simul & legati qui prius venerant ad Cæsarem redierunt; eorum oratio simplex fuit & apta & brevis. *Si eis vitam largiretur, se die proximo opidum dedituros.* quibus Cæsar hoc unum respondit. *Cæsar sum, fidem præstabo sic effectum ut ante diem xi Kal. Martii opido potiretur.* Id cum Pompejo notum esset, deposita spe curaque Cordubæ defendendæ, castrisque motis abscessit, atque <sup>4</sup> ubicunque opidum petiit, ibique convocatis quos sibi fidos arbitrabatur imperavit ut summo studio perquirerent, qui ad eum, quive ad Cæsarem proni essent. quod cum ad se relatum es-<sup>242</sup> set. LXXIIII ex iis qui <sup>5</sup> Cæsarem faventes victoriæ dicebantur, quod Cæsarem amare crimen ingens esset, securi ictos occidit, reliquos intra opidum inclusit: è quibus cxx <sup>6</sup> clusis custodiis ad Cæsarem transfugerunt. Multa præterea ab ipsis Pompejanis per eosdem dies crudeliter gesta sunt, ceu præfagientibus fati diem sibi instare: & qui mos ferus est quorundam, inferias sibi præmittere <sup>7</sup> aliena <sup>8</sup> sibi querentibus. Pompejus hoc tempore magnanimitatem suam & metum Cæsaris cum amicis simulabat. inventæ sunt litteræ ejus continententes, Cæsarem non <sup>9</sup> audire in campum copias educere, suis tyronibus diffidentem: qui si pugnae copiam æquis in locis aliquando faceret, se rem omnium opinione celerius confecturum, idque expectare ac sperare. Ibat in-  
terea

1. Forte, *posset.*  
 2. Lege, *illam.*  
 3. Forte, *futurum.*  
 4. Lege, *Deubim.*  
 5. Lege, *Cæsaris, vel Cæsareæ.*

6. Lege, *elufis.*  
 7. Lege, *alienas.*  
 8. Videtur delendum illud *sibi.*  
 9. Lege, *audere.*



terea Hispanias ambiendo, & <sup>1</sup> ipse dicebat, civitates suarum partium conservando. itaque in Hispalim venit, contraque urbem in oliveto castra posuit. inde alias atque alias adiit. ad extremum <sup>2</sup> Mundi substitit; supremis cladibus <sup>3</sup> aliam fortunam delegerat. Eo & Cæsar venit, contraque Pompejum castra metatus est. Pompejus Fausto scripserat, quod <sup>4</sup> quantum intelligi datur, intra opidum erat, Cæsarem mediam in vallem nolle descendere, quod exercitus sui magna pars tyronum esset. quæ litteræ miris modis opidanorum animos attollebant. Cupide enim spes arripiunt omnes mortales, & ea sibi fingunt animis, quæ nec esse nec fieri posse cognoscunt: tam dulce est non dicam sperare, sed cogitare quæ delectant, quomodo enim impossibilia sperentur non intelligo, cogitari autem possunt omnia.

<sup>243</sup> Dum se sic Pompejus sic alios solaretur, & ingenti quantum arbitror sollicitudine agitatus magna parte noctis instructis staret aciebus: Cæsar nescio quonam iter acturus castris egrediebatur. cui cum status hostium nuntiatus esset, constitit constituitque aciem. Concursum est hinc inde clamoribus, sed majoribus animis, ineffabilibus odiis atque immensis. pugnatumque acriter & pertinaciter. & quod pene pudendum dixeris humanæ fragilitatis indicium: nusquam Cæsari neque cum hostibus, neque cum civibus aut tam anceps eventus, aut propius extremo periculo res fuit; *usque adeo*, sicut elegantissime ait Florus, *5 plane videretur, nescio quid deliberare fortuna.* Et quid aliud reor, nisi an amicum suum usque in finem rara & sibi prorsus insolita fide comitaretur; an eum extremo jam calle desereret ad alium transitura. Tantaque hæc fortunæ deliberatio, tam diuturna <sup>6</sup> ut inter moras proelii neutra in parte inclinante victoria; cum jam veterana illa militum manus tot probata victoriis, Cæsareis oculis insolitum dedecus, <sup>7</sup> sensum retrocederet; nec quominus palam fugeret, tam virtute, quam pudore teneretur, quod nunquam ante illum diem fecerat: dubitare Cæsar cepit ac diffidere, & solito mœstior ante aciem stare. ita tamen ut nihil idem de solita imperatoria virtute remitteret, <sup>8</sup> uno equo desiliens & furenti simillimus primam peditum

in

1. Adde, *ut.*2. Lege, *Munda.*3. Forte, *illam.*4. Lege, *qui.*5. Adde, *ut.*6. Videtur deesse, *fuit.*7. Lege, *sensim.*8. Forte, *imo.*

in aciem evolare: clamans, increpans, obsecrans atque exhortans, nec tantum voce vel oculis, sed manu & pectore fugam sistens, & fugere incipientes in proelium vi retorquens, <sup>1</sup> tanquam denique trepidatio lucis illius fuit, tamque diu ambiguus pugnae finis, ut cogitasse Cæsarem de extremis scriptorum plurimorum <sup>2</sup> tradiderunt; & eo vultu fuisse, quod jam mortem sibi <sup>3</sup> consistere cogitaret, quam <sup>244</sup> quam apud eos qui proelio interfuerunt nulla penitus rei hujus est mentio. & est sane difficile, non tantum absentibus, sed praesentibus diffinire quid secum quisque cogitet. Ego autem haud difficile ad credendum ducar, quod si de victoria Cæsar timuit, simul & de morte cogitavit. quomodo enim quove animo uni adolescenti terga vertisset is, qui parentem ejus talem virum, qui tot reges, qui tot duces, qui populos non urbium modo sed regnorum totiens terga sibi vertere coëgisset? utique igitur si vinci timuit, mori optavit vincere solitus, non vinci: sed an vinci timuerit quis novit? Dicunt tamen, & <sup>4</sup> quidem etiam pro comperto asserunt, tamdiu hæc rerum ambiguitas duravit, donec quinque cohortes hostium à Labieno castris laborantibus <sup>5</sup> auxiliorum directæ, mediamque in aciem properantes, fugæ speciem <sup>6</sup> prætenderunt. O fortuna ut creditur in omni re potens, sed in bello potentissima. Siquidem Cæsar, sive illas vere fugere arbitratus, sive <sup>7</sup> crudelitatem similans, ducum sagacissimus, velut in profugas imperum facit, animosque & suis addidit ut fugere hostes rati sequerentur, & <sup>8</sup> hostibus depressit, ut dum fugere suos suspicantur fugerent. Itaque Labienus <sup>9</sup> Cæsar desertor ac transfuga, sui que pristini ducis hostis inexorabilis, cui parare perniciem quærebat, victoriam insperatam, <sup>10</sup> si vero mortem peperit. Eo enim proelio & ipse concidit, unaque secum Actius Varus, & cum eis triginta milia hominum cecidere. cecidissent plures nisi tam proximum urbis profugium fuisset. de victoribus ad III cæsi, plures faucii equitum ac peditum. Itaque cum Cæsar muris obsidionem admovisset, agger flebilis & horrendus è cadaveribus factus est, per quem ad oppugna-<sup>245</sup> tionem

1. Forte, tanta.

2. Forte addendum, monumenta.

3. Lege, confiscare.

4. Lege, quidam.

5. Forte, auxilio.

6. Forte, præ se tulerunt.

7. Lege, credulitatem.

8. Lege, hostium.

9. Lege, Cæsaris.

10. Forte, sibi.

tionem urbis ascenderetur. quæ telis ac mucronibus, velut calce compacta, invicem cohærebant, murique cujuscumque officium ministrabant. Ite nunc miseri & civilibus bellis incumbite: dumque aliis invidetis vos ipsos opprimite. Ecce de vestris cadaveribus superstites <sup>1</sup> oppugnantibus. an aliud peris an quidquid furoribus nunc etiam vestris deest? An vult aliud Labienus tam fervidus insultator? & alii cedere tuis instigatibus Labiene. & tu miser cum aliis cadaver unicum jaces: quamvis & tibi & Varo sepulchra facta reperiam. & quoniam tuis in eo statu vacasse non arbitror, extimo illa Cæsareæ, tibi quidem prorsus indebitæ, fuisse clementiæ. satisque auguror si sic est te, ut obstinato eras animo, inhumatum abjici maluisse. Gneus quidem Pompejus, & humero & lævo crure <sup>2</sup> fanco, inter medias cædes proelio pulsus excessit. hunc in lectica, quod nec equo nec vehiculo uti posset, nemorosa avia penetrantem, fuga humili & occulta atque in speluncis latitantem, Cæsonius Cæsaris legatus resistentem adhuc & miseræ spei reliquias refoventem affecutus, ad Lauronem, id est loco nomen, obtruncat: caput ad Cæsarem refertur, talibus assuetum muneribus non gaudentem. Hujus germanum Sextum Pompejum in Celtiberia abscondisse fortunam tradunt, <sup>3</sup> ne quoniam scilicet deessent bellis civilibus alimenta. Munda post proelium expugnata quidem à Cæsare, sed ingenti prius sanguinis profusa <sup>4</sup> delivio. Per eos dies oppugnata rursus <sup>5</sup> Vero duba, quæ qualiter defecisset non invenio. magni ibi motus, ingens in civitate dissensio, parte una ad Cæsarem, altera in contrarium inclinante. Cumque esset ad arma dis-  
<sup>246</sup>scursum vicit pars quæ Cæsarem colebat, sibi que opidum cessit. de parte adversa <sup>6</sup> ei & viginti milia cecidere, quamvis magnæ urbi cuilibet insignis strages. Cæsar Hispali digressus Idibus Aprilis Gades petiit. inde rursus Hispalim rediit, ut Hispanas res velut ultima voluntate disponderet, quo <sup>7</sup> reversus amplius non erat. ibi vero concione advocata, beneficia sua in eam urbem commemoravit & antiqua & nova. <sup>8</sup> in finem eos arguit tanquam mala pro bonis omni-  
tem-

1. Forte, oppugnantur. an aliud petitis? an quicquam.

2. Lege, sancio.

3. Forte, nequando, vel nequa.

4. Lege, diluvio.

5. Forte, Corduba.

6. Forte, duo.

7. Lege, reversurus.

8. Lege, in fine.

tempore reddidissent: in pace seditiosi, in bello autem ignavi. quod Gneus Pompejus adolescens eorum fatus auxilio, <sup>1</sup> cæsis civibus agros & <sup>2</sup> vicinia vastasset, & cæsis civibus illic contra se fasces & imperium suscepisset, immo vero contra populum Romanum, cujus ipse regnum teneret. Quid enim crederent, ne forsitan Hispalenses. <sup>3</sup> Romano vincere, quod eorum provinciam populati essent; an extincto Cæsare, qui mortalis esset, non sentirent Romanum populum immortalem? & in præsens x habere legiones quæ non tantum Hispalensibus resistere, sed cælum ipsum diruere sint potentes. quo in verbo non solum illa inest altitudo, quæ omnibus patet, sed illa etiam occultior, quæ in recentendis viribus Romanis, non omnes, sed suas tantum dinumerat legiones, quasi reliquas nullius pretii, & ne memoria quidem dignas censeat. Multa hujus historiæ in loco scriptorum vitio confusa prætereo ad finem properans. hic ergo bellorum civilium in Hispania finis esto.

His tot bellis exactis, tot laboribus exantlatis, quos <sup>4</sup> modum pati; sed scribere; sed legere; sed audire difficile est, victor Cæsar Romam rediit. Felix meo iudicio quidem vir felicitate bellica, secundum stylum loquor, si patriæ hostes tantum, non & patriam vicisset. ea certe fuit verecundia, eaque Romani moris observantia, ut tantum de hostibus <sup>247</sup> triumpharet, & interfectorum se duce tantum hostium numerum scribi memoriæque mandari pateretur. Numerum vero civium occisorum scribi vetuit, ne domesticas clades atque miseras patriæ exprobraret: quamvis & in numero cæsorum hostium etsi non Romanis, at Romano generi exprobratio ingens fieret. Siquidem ejus ductu, ut ab illustribus traditum est auctoribus, undecies centena & nonaginta duo milia hostium cæsa sunt. & sequitur quantum bellis civilibus <sup>5</sup> viderit noluit annotari. triumphavit quater, ut fere omnes sunt auctores, & <sup>6</sup> centuriones tradunt quinquies. Primus triumphus fuit de Gallia atque Britannia, isque omnium clarissimus. secundus de Ægypto. tertius de Pharnace & Ponto. quartus de Juba & Africa. quintus de Hispania. Ego vero adderem his sextum de Massilia, nisi quod for-

1. Videtur delendum aut hic, aut paulo post.

2. Forte, vicina.

3. Forte, Romanos vincerent.

4. Forte, non modo.

5. Forte, casi fuerint noluerit.

6. Forte, certiores.

orstan 1 his triumphus sub Gallico continetur. nam de Massilia illum triumphasse non est dubium cuiquam, qui acerrimam illam Ciceronis de Cæsare loquentis querimoniam in libris Officiorum legerit. *Vexatis, inquit ac perditis nationibus externis, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex transalpinis bellis triumpharunt. de Theffalia & Tapso & Munda victoriæ ingentes, sed triumphus nullus. veteri enim more Romano nunquam triumphus civili sanguine quærebatur. Hic igitur triumphorum & bellorum & fundendi sanguinis finis fuit. Ita tandem longis bellis pax alta successerat.*

Ea quidem magnitudo rerum & claritas victori gloriam, 2 ex terris gentibus stuporem, suis civibus livorem odiumque pepererat. Neminem certe clementius, neminem liberalius victoria usum constat, idque 3 maximi sunt auctores. Invidebant tamen, & quod miraberis, invidentes certabant eum honoribus ornare. positæ in templis imagines, 4 suggestri in curia, fastigium in domo, mensis in cælo: ipse pater patriæ perpetuusque dictator. ita enim hæc omnia scripta sunt. Ipse suam omnem clementiam 5 potentiam in cives effundere. nihil de tanto imperio suum erat præter gloriam & imperii nudum nomen. pecunias omnem ætatem contempserat. voluptates ut sperneret jam sibi ætas devexa præstabat. Negare non possum, quin in republica juvenis paulo impetuosior, & principatus semper appetentior 6 fuit, quam sat est, ne si hoc negem, ipse meis scriptis 7 arguer, & his auctoribus 8 nuda illa decerpserim. Sed quis virtutes alias viri hujus enumeret, quis illam unicam abunde laudaverit, qua omnes vicit principes, clementiam! Sed quid agant, quove se vertant homines, ubique periculum, nihil tutum. verissimum illud Liricum: *Quid quisque vitet, nunquam homini satis cautum est in horas.* exilio cesserat Africanus invidiæ. Cæsar beneficiis obstiterat. tutius illud apparuit. rem verissimam sed mirabilem & indignam dicam delicatis animis: ipsa beneficentia gravis erat, & unum omnia posse multis utile, sed molestum omnibus. hinc invidiæ incre-

1. Lege, *hic*, vel *is*.2. Lege, *exteris*.3. Forte, *maximi tradant*.4. Lege, *suggestus*,5. Adde, *ac*.6. Lege, *fuerit*.7. Lege, *arguar*.8. Lege, *unde illa*:

cremента ; quid facerent raptori impio , qui pati clementem principem & munificum nequiverunt ? Unde hercle amorem omnium merebatur , inde omnium ferme odia , & paucorum infidias , & ad ultimam causam mortis invenit. de qua in extremo dicam , eo quod extremus humanorum actuum sit mori. ante tamen de quibusdam quæ ad corporis habitum formamque & ingenium & eloquentiam & mores , domesticam viri vitam attinent , attingendum puto , secundum quod à præclaris auctoribus sparsim tradita elicere , & in unum studio colligere dabitur : non quidem omnia , nec oportet , sed quæ vel utilia cognitu vel delectabilia videbuntur. Corpore quidem altus fuit , candidus , teres , maximarum virium ; peritia rei militaris eximia , incredibile patientia laboris , vultu modice , <sup>1</sup> sed non pleno , oculis nigris atque vivacibus , valetudine usque sub extremum prospera , tunc tamen & animo nonnunquam linquunt solitus , & per quietem <sup>2</sup> vis concuti. In corporis cultu curiosior parumper quam requirere videretur tanti animi magnitudo. calvitium ægre tulit , revocare capillum à vertice in frontem consuetus , & è cunctis honoribus à Senatu & populo sibi oblati nullum recepit avidius quam <sup>3</sup> præminis usu laureæ <sup>4</sup> contra calvitium tegetetur. reliquo etiam cultu corporis insignem extitisse & in pace constat & in bello , mundum præterea delicatum nitidumque ultra quam satis esset viro forti. & rerum talium studiosum fuisse , nota res est , usque adeo ut <sup>5</sup> nullam à fundamentis sumptuosissime extructam , quod non plene oculis responderet , funditus everteret , idque tunc etiam inopem fecisse , atque ære pressum alieno. margaritarum & gemmarum & <sup>6</sup> tore juvenum & signorum & pictarum tabularum avidissimus : disciplinæ vero domesticæ tenax valde , non magnis in rebus modo , sed in minimis. ita ut pistorem quod <sup>7</sup> comminus non eundem quem sibi panem ministraret , vinculis innecteret : & libertum sibi acceptissimum , quod Romani equitis uxorem violasset , nullo licet accusante , morte multavit. non tamen pudicitiam , quam in alio exigebat , in se

Bbbb

præ

1. Forte , si non pleno. Suetonio paullo pleniore.

2. Forte , etiam.

3. Lege , quam assiduum usum lauræ , qua contra

4. Adde , qua.

5. Forte , villam.

6. Lege , toreumatum.

7. Forte , convivis.

præstitit ; infamatus & Romæ illustrium adulteriis femi-  
narum , in quibus collegarum ejus Craffi & Pompeji con-  
250 jugum , ante scilicet quam hic ejus gener esset : insuper &  
provincialium matronarum , & præsertim in Galliis , quod-  
que altius , reginarum ; in quibus nomen habet 1 Euries  
Mauritanis , & ante omnes Ægypti regina Cleopatra , cu-  
jus supra mentionem fecimus : cum qua non contentus in  
medio belli civilis ardore voluptati multum temporis im-  
pendisse , post belli finem in urbem Romam evocatam , nec  
nisi multis honoribus & donis ornatam redire tribuit in Æ-  
gyptum , filiumque ex ea susceptum agnovit , suumque illi  
nomen imponi non erubuit , quem quidem Cæsari & aspe-  
ctu & incessu persimilem prodidere. Inter hæc tamen &  
cibi prorsus indifferentis , & parcissimus vini fuit ; ut mi-  
rari posses quid sibi sine Baccho & cibus levioribus vellet  
Venus. Neque vero feminarum quam divitiarum appeten-  
tior fuit : non ut eas reconderet , quod fere omnes faciunt ,  
qui divitias quærunt , sed ut largiretur liberaliterque diffun-  
deret. ita duorum avaritiæ malorum alterum nesciebat , al-  
tero laborabat. unde & in Hispania , in Gallia , & in Æ-  
gypto multa quidem ; 2 ratione autem effracto Romæ , u-  
niversa diripuit. Sed non ut abstinentiæ sic eloquentiæ in-  
ops fuit , qua & omnium seculorum duces haud dubie an-  
tecessit , & summos æquavit oratores. quod ita esse , ora-  
torum princeps & Cæsaris hostis Cicero confirmat , & quod  
mireris , ad Brutum scribens : neque tantum militari , aut  
oratoria eloquentia , quam habet ad præsentem , emicuit ,  
sed & libros scripsit rerum 3 ante alios suarum , qui ab al-  
liis , qui rebus ipsis interfuerant , digesti sunt , & in lucem  
editi , unde horum , quæ de rebus Cæsaris scripsimus , ma-  
xima pars decerpta est. Scripsit & alios plures , qui ita si-  
bi propter ingenii velocitatem adeo 4 aut modicum tempo-  
ris occupabant obstabantque negotiis , ut quosdam ex eis  
251 in alpium transitu belli Gallici temporibus , quosdam in  
medio periculosissimorum ardore bellorum , unum cujus su-  
pra meminimus dum ab urbe Roma 1111 & xx diebus  
ulteriorem in Hispaniam pervenisset 5. Scripsit & episto-  
las

1. Lege , *Eunoe Mauritania.*

2. Forte , *arario.*

3. Forte , *annales.*

4. *Ans* videtur delendum , vel

scribendum , *adeo nullum , aut mi-  
cum.*

5. Deest , *fecerit , aut composuerit.*

las ad senatum, ad amicos, inter alios <sup>1</sup> Ciceronem. qui pace dixerim tanti viri, sæpe & multum in amicitia variavit. scripsit adolescentulus multa, quæ prosequi longum est. Talis ille in rebus ingenii: nam in rebus bellicis nulli hominum secundus fuisse non ambigitur. ita nempe de illo scriptum est: Vir quo nemo unquam bellis magis enituit. <sup>2</sup> in quibusdam nunquam ipse sibi pepercit, indulfitque <sup>3</sup> aliud: primus in agmine, eques interdum, pedes sæpius cernebatur. nec gelu nec sole nec pluvia caput operiens: <sup>4</sup> exhortatus docensque assidue quid agendum quid cavendum: & præsertim exemplo milites ad laborem erigens atque confirmans. nullus enim locus erat ignaviæ, ubi suum imperatorem præeuntem videbant, jubentemque non ire sed venire, & se sequi ad pericula. nemo unquam promptior, nemo in periculis cautior: & cum cautus ad omnia, tum ductandis exercitibus cautissimus & insidiarum providentissimus semper fuit. ita ut nunquam duceret, nisi itineribus exploratis, aut per alios, ut per seipsum: nonnunquam inter <sup>5</sup> hostes illorum habitu transgressus incognitus, ut ad summam libratis omnibus dubitari posset, an animosior esset, an circumspectior, cautiorque. celeritatis non tantum miræ sed incredibilis fuit, quam & ingenio & corpore præstitit, ita, ut & si quid ingenio agendum esset, ante perficeret quam coepisse crederetur; & corpore itidem non ire, sed volare visus, centena milia passuum in singulos dies exigeret, & <sup>6</sup> abicons amnes aut <sup>7</sup> nardo, aut inflatis utribus pedibus <sup>8</sup> arremigando trajice-<sup>252</sup>ret. ita ut, dictu mirum, sæpe nuntii ad ejus adventum urbibus nuntiandum præmissi, cum eo cursim pervenissent, eum jam prævenisse attoniti reperirent. & huic celeritati animositas quidem inerat atque audacia. ita ut sæpe turbulentissimis <sup>9</sup> prantibus tempestatibus, quando nemo etiam privatus iter ingredi auderet, ipse cum toto properaret exercitu. & cum pervenisset è vestigio stupentes hostes aggrediretur, nullumque respiramentum illis, aut resumendi animos daret spatium. Quotiens periculum anceps esset, e-

B b b b 2

quos

1. Lege, ad Ciceronem.
2. Lege, in quibus.
3. Lege, aliquid.
4. Lege, exhortans.
5. Forte, per hostes.

6. Forte, rapidos.
7. Forte, nardo.
8. Lege, remigando.
9. Forte, existentibus.



quos 1 abjicere solitus & præsertim suum, ut 2 æquatio cum peditibus discrimen, & seposita fugæ spe, quasi virum unum totum firmaret exercitum. Præter autem artes imperatorias, militis officia tam valenter exercuit; ut sicut nemo illi par imperator, sic nemo illo miles melior foret. Itaque inclinatam aciem sæpe solus erexit, ut præsertim Mundenfi die factum 3 est narravimus, cohibens fugam, & paventes arreptis faucibus in adversos manu ac voce retorquens, tanto impetu, ut 4 aquilifer cunctantem intentata cuspide tremefecerit; aliumque terruerit, usque adeo ut in manu ejus signum relinqueret abiretque, & ipse ex imperatore vexillifer remaneret. De hac bellica virtute ac felicitate, præcipuaque felicitate, etsi abunde sit dictum, neque aliud hoc tota hæc dicat historia: non est tamen omissendum Ciceronis testimonium; quum licet vulgarissimum omnibusque notissimum, est tamen clarissimum simulque verissimum. Soleo sæpe, inquit, ante oculos ponere, idque libenter crebris usurpare sermonibus; omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium, potentissimorumque populorum, omnes regum clarissimorum res gestas, cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferri. nec vero disjunctissimas terras citius 5 passibus cuique jam potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, sed viatorum illustratæ sunt. Quæ quidem ego, nisi ita esse magna fatear, ut ea vix cujusquam mens aut cogitatio capere 6 posset, amens 7. Milites non urbanitate nec fama nec fortuna quidem, sed viribus corporis atque animi extimabat, & severus in eos pariter & indulgens: nam & propinquo hoste omnibus horis, non 8 magnis diurnis quam nocturnis paratos eos ad iter 9 ad pugnam exigebat: & 10 bene nunquam pugnæ tempus denuntiabat aut itineris, ut omne tempus sibi denuntiatum crederent; & semper parati quotiens profectionis aut pugnæ signum sonuisset invenirentur. Et sæpe  
nulla

1. Forte, abigere.

2. Lege, æquato cum peditibus discrimine.

3. Lege, esse.

4. Non intellexit verba Suetonii, ex quo hæc hausit, apud quem est, ut aquilifer moranti cuspide sit minatus. Moranti est retinenti Cæsari a-

quiliferum, ne fugeret, non cunctantem.

5. Forte, cujusquam passibus,

6. Lege, possit.

7. Adde, sim.

8. Lege, magis.

9. Adde, &.

10. Forte, parati.

nulla causa rei cuiuspiam signum dabat, ut condiscerent laborare, & repentinis imperiis præsto esse. Peccata militum non omnia castigabat & multa dissimulabat, sciens genus hominum ad peccandum pronum, nec facile naturam & consuetudinem verbis extirpari. feditiosos ac desertores severissime puniebat. quod hæc vitia non ad <sup>1</sup> singulos <sup>2</sup> mores, sed ad <sup>3</sup> summum rerum pertinent. ut <sup>4</sup> vere intentos ad prælia requirebat, <sup>5</sup> si post victorias interdum lasciviæ militari ac lætitiæ fræna laxabat, ut à diurno labore recrearentur corpora militum atque animi. Et si in hoc argueretur, respondebat: *Milites mei & unguentati bene possunt & pugnare & vincere.* illudque eis permittebat, ut auro & argento ornarentur; quo & <sup>6</sup> à spiritu pulchrior esset exer-<sup>254</sup> citus, & virtuti insitæ damni metus accederet, & esset quisque ad pugnandum acrior, dum & vinci timerent & spoliari. Neque eos alloquens *milites* nuncupabat, sed *com-militones* suos; neque eos ut milites, sed ut amicos charissimos diligebat: in tantum ut cognita cæde Titurii & Arunculeji, de quibus supra diximus, barba & capillo intonsus atque incultus tam diu fuerit donec <sup>7</sup> in hostes ulcisceretur. quibus artibus & fortissimos milites & sibi fidissimos fecit, usque adeo ut in ipso principio civilis belli, cum à patria stipendia negarentur, neque ad tantam rem unus ipse sufficeret, centuriones legionum singulos equites sibi offerrent sua impensa, & omnes pedites communicatis omnibus, & ditioribus quibusque ultro inopum curam in se transferentibus, gratuitum illi sine stipendio ac frumento pollicerentur obsequium. neque in tam longo belli spatio quisquam fere transfugit; & capti aliqui suorum oblatam sibi vitam si contra Cæsarem militarent constantissime respuerunt. Difficultates rerum omnium & extrema famem, vel dum obsiderentur ab hostibus, vel dum ipsi illos obsiderent, tanta pertulere constantia, ut ad Durachium pane ex herbis facto vitam sustentarent. quo conspecto Pompejus *rem sibi non cum hominibus, sed cum feris animantibus esse*, ait; abjicique eum iussit, ne visus animos suorum debilitaret, obstinatione hostium intellecta. Fortitudo quoque non infe-

Bbbb 3 rior

- |   |                           |
|---|---------------------------|
| 1. Forte, <i>singulorum.</i>  | 4. Forte, <i>ut vere.</i> |
| 2. In Suetonio est <i>moribus</i> , h. e. vitam & mores, boni an mali essent. | 5. Lege, <i>sic.</i>      |
| 3. Lege, <i>summam.</i>   | 6. Forte, <i>aspectu.</i> |
|   | 7. Dele, <i>in.</i>       |

rrior quam patientia illis erat, victi semel illis in locis tam  
 mœsti fuerunt, ut à semetipsis supplicium exigentes, con-  
 solari eos dux habuerat non punire. Aliis omnibus in præ-  
 liis, ingentes hostium exercitus semper longe numero pau-  
 ciores <sup>1</sup> vicerint atque deleverint. & ibidem una cohors Cæ-  
 255 saris quatuor Pompejanas legiones aliquot horarum spatio  
 sic pertulit, ut pene omnes confixi atque obruti sagittis es-  
 sent, quarum cxxx <sup>2</sup> intra vallum reperta atque ad Cæ-  
 sareum sunt relata. Et hi omnes, aut multi quidem. Quid  
 de singulis loquar? nota est Scevæ centurionis, & in Bri-  
 tannia & ad Durachium virtus, de qua diximus suo loco,  
 & quod dicendi locus defuit, <sup>3</sup> Aetili militis ad Massiliam,  
 qui cum prælio navali hostilem in puppim dexteram inje-  
 cisset, illa amputata, nixus altera, navimque conscendens,  
 scuto in adversos impetum fecit. æquavit <sup>4</sup> Cymgeri fa-  
 ctum, quod loquacissimæ <sup>5</sup> gratiæ laudibus in cœlum us-  
 que sublatum est, cum par virtus Romani militis pene sit  
 damnata silentio. Sic verborum illi, isti autem rerum stu-  
 dio dediti erant. seditionem militarem Gallicis omnibus at-  
 que Germanicis atque Britannicis bellis nullam pertulit:  
 existimo quod justa bella milites agere sibi viderentur, ni-  
 hil aliud quam pugnam & obedientiam cogitarent. ac bel-  
 lis civilibus aliquot; sed quas cito non facilitate sed seve-  
 ritate & auctoritate <sup>6</sup> compescerat; qualis fuit illa <sup>7</sup> ad  
 Placentiam, dum <sup>8</sup> prior bello ex Hispania remearet, de  
 qua dictum est: & altera Romæ, decimanis missionem &  
 præmia tumultuosissima conspiratione poscentibus. quos quo-  
 niam tum maxime <sup>9</sup> belli in Africa repullularet, amicis  
 dehortantibus, neque dimittendi tempus esse <sup>10</sup> firmanti-  
 bus, dimittere voluit, & quantum in se effet dimisit. sed  
 quos imperator dimittebat, imperatoris vox una detinuit,  
<sup>11</sup> ut, cum enim eos alloqui incipiens, non commilitones  
 ut solebat, sed *Quirites* appellasset, una statim voce re-  
 sponderent, se vero milites suos esse, nec amplius loqui  
 256 passi, recusantem licet, in Africam sequerentur; non  
 cum

1. Lege, *vicerunt atque deleverunt.*

2. Adde, *millia.*

3. Lege, *Aetili.*

4. Lege, *Cymgeri.*

5. Forte, *Græciæ.*

6. Lege, *compescebat.*

7. Lege, *at.*

8. Lege, *priori bello confecto.*

9. Lege, *bellum.*

10. Forte, *affirmantibus.*

11. Videtur delendum *enim.*

1 cum impunes, sed pro cuiusque culpa & increpiti & multati. Et hæc quidem cum 2 milibus.

Familiaritates, amicitias, clientelas summa fide coluit ac pietate. dum silvestre iter ageret, Gajumque Oppium qui sibi amicissimus & illo in itinere comes erat unicus, ægritudo repentina corripuisset; & forte ibi tuguriolum nonnisi unius capax esset inventum, ibi amicum agresti in lectulo collocavit, ipse sub dio nuda jacuit in humo. & hæc quidem dum fortuna adhuc esset humiliore. at cum ad imperium ascendisset, nonnullos obscurissime natos ad honores & magnifica promovit officia. cumque de hoc reprehenderetur: *si grassatorum, inquit, atque ficariorum in defendenda dignitate mea usus essem, æque illis essem gratus: non enim quis, sed quid quisque pro me gesserit 3 ex animo.* Masintham 4 Granosum adolescentem suam in clientelam ab ineunte ætate susceperat: contra illum 5 adivit ut Hyempsal rex litigium habebat; in quo 6 cum Cæsar tanta ope & sic ardentem 7 adivit, ut filio Jubæ regis, qui regis alterius causam fovebat, ortis ut fit 8 incontentiose verbis acrioribus, barbam manu violenter arriperet, eundemque Masintham in custodiam ducentibus eriperet, eumque quærentibus occultaret: denique prætor primum in Hispaniam proficiscens, sua abditum lectica nulli cognitum asportaret. At non ut amicitiarum, sic & simultatum tenax, à nullo unquam tam offensus, quin facile & oblivisceretur & parceret. Itaque & orationes & versuum morsus famosorum, quin & librorum adversus se ab invidis editorum lacerationes patientissimo ac civili tulit animo 257, neque graviores injurias, sibi non verbis sed rebus ipsis illatas, cum posset ulcisci, 9 noluit. & si omnino 10 jusjurandi vinculo 11 cogetur quanto quivis humanus ultus est. Conjuraciones contra se deprehensas non prævenit, sed sibi notas esse admonuit. male de se loquentibus edixit ut desinerent. statuas Sullæ atque Pompeji à Romana plebe depositas restituit; nec passus est extinctis hostibus nocere fa-

Bbbb 4 vorem

1. Forte, tamen.

2. Lege, militibus.

3. Lege, examino.

4. Lege, generosum. Suet. nobilem.

5. Lege, adivit.

6. Lege, cum.

7. Lege, adjuvit.

8. Lege, in contentione.

9. Lege, voluit.

10. Lege, jurisjurandi.

11. Lege, cogereetur.

vorem suum, qui viventibus non noceret. Denique omnes injurias omnibus remisit. neque alibi quam in proelio perisse aliquos suorum hostium notum est, nisi Afranium ut perhibent, & Faustum Sullam, ac L. Cæsarem juvenem: quanquam & duo primi accepta semel venia postmodum rebellassent, & de eorum morte <sup>1</sup> alteri scripserint qui rebus interfuerunt: & tertius servos Cæsaris ac libertos ferro & igni crudeliter enecasset; sed ne hos quidem suo jussu, <sup>2</sup> sed consensu interfectos dicant, qui asserunt post victoriam interfectos. Cum vero petentibus sigillatim ignovisset, novissime universis etiam non petentibus veniam dedit, ac licentiam in Italiam redeundi, atque ad honores & imperia bello præclusum aditum aperuit, ostendens verbis, & quæ mentiri nesciunt, rebus, nullum se hostem post bellorum exitum habere. de quo Cicero, etsi post ejus interitum obloquatur, quod invitus lego, tamen ante sic dixerat: *Videmus tuam <sup>3</sup> gloriam præliorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in Urbe non vidimus. quos amissimus cives, eos Martis vis pertulit, non ira victoriæ: Ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat quos potest.* hæc <sup>4</sup> lenitas & hi mores Cæsaris qui illum totius humani generis amore dignissimum facere debuissent; sibi, quod suspicari quidem licet, perniciem attulerunt. visus est enim tuto lædi posse, qui omnia omnibus indulgere, nihil solum ulcisci, prætentæ tamen aliæ causæ sunt. & facile est causas vel invenire vel fingere. Objiciunt illi insolentiam, cui certe adjuncta solet <sup>5</sup> crudelitas, quæ, ut <sup>6</sup> linquit, ab illo longe afuit. ut sit autem mitis insolentia, quod vix esse posset, <sup>7</sup> præfecto tanta post victorias desierat esse <sup>8</sup> mirabilis, & gestarum rerum conscientia levabatur. Dicunt eum ingratus \* non sibi tantum, sed aliis, præter patrii moris observantiam impertitum. nimios sibi honores usurpasse, continuum consulatum, perpetuam dictaturam ac censuram, cognomen imperatoris ac patris patriæ, quæ post eum multis longe imparibus contigerunt; statuat in-  
ter

1. Lege, aliter.  
2. Lege, seu.  
3. Forte, victoriam, sic Cicero pro M. Marcel.  
4. Lege, lenitas,

5. Videtur addendum, esse.  
6. Lege, liquet.  
7. Lege, profecto tantas.  
8. Lege, esse. Mirabili gestarum rerum conscientia,

ter reges, in orchestra <sup>1</sup>, <sup>2</sup> qui certe non perenti, immo & recusanti merito <sup>3</sup> debebatur, nec humanos tantum, sed divinos <sup>4</sup>: sedem auream <sup>5</sup> in curia tensam pro tribunali, templa etiam & aras, in quo modum fateor supergressus est. at quod sequitur, quale est simulachrum juxta Deos: & quos Deos quaeso? Jovem forsitan aut Neptunum, qui certe pedem Cæsaris non valebant, homines viriosi: aut ut scriptum est, *Omnes Dii gentium demonia*. Despexisse etiam fertur <sup>6</sup> aurespicias. & quid oro dignum infamia, ne dum morte, & non potius multa laude <sup>7</sup> dignissima? sed expediamus illam inexpiabilem ut dicunt invidiæ causam: <sup>8</sup> se adeunti, & honorificentissimis decretis <sup>9</sup> honestanti, non <sup>9</sup> assurrexerit, sive prohibitus, ut ajunt, à Cornelio Balbo, <sup>10</sup> & cum vellet assurgere, <sup>11</sup> sine sponte sua, neque de assurgendo cogitans. en grave crimen: cum nostra ætate filii rusticorum regibus atque principibus non assurgant. sed enim id maxime indignationem senatus auxit, quod ipse Cæsar sibi triumphanti non assurrexisset Pontium Aquilam ægre tulerat. En causa, en paritas rerum. rogo autem quid habet Pontius Aquila tribunus plebis commune cum Cæsare triumphante? nisi forte eadem in patria natum esse pares facit. Sed nunquam odio causa defuit. Addunt suspicionem affectati regni ab illo, qui utique regibus omnibus major erat, & major esse noverat. Hæ sunt fere causæ, hæc sunt crimina, quæ Cæsarem morte dignum effecerunt, & eorum utor verbo, ut jure cæsus existimetur. Conjuratum est in eum à LX senatoribus, Gajo Cassio, ac Marco, ac Decimo Brutis tantæ cædis ducibus. quorum primus atque ultimus è suorum numero erant, medius semper adversæ partis extiterat; sed venia donatus ac provincia auctus, aut oblata respuere, aut profecto ipse quoque suus esse debuerat. sed uno modo sui omnes fuerunt peremptores. Et multa quidem conjuratis fuere consilia qualiter atque ubi eum perderent: tandem <sup>12</sup> se-

Bbbb 5 natu.

1. Adde, *suggestum*.  
 2. Lege, *que*.  
 3. Lege, *dabantur*, aut *decernantur*.  
 4. Adde, *recepit*.  
 5. Lege, *in curia & pro tribunali, tensam in pompa Circensi*. Sic sane Suet.

6. Lege, *auspicias*, aut *haruspicias*.  
 7. Lege, *dignissimum*.  
 8. Adde, *Senatui*.  
 9. Lege, *assurrexit*.  
 10. Videtur delendum, &.  
 11. Lege, *sive*.  
 12. Adde, *in*.

natu. Nec ipsi quidem Cæsari mors ignota esse debuerat, nisi quod perituris <sup>1</sup> oculis obstruit fortuna. omitto tabulam æneam forte <sup>2</sup> Capis regis è sepulchro erutam, in qua Græce scripta erat hæc sententia: *Quandocumque ossa Capis detecta essent, fore ut Fulvo prognatus manu suo-*  
<sup>26</sup>*rum necaretur, magnisque mox Italiæ cladibus vindicaretur.* Potest enim esse res fabulosa, quamvis eam Suetonius Tranquillus affirmet; & Cornelium Balbum Cæsaris familiarissimum producat auctorem. Omitto greges equorum in trajiciendo Rubicone consecratos, & vagari sine custode permisos circa diem cædis, & pabulo abstinentes, & lacrymis manantes uberibus. Omitto plurimis hostiis non litatum, & Spurinæ aruspiciis monitus periculi imminentis, & regaliolum avem in Pompejana curia à diversis <sup>3</sup> vulneribus decerptam. Omitto suum & uxoris suæ somnum, & quæ sunt id genus omnia, quæ à viro tam docto, tam magnanimo jure optimo, nisi fallor, sperni poterant. sed tunc vulgo observari talia, immo & præcaveri <sup>4</sup> mox erat. Illud certe sapientissimo duci oculos aperuisse debuerat, quod & fama <sup>5</sup> cæde in vulgus effusa erat, ut quod multi noverant, ille unus, cujus res agebatur, vix ignorare potuerit. & ad locum suæ mortis eunti <sup>6</sup> quidem obvius sed ignotus scripturam obtulit, qua monebatur ne ad mortem iret. accepitque illam nec perlegit, sed scripturis aliis quas sinistra manu gestabat, quasi statim postea lecturus immiscuit, quæ postea cum aliis est inventa. Et hinc ortus dicitur mos ille præcipue principum, ut omnem scripturam sibi oblatam confestim legant. Cæterum his atque aliis moti quidam opinantur, Cæsarem & mortem suam <sup>7</sup> præstitisse & sic mori voluisse. nam & apud Xenophontem cum Cyri regis mortem & ordinationem ultimam aliquando legeret, contempsit lentum ac languidum mortis genus. & pridie quam moreretur orta inter cœnam mentione de optimo genere moriendi, ipse mortem subitam inexpectatamque prætulera. & in quotidiano sermone sæpe <sup>261</sup>dicere solitus ferebatur: *Satis diu se vel naturæ vixisse vel gloriæ: cujus, in Oratione pro M. Marcello, Cicero memin.*

1. Forte, *oculos.*2. Lege, *Capyis.* & sic paullo post.3. Forte, *avibus.*4. Lege, *mos.*5. Lege, *cædis.*6. Lege, *quidam.*7. Lege, *præscivisse.*

minit. 1 utrumque ea res credita. Cæsar Idibus Martiis turbata valetudinis causa aliquamdiu domi detentus, tandem D. Bruto hortante ne expectantem senatum frustraretur, ad multum diei 2 spatii, hora scilicet quinta, venit in curiam Pompejanam, quæ est 3 Trapei rupis in latere, expeditionem Particam animo cogitans. ibi dum assedisset, conjurati eum sub prætextu obsequii circumstant: cum Cimber Tullius qui 4 primus sibi tanti facinoris partes assumpserat, accedens nescio quid poposcit. Neganti in præfens inque aliud tempus rem trahenti, ab utroque humero togam manibus arripuit, exclamantem, *Ista quidem vis est*, Cassius infra jugulum vulnerat. Cæsar Cassii pugione erepto, brachioque ejus trajecto, dum assurgeret alio vulnere remoratus est, quod unum ex omnibus letale medici dixerunt. sed ad unam vitam finiendam tale vulnus unum satis est. Tum se undique ab omnibus stricto ferro peti videns, neque soli inter tantos & inermi quidquam auxilii esse intelligens, spiritum recollegit, ne quid indecorum moriens diceret aut faceret, neque omnino aliquid dixit: nisi quod ad primum vulnus parumper 5 infremuit, nulla voce tamen emissa. & M. Bruto in se irruenti, Græcum fertur nescio quod breve dixisse, de quo Cæsarem ipsum dicere solitum refert Cicero Epistolarum ad Atticum libro 6 xxxix. Magni refert quid hic velit, sed quicquid volet valde volet. & ipse quidem in extremo toga caput obnubit, lævaque sinum vestimenti ad inferiores partes corporis extendit, quo casus esset honestior. Ita ille qui tot terras primum, post in urbe Roma terra-262 rum orbem mira felicitate subegerat, una hora III ac XX vulneribus ad terram datus occubuit. inque omnem terram auditus est ruinæ fragor ingentis. Quam indigne autem sit occisus, vel hinc patet, quod plures ex his qui eum occiderunt, in testamento ejus filii, si quis forte nasceretur, tutores erant nominati, quidam quoque in secundis hæredibus scripti erant: ut D. Brutus, qui maxime in cæde ac præcipue videtur ipsius fuisse. quod quidem testamentum paucis ante mortem mensibus fecerat. Nam in  
al-

1. Forte, *utrunque*.  
2. Lege, *spatium*.  
3. Forte, *Tarpeja*.

4. Lege, *primas*.  
5. Lege, *ingemuit*.  
6. Forte, *xliii*.



altero ante belli civilis initium , ut quidam tradunt , **Gn. Pompejum** generum suum unicum scripserat hæredem , sed bello exorto mutandi testamenti justissima causa fuit : Nemo enim hostem sibi vult hæredem legatum. Populo Romano publice reliquit hortos quos circa Tiberim habebat , private autem ac viritim trecentos sextertios. quod legatum ingens fuisse , quisquis populi numerositatem attendit , intelliget. Decreverant occisores corpus in Tiberim jactare , bona publicare , acta revocare : sed magnitudine perpetrati facinoris attoniti , & metu **M. Antonii** qui tunc consul , & **Lepidi** , qui magister equitum dictatori erat , absterriti destiterunt. fuitque illis unica fugæ cura. & nisi eam <sup>1</sup> ludibrium extincto præparatum mirificos in homines versum <sup>2</sup> est. Rogus ei accensus in campo Martio secus tumulum **Juliae** , nescio quidem an filiae an sororis , utriusque enim nomen fuerat. ædes aurea templi in formam memoriae ejus extructa ; lectus eburneus auro stratus ac purpura ad caput ejus : trophæum ad gloriam , & vestis in qua erat occisus ad commiserationem spectantium excitandam. simulque inter ludos funereos ad misericordiam occisi <sup>3</sup> , & invidiam occisorum ; pecuniarum illud inter alia decantatum : *Me , servasse , ut essent qui me perderent ?* laudationes in funere virorum illustrium fieri solitæ , propter prolixitatem & pompam funeris , cui <sup>4</sup> dives non suffectura videbatur , prætermittæ sunt : earumque in locum senatus consultum breve per præconem jussu Consulis recitatum est , quo **Cæsari** omnes honores divinos humanosque decreverat : & præterea jusjurandum , quo se omnes pro salute ejus obligaverant , ut evidentius non modo cædis sed perjuri scelus esset. pari compendio permissum est , munera ad funus ex more ferentibus , ut sine ordine quo quisque vellet , in itinere suum munus in campum ipsum Martium deferret , inde in forum à magistratibus delatus est. Dumque ubinam cremandus esset in quæstionem venisset , aliique in curia , in qua occisus erat , alii in cella **Jovis** dicerent : subito duo viri ignoti succincti gladiis , & jacula bina gestantes , ardentibus <sup>5</sup> cereris igne accenso diremerunt

1. Aliquid deest , ut *arripuissent* .  
aut simile.  
2. Lege , *esset* .

3. Forte , *Pacuvianum* .  
4. Forte , *dies* .  
5. Lege , *certis* .

runt litem, securique omnes quasi divinitus præmonstratam viam, multi vestes, multi arma quibus ornati advennerant, flammis injecere: præcipue veterani, qui sub illo victoriosissime militarant, quasi jam armis vale dicerent, illo extincto, qui summum fuerat decus armorum. Matronæ etiam sua in ignem & filiorum ornamenta jactabant. luctus ingens fuit non Romanorum modo sed exterarum gentium quoque, maxime Judæorum, qui sepulchrum ejus aliquot continuis noctibus pro officio frequentarunt. Peracto funere plebs Romana ad domum Bruti & Cassii facibus armata contendit, vixque inde repulsa <sup>1</sup> E-rulum Cinnam infelicem quendam hominem casu obvium errore nominis delusa discerpfit, credens alium esse, quem mordaciter per eos dies contra Cæsarem locutum esse constabat, affixitque hastæ caput velut taliter suum ducem ul-<sup>264</sup>ta gestavit. Sic alienæ culpæ ille innocens pœnas dedit. Post hæc Numidici lapidis columnam in eodem loco posuit viginti pedum altitudinis, <sup>2</sup> in scipione addita, *Parenti patriæ*. ad quam & sacrificare & vovere & jurare per Cæsarem diutius observatum est. Periit anno ætatis vi & <sup>3</sup> *l* relatus est in numero Deorum, non modo principum auctoritate, sed opinione etiam populari. nam ludis quos ibi Augustus Cæsar hæres ejus instituit, crinita quædam stella <sup>4</sup> *v i i* continuis diebus circa *x i* horam lucis apparuit. persuasumque est <sup>5</sup> crudele plebi, Cæsaris esse animam in cœlum admissi. quo profecto aliis viis, quam armis, & bellis, aliisque quam de armato hoste victoriis atque triumphis ascenditur. Hujus stellæ & Virgilius pœta meminit in Bucolico carmine, & simulachrum ipsum Cæsaris <sup>6</sup> *judicio*, cujus in vertice stella est. Denique opprobrium illud, quod conjurati in extinctum meditati erant, primo quidem in tempus ac locum cædis versum est. nam & curiam ipsam ceu infaustum locum claudi jussum est. hodieque præclusa vixque accessibilis est. <sup>7</sup> *Diis Martias* parricidium nominari <sup>8</sup> *hoc adjecto*, ne unquam die illo senatus haberetur. <sup>7</sup> *Dictum etiam in ipsos* <sup>8</sup> *sedis auctores.*

1. Forte, *Helvium*. sic Suet.2. Lege, *inscriptione*.3. Lege, *credula*.4. Forte, *indicat*.5. Forte, *Idus*.6. Forte addendum, *placuit*.7. Forte, *Versum*.8. Lege, *cadie*.

222 J. CELSI COMMENT. DE VITA JULII CÆS.

Etres. quorum nullus triennio amplius supervixit, nullus morte obiit naturali. damnati omnes diversis eventibus periere, alii naufragio, bello alii, et quidam seipso gladio, quo Cæsarem vulneraverant, occiderunt, ut evidenter ostenderetur, cædem illam nec Deo nec hominibus placuisse.

Explicit Liber. Deo gratias.

1. Lege, quidam seipso.



Testis

*Testimonia clarorum virorum de JULIO CELSO,  
ejusque Commentariis.*

**S**peculum Historiale Vincentii Belouacensis seu Beluacensis Episcopi (qui floruit circa Annum 1240) impress. Venetiis 1494. Fol. Antiqua Dicta Moralia Julii Celsi continet. lib. VI. cap. V. Alia multa de Bello Caesaris narravit Orosius & Julius Celsus; ex quibus multa sequuntur excerpta; quæ consulat Lector.

Fragmenta illa Julii Celsi à Vincentio memorata, si in nostro Autore reperiantur; Græui conjecturæ minus fauerent de tempore Scriptoris horum commentariorum, qui sæculum minus barbarum, stylumque haud cucullatum sapiunt, licet verisimile sit Celsum nostrum aliquibus in locis corruptum aut interpolatum fuisse. Sicut ipsum Casarem, veteres fere uniuersos, (Poetas vero omnium minime) Lectorum, & Scribarum more. Sæculo forte quinto vel sexto floruit Celsus noster, nam in Codicibus antiquissimis Julius Celsus Constantinus & Constantinopolitanus scribitur, & in omnibus fere MSS. C. C. Caesaris Commentar. extat nomen ejus; inualuit enim consuetudo clarissimorum virorum lectionis testimonium libris adscribere, ut fides emporibus & lectoribus fieret, non mendosum esse codicem qui à tanto viro fuisset perlectus, recensitus, vel emendatus; quod postea Typographorum nomina supplere solebant.

Gualterus Barleus Anglus (qui floruit circa Annum 1230) de vitis Philosophorum. Quarto Impress. Lovanii 1474. à Johan. de Westfalia. & à Joan. Horne ter Ann. 1472.

De Julio Historiographo, cap. 104.

Julius Celsus. Historiographus scripsit diligenter de Bello Caesaris Librum, quem in V. Libros distinxit. in quibus multa doctrinalia mirabilia continentur, ex quibus pauca hic posita sunt. Naturale est omnes homines studio libertatis incitari, & conditiones seruitutis odisse. Rerum omnium Magister est usus. Quod volumus libenter cernimus & credimus. Terror hominibus consilium mentemque eripit, & membra debilitat. Fortuna eos plerumque quos plurimis beneficiis ornauit, ad duriores casum reservat. Quæ sentimus ipsi reliquos sentire speramus. Inter duos bellantes hoc unum tempus bellandi de pace est, dum sibi uterque confidit, & ambo pares videntur, quod si alteri paululum fortuna tribuerit, vix metur conditionibus pacis qui superior videtur, nec æqua parte contentus erit, qui se omnia habiturum sperat.

Joannes Magnus (qui floruit circa Annum 1420) in Sopholog. impress. Parisiis 1475. Fol. edit à Roderico Episcopo Zamorensi, Hispano & Paulo Secundo in Script. lib. 5. cap. 13. lib. 3. cap. 7. aliisque locis, Sententias Julii Celsi tribuit quæ in Caesaris Commentariis reperiuntur; quod non mediocriter confirmare videtur opinionem Floridi Sabini (lib. 2. subsec. Lect. cap. 2.) Qui tres de Bello civili Libros, Caesaris esse negat; tum Ludovici Carrionis (Lipsii Epistol. lib. 2. Epistolicar. Quæst.) qui & Belli Gallici commentarios Julii Celsi adscribendos putat,

Albert Eyb Secretarius Papæ Pio Secundo (qui obiit 1454.) in *Margarita sua Poetica Impress. Romæ 1475. Fol. pag. 184. Z. Julii Celsi de gestis Caesaris Autoritates incipiunt, duasque paginas implent, quas curiosus Lector adeat, & cum Textu Græviano conferat.*

Gerard. Joh. Vossius *Institut. Orator. lib. 5. cap. 10.*

— Verum Celsi Commentarii de Rebus à Cesare gestis *dis diè πασών* differunt à Caesaris Commentariis, ut sciunt, si qui cum Cesare contulerunt editionem Celsi *Ann. 1473.* cujus nullam à Gesnero aut Simlero mentionem factam miror, ut qui haud aliud dicunt, quam, istorum fieri commentariorum mentionem in *Margarita Poetica Alberti Eibi paulo junioris Jacobo magno Toletano.* Interim fateamur Celsum non tantum Caesaris gesta conscripisse, sed & Caesaris commentarios, sive recensuisse, sive corrupisse. certe in *MSS. meo Cesare Hirtioque* ter locis distinctis adscriptum: *Julius Celsus Constantinus V. C. legit.*

Gerard. Joh. Vossius *de Histor. Lat. lib. 1. cap. 13.*

Est Fragmentum illud (à Casaubono notatum notis in *Tranquilli, lib. 1. cap. 56*) desumptum ex *Julii Celsi Commentariis de vita Julii Caesaris edit. Ann. 1473.* Est vero hic Celsus idem, qui Casarem recensuit: unde multis *Caesaris Cod. MSS.* subjunctum legitur, *Julius Celsus vir clarissimus & comes recensuit.* vel hoc pacto: *Julius Celsus Constantinus V. C. legi.* Inter Historicos refertur, & diligenter de *Julii Caesaris gestis* scripisse dicitur à *Gualtero Burleo Anglo, Petrarchæ æquali*; & omnino valde errant, qui fragmentum ante memoratum ipsius *Petrarchæ* esse volunt. Sane ex istis *Celsi Libris*, quorum à nemine ante nos mentionem factam miror, multa in *Cesare* feliciter possunt restitui, quod aliquando, *ὄν Θείον*, ostendemus. ceterum *Oxonia* in *Collegio Corporis Christi* habes *MSS.* cum hac Epigraphe: *C. Julii Caesaris, per Julium Celsum Commentarii: utrum Caesaris, an Celsi sint, melius dixerint qui videre.*

*Salmasii Prolegomen. in Solinum.*

Sic Subscriptiones illæ plerisque libris adponi solitæ quæ testantur recognitionem alicujus Emendatoris, in omnibus pariter conspiciuntur etiam non eandem ætatem præferentibus; ut illa quam nuper legebam in scripto Codice *Caesaris commentariorum de Bello Gallico*, in hunc modum concipitur, *Julius Celsus Constantinus V. C. legi.* In aliis *Julius Celsus* quasi Auctor eorum commentariorum subscribitur, magno errore: qui tamen impulit doctissimum suæ ætatis Criticum (*Lipsum*) ut dubitaret an *Julii Caesaris* essent illi commentarii, & non potius *Celsi.*

F I N I S.

